Universidad de Deusto
Biblioteca

AVERROES

PHYSICORUM LIBRI VIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS STAGYRITAE LIBRI

PHYSICORVM Octo: cum singulorum Epitomatis, hactenus non impressis, Auerroeq; eius exactiss. interprete, ac M. Anto. Zimare philosophi famosiss. apostillis. Et hæc & alia eius opera, consultis uarijs exemplaribus, tam feliciter expolita sunt, ut hactenus nitidiora non prodierint.

Multa ad codicis emendati fidem sunt restituta.

03888
Bibliotheca Facult. Philosophiae Dr. Sent. S.I.
BIBLIOTECA ONIENSIS SOCIETATIS IESU
Traido de Oña en 1956 al separarse la Facultad



LVGD. APVD IACOBVM GIVNTAM,
ANNO. M. D. XLII.

Traido de Oña en 1956 al separarse la Facultad

Series contentorum in hac Aristotelica supellectili.

Lib.quinq; Prædicabilium Porphyrij.cum Auerr.
Lib.Prædicamẽtorũ Ari.cũ auer.
Lib.duo Perihermenias aristotelis cum Auerr.
Sed principia Giberti porrectani.
Lib.duo Priorum analeticorum aristo.cum Auerr.
Lib.duo Posteriorum analeticorum Aristo.cum auerr.
Lib.octo Topicorum aristo.
Lib.duo Elenchorum aristo.
Lib.Physicorum.8.arist.cũ auer.
De cælo & mundo.ari.cum Auer.
De gñatiõe & corruptiõe.cũ auer.
De substantia orbis.auerr.
Libri Meteororũ quatuor:cũ noua quarti translatione:cum auer.
De Anima:aristo. cum quibusdam paruis naturalibus.videlicet.
De sensu & sensato.cum auerr.
De memoria & reminiscẽ.cũ auer.
De somno & vigilia.cum auer.
De causis longitudinis & brevitatis vitæ.cum auer.
De physionomia:lib.vnus.Aristo.
Metaphy.lib.14.aristo.cũ Auer.
Lib.decem Ethicorũ ari. cũ auer. Leonardo aretino interprete.
Lib.octo Politicorũ aristo.Leonardo aretino interprete.
Lib.2.Economicorum.arist. Leonar.areti.interpre.ac cõ.eiusdem.

Extra aristotelis Supellectilem libri superadditi.

Lib.Destructiodestructionũ auer. cõtra Alga.cum Commentarijs Augustini Niphi Suessani.
Lib.eiusdem Aug.De sensu agẽte.
Quæstio. M. Ant.zima.de primo cognito.
Eiusdem:solutiones contradictionum in dictis Auerrois.

AVERROIS CORDVbensis in lib.Physicorum Aristotelis.Proemium.

INTENTIO mea in hoc sermone est glosare librũ Arist.qui dicitur auditus naturalis. Et secundũ vsum glosatorum dicentiũ in principio libri octo capitula.s. intentionem libri:vtilitatem:ordinem:diuisionem:proportionem:viam doctrine.nomen libri:nomen autoris, dicã & ego:licet plura ex istis possint intelligi ex proemio libri: licut in subsequentibus ostendemus. Dico quod intentio scientiæ naturalis in summa cuius intentionis iste liber est pars:est cognoscere causas specierum sensibilium & causas visibiles in eis speciebus accidentium:& quia subiectum istius artis nõ sunt nisi res sensibiles.subiectum dico secundum quod transmutantur per se id est secundum quod habent de se principium motus, & quietis. Et intentio huius libri est cognoscere de istis causas communes omnibus rebus naturalibus.s.materiam.formam:finem:& agentem:& cognoscere causas primas ex hoc quod est possibile sciri in hac scientia:licut materiã primam & mouens primum. Forma autem prima & finis prima

Vide incõ. 5. primi huius.ad finem alius codex habet &cau A
sas visibiliũ accidẽtium, B
Idẽ i cõ. 4. primi phy. Forma
prima & primus fi-

nis a metaphysico cõsideranf. Idẽ 12.me.com.

6.1.me.cõ. 3. & ita inueni in antiq codice.

a Ex hoc videf Com. ponere felicitatem in scientijs speculatiuis. sed vide oppo.3.de aia. com.36.

b Vide p hoc primo celi.com.1.

D Oppositum huius videf E velle. Physophus.3. ethi.c.11. Vide p hoc primo.me. tex.com.5.

F

Dubium. Solutio.

G

metaphysico considerantur: & consideratio in consequentibus cõmunt bus omnibus rebus naturalibus sicut motus tempore loco: & eis similia: est inquisitio naturalis. Vtilitas eius est pars vtilitatis scientiæ speculatiuæ: & declaratum est in scientia considerante in operationibus voluntarijs: q̃ esse hominis secundũ vltimã perfectionem ipsius. & substãtia eius perfecta est ipsum esse perfectũ per scientiam speculatiuam: & ista dispositio est sibi felicitas vltima & sempiterna vita. Et in hac scientia a manifestũ est q̃ prædicatio nominis hominis perfecti a scientia speculatiua: & nõ perfecti: siue non habẽtis aptitudinẽ q̃d perfici possit est æquiuoca sicut nomẽ hominis prædicat de homine viuo & de homine mortuo: siue prædicatio hois de rationali & lapideo. Et quum hoc cõsequitur cognitionẽ scientiæ speculatiuæ de moralitate virtuosa: q̃m b scientes istã scientiam quã erãt secundũ ordinẽ naturalẽ oportet eos de necessitate esse virtuosos in omnibus speciebus virtutũ moraliũ: quæ sunt: iustitia: abstinentia: audacia: sublimitas: bonitas: veritas: fiducia: & alie de virtutibus hominum. Et declarauit Alexander in proemio huius libri quomodo sequitur scientia harum: virtutum ad scientiam speculatiuam: quia quum nouerit sapiens paruitatem vitæ suæ & perpetuitatem sempiternam & motũ cõtinuum: & q̃ proportio suæ vitæ ad tempus sempiternum est sicut puncti ad lineam: vel sicut finiti ad infinitũ: nõ procurabit propriã vitam: & tunc erit audax ex necessitate. Et similiter quũ nouit q̃d̃ mors est ex necessitate hyle siue materiæ: & propriæ quum habet perfectionem humanam: & dubitat q̃d̃ a perfectione expolietur: tunc nõ est mirũ si aliquando eligit mortẽ præ vita. Sicut fecit Socrates cum Atheniẽsibus: quamuis opinetur de Socratæ q̃ nõ fuerũt ei declaratæ vitæ & disciplinæ cõmunes & propriæ: quia voluit ambulare in via propria populorum. Et similiter quum sciuerit quod perfectionẽ habere nõ potest: erit ei mors præeligenda super vitam & manifestum est quod quum sapiens dubitauerit non esse perfectius: q̃d̃ audacia eius non erit nisi acquirendo hanc perfectionẽ. Iterum oportet sapientes esse iustos & abstinentes. Iusti quũ sciuerint naturã iustitiæ existentem in substantia rerum: tunc amant similari illi naturæ & acquirere illam formam. Abstinentes cum sciuerint indignitatem voluptatum: quæ non sunt de dispositionibus necessarijs in esse hominum nedum de perfectionibus ipsorum: sed sunt consequentia ex necessitate materiæ de seipsis efficient voluptates omnino: & erunt abstinẽtes: & manutenebũt leges diuinas: & imitabuntur ordines naturales. Et manifestum est q̃ debent esse boni: & liberi: quia vilipendunt pecuniam quũ sciant esse tiæ pecuniæ vtilitatem: & quod studiosi tas in ea est vnum de desiderijs præter naturam: similiter debent esse sublimes, & amantes veritatem in operationibus & dictionibus ipsorum cum alijs consequentibus eis ex veritate humana. Si autem dicitur quod esse non testatur super hoc quia plures sapientes huius artis huius temporis non sunt tales. Dicitur quod hoc accidit eis propter dispositionem in naturalem in hac cõmunitate: & ista dispositio est declarata exercitantibus in disciplina practicæ. Et signum super hoc quod accidit eis res extra naturam: est quod inuenimus Alex. & alios dicentes: quod sapientes virtuosi fuerunt in tempore suo: sapientes vero temporis huius quia communita-

te gentium viles habentur & principes existimant quod non sunt digni regere ciuitatem: neq; digni sint esse eorũ secretarij & proximi: sapientes tunc existimant quod hic vilitas ex scientia acciderit eis: & propter hoc declinabit dispositio quam naturaliter a scientia habuerunt a dispositione opinionis istius: & declinant vniuersaliter ad voluptates: & accidit eis dispositio extra naturam: in tantum quod non sunt digni esse pars ciuitatis: & hæc dispositio pluries dialecticis aduenit: ergo secundum naturam scientiæ sequuntur eos omnes virtutes: & secundum accidens sequuntur eos vitia propter societatem hominum temporis huius. Ordo autem huius libri est primus librorum positorum ab Aristo. in scientia naturali: quia res naturales diuiduntur ad diuersas naturas: & cũ diuersificatur in eo quod proprium est vnicuiq; eorum: communicant etiam in rebus communibus existentibus in eis: & propter hoc diuiditur consideratio huius artis in duas partes. prima est consideratio in rebus communibus omnibus rebus naturalibus. secunda est consideratio in rebus proprijs vnicuiq; generum naturarum diuersorum: & ista pars secunda diuiditur secundum numerum diuersorum generum: & propter hoc fuerunt libri positi in hac parte plures: sicut accidit in logica. & in alijs partibus speculatiuis. Causæ autem: quare pars communis est prior partibus proprijs: sunt tres in his actibus. Prima est quod commune est notius naturaliter proprio apud nos. Secunda q̃d̃ idẽ in disciplina non erit plures iteratum. Tertia quod propositiones vsitate in hoc non essent primæ & propriæ. v. g. qui demonstrat in triangulo angulos esse æquales duobus rectis: demonstrat hoc per p. positiones primas. qui autem demonstrat hoc in triangulo diuersorum laterum: vel æqualium laterum: tunc propones quibus vtif non erunt primæ. similiter qui demonstrat essentiam primæ materiæ homini vel animali: vel alijs rebus particularibus: propter hoc oportet præponere partem communem propriæ sicut librum Priorum: & librum Periermenias ante Posteriora & dialecticam & alias. Diuisiones etiam huius libri sunt in octo sermones: & quilibet sermo partitur in partes maiores & minores & majores in minores partiuntur: & nos narrabimus istas partes in proemio cuiuslibet sermonis. Proportio eius omnibus scientijs speculatiuis, scilicet comparatio scientiæ naturalis est secundum proportionem partis ad totum: quia scientiæ speculatiuæ sunt duobus modis. vnus numeratur propter hoc exercitium sicut mathematica: alius propter perfectionem per quam ipsum est: & est scientia naturalis & diuina. Proportio autem istius libri ad scientiam naturalem est sicut proportio elementorum rei ad rem: quia iste liber comprehendit res quæ sunt sicut principia & radices vniuersales illorum in quibus vult loqui naturalis. Via doctrinæ huius libri sunt species doctrinæ vsitatæ in hac scientia: & sunt modi omnium disciplinarum scilicet tres modi demonstratiuum scilicet signi: & demonstratio causæ: & demonstratio simpliciter: quamus signum & causa sint plus vsitata in hac scientia. & aliquando est vsitata demonstratio simpliciter. Et maneries disciplinæ diuisionis & diffinitionis & enthymematis exempli & inductionis: & quia vsu istorum quinque vtitur ars demonstra-

Idem prima meteororũ cõ. primo. &. 4. & cc. com. 25.

Idem. 2. de anima. 5. & 34. com. Et primo phy. com. 4. Et clarius cõ. 57. vbi etiã istas tres causas assignat.

H

I Vide. 2. celi. com. 35.

tium secundum modum datum in posterioribus: sed vsus quo vtitur enthymemate & inductione est alius ab vsu quo vtitur rhetorica & dialectica. Nomen huius libri est Auditus naturalis: siue sermo naturalis: sed quum acciderit sermoni, quod audiatur: mutatum est loco sermonis auditus secundum mutationem & alterationem propter delectationem & extraneitatem existentem in verbis mutatis: secundum q̃ declaratum est in rhetoricis. Et appropriatur hoc nomine quamuis sit commune arti huic: quia iste liber est principium & radix totius istius artis: & vocatur pars nomine totius: quia est in potentia omnes partes: sicut elementum est in potentia omnia generata ex eo. Nomen auctoris est Aristote. filius Nichomachi sapientissimus grecorum: qui composuit alios libros in hac arte: & in logica & metaphysica: & ipse inuenit & complcuit has tres artes. Inuenit: quia quicquid inuenitur scriptum ab antiquis in hac scientia non est dignum, quod sit pars artis huius: nec principium: nec ambiguitas etiam: nedum quod principia essent. compleuit: quia nullus eorum qui secuti sunt eum vsq; ad hoc tempus quod est mille & quingentorum annorum nihil addidit: nec a inuenit in eius verbis errorem alicuius quantitatis: & talem virtutem esse in individuo vno miraculosum & extraneum existit. & hæc dispositio & quum: in vno homine reperitur dignius est esse diuinus magis quam humanus: & quum nos compleuimus capitula præcedentia ad hunc librum: & compendiose exposuimus illi qui vult intelligere verba libri huius. Ad exponenda verba libri iam debemus transire.

a Vide pro hoc. 2. cel. cõ. 5. Et. 12. met. cõ. 14. & 5. de gña. cõ. 38. & 5. de aĩa. com. 34. & 3. meteorũ com. vltimo textu positiõe media.

ARISTOTELIS STAGYRITAE PERIpatheticorum principis: de Physico auditu Liber Primus: cum Auerr. Cordubensis exactissimi interpretis commentarijs: fauste incipit.

CAPVT. I.

Summa Primi Physicorum: secundum Auerr.

A tex. primo vsque ad. 6. docet modum procedendi in philosophia naturali.

A. 6. vsq; ad. 32. refellit veteres non naturaliter loquentes.

A. 32. vsq; ad. 41. contradicit ponentibus infinita principia.

A. 41. vsq; ad. 60. pandit esse tria principia rerum naturalium.

A. 60. vsq; in finem diuerit de materia prima, ac priuatione.

a Nota synonyma nõ vsitantur in doctrina demõstratiua. Idẽ. 4. phy. cõ. 129. & pri. cæl. c. 1. Quomodo noia synonyma vsitantur in doctrina demõstratiua. Vide pulchre auer. in cõ. 45. quarti physico. Distinctio scientiæ.

QVONIAM quidem intelligere & scire cõtingit circa omnes scientias: quarum sunt principia causæ: aut elementa: ex horum cognitione. Tunc enim opinamur cognoscere vnumquodq; cum causas primas cognoscimus: & principia prima & vsq; ad elementa. Manifestum quidem quod quæ sunt circa principia scientiæ quæ de natura est primo determinare tentandum.

Quoniã

QVONIAM dispositio scientiæ & certitudinis in omnibus vijs habentibus principia aut causas aut elementa: nõ acquiritur nisi ex cognitione istorũ. Credimus enim in vnaquaq; rerum ipsam scire: cũ sciuerimus causas eius simplices, & prima principia eius: donec peruenianus ad elementa eius. Manifestum est, quod in scientia naturali, etiam oportet primo quærere de terminationem principiorum eius.

INCEPIT hunc librũ a causa propter quã fuit consideratio huius scientie in cognitione causarum rerũ naturalium. Et. d. Quoniam dispositio, id est, quia declaratũ est in posterioribus, qd̃ dispositio scientiæ certæ in omnibus artibus demõstratiuis consideratibus de rebus habentibus vnã quatuor causarũ: aut plures vna: aut omnes: non acquiritur nisi ex cognitione causarũ. Et nõ intẽdebat per scientiã & certitudinẽ nomina synonyma: a quoniã nomina synonyma nõ vsitantur in doctrina demonstratiua: sed intẽdebat dispositionẽ scientiæ certæ, & est scientia perfecta. Scientia enim alia est perfecta, & est illa quæ est per causam. Alia est imperfecta, & est illa quæ est sine causa. Et intendebat per vias artes speculatiuas: quæ dicitur vsæ: quia cõsiderans in eis vadit a determinatis rebus ad res indeterminatas, & per res terminatas. Et dixit. Principia: aut causas: aut elemẽta: quia artium speculatiarũ: aut suarum partium sunt quædam quæ considerant de rebus simplicibus carentibus principijs, & hæc est dispositio scientiæ considerãtis de primis principijs cuiuslibet entis. Et dixit, principia: aut causas: aut elemẽta propter diuersitatẽ modorũ quatuor causarũ, & intẽdebat per principia in hoc loco causas agẽtes & mouẽtes, & per causas fines & per elementa causas quæ sunt partes rei scilicet materiam & formã, & qd̃ hic vtitur hoc nomine principiũ proprie, & similiter hoc nomine causa: quia sunt nomina synonyma cũ vtiterentur cõmuniter, & sic vt mihi videtur exposuit ipse Alex. Et b intẽdebat Arist. per hũc sermonẽ docere q̃ nõ omnes artes cõsiderãt de omnibus causis: sed quædam cõsiderant de causa formali tantum scilicet mathematicæ, & quædã de tribus causis scilicet motore, & forma, & fine, & est scientia diuina: c & quædam de quatuor causis, & est scientia naturalis, & quia hoc non fuit manifestum in hoc loco: induxit sermonẽ in forma dubitationis, &. d. habentibus principia aut causas aut elementa, id est, quoniam idẽ sequitur siue ponatur q̃ ille res habeant principia agentia: aut finalia: aut elementaria: aut omnia, & impossibile est vt hæc coniunctio aut sit sicut copulatiua, nam dispositio certæ scientiæ inuenitur in rebus habentibus causas quasdam per scientiam illarum causarum: sicut inuenitur in habentibus omnes causas. Et cum posuit hanc propositionem induxit testimonia ad veritẽ eandum illam. quod fere; inducit in posterioribus analeticis, &. d. Credimus d enim; in vnaquaque rerum &c. & signum eius quod diximus quod dispositio scientiæ certæ de aliquo non acquiritur nisi ex cognitione causæ cuius est: quoniam omnis qui dicit se scire aliquid: non dicit hoc nisi quando sciuerit illud per

A nyma vsitatã quæ nõ est doctrina demõstratiua.

b Vide pro hoc. 3. met. cõ. 4. & 12. met. cõ. 23. videt expartẽ sibi cõtradicere.

Scientia diuina de tribus causis cõsiderat vide oppositũ 3. me. c. 3. & C 12. me. c. 6. vbi. d. quod duas. vide 2. me. cõ. 6. D vbi. d. q̃ cõderat] quaE tuor; genera causarũ &c. Vide com. F 31. 3. cæli. c Idẽ. 3. ce. text. cõ. 30. d Priꝰ poꝛe. t. cõm. 5. Videcõsiꝛe. 2. phyſi. cõ. 10. &. 5. ce. com. 1. &. 5. me. cõ. 29. &. 1. phyſi. com. 82.

per suas omnes causas propinquas & remotas, & hoc inuenit in omni qui aliquid scit in veritate: quæ secundū existimationē, & q̄ in ista propositione cōueniūt omnes cōsiderātes: adeo q̄ etiā sophiste. a vt dixit in posterioribus. D.d. cū sciuerimus causas eius simplices, & intendit vt videtur causas existētes in re primas nō cōpositas, & sunt prima materia, & vltima forma quæ enim sunt præter primā materiā & vltimā formā cuiusłibet rerū naturalīū: sunt materiæ compositæ, & formæ cōpositæ. D.d. & prima principia, & intēdit hic vt videt per prima principia: primas causas quæ sunt extra rem scilicet primū agēs, & vltimū finē omniū rerū. D.d. Donec peruenīamus ad elemēta eius. & intēdit per elemēta causas existētes in re propinquas & essentiales. Et b innuit per hoc q̄d dixit: q̄d doctrina ordinata est incipere a cognitiōe causarū primarū rei cognoscēde perfecte. Deinde intēdere ad cognitionē aliarū causarū remotarū secundū ordinē: donec perueniatur ad causas propinquas. Et secundū hoc c vtitur hic hoc nomine causa & elementū alio modo ab eo quo vsus est illic prius sum morē in habēdo modicam solicitudinē de nominibus. Et cū posuit hanc maiorē propositionē in hoc sermone scilicet dicēte q̄d scientia certa de rebus habētibus causas & elemēta nō acquitur nisi ex cognitione causarū & elemētorū: dimisit minorē propositionē, & induxit cōclusionē quā intēdit per hunc sermonē, & dixit. Manifestū est q̄d in scientia naturali &c. id est, manifestū est: quoniā ex hoc sequitur q̄ qui vult largiri scientiā de natura: oportet ipsum prius querere determinationē causarū rerū naturalium habentium causas & elemēta. Et iste sermo cōponitur sic. Omnia naturalia habēt causas & elemēta & oīa habētia causas & elemēta nō sciuntur nisi ex cognitione causarū & elemētorum. Ergo omnia naturalia nō sciuntur nisi ex cognitione suarū causarum & elementorum.

Innata est autē via ex notioribus nobis & certioribus in certiora naturæ & notiora. Non enim sunt eadē nobis nota & simpliciter, vnde quidē necesse est secundū hunc modū procedere ex incertioribus naturæ: nobis autē certioribus in certiora naturæ & notiora. Et via ad illa est de rebus notioribus & manifestioribus apud nos ad res quæ sunt manifestiores in natura. Illa enim quæ sunt cognita apud nos, non sunt illa quæ sunt cognita simpliciter. Et ideo necesse est per hāc viam, & venire de rebus qui latētiores sunt apud naturā, & manifestiores apud nos: ad res quæ sunt manifestiores & notiores apud naturam.

Et via. Cū declarauit, quod oportet naturalem largiri cognitionem causarum & elementorum: incepit declarare viam inducentem ad cognitionem causarum rerum naturalium scilicet naturam demonstrationum largientium causas rerum naturalium. Et. d. Et via est d ad illa, id est, & via inducens ad cognitionem causarum rerum naturalium est de propositionibus acceptis ex rebus posterioribus in esse quæ sunt notiores & manifestiores apud nos: ad conclusiones priores in esse quæ

quæ sunt notiores & manifestiores apud naturā & latētiores apud nos: & est modus demonstrationū qui dicitur signū. Et cū declarauit naturā demonstrationis qua vtitur in hoc: causam dedit. Et dixit. Illa enim quæ sunt cognita apud nos & c. id est, & causa in hoc quod via per quā igitur in hac scientia debet esse a rebus posterioribus in esse ad priores in esse: quia illa quæ sunt cognita apud nos in rebus naturalibus nō sunt illa quæ sunt cognita simpliciter, id est, naturaliter: q̄d est cōtrarium in mathematicis, illa enim quę sunt cognita in illis simpliciter, & sunt cause priores in esse. sunt cognita apud nos. Quia igitur naturaliter imus de scito apud nos ad ignotū: si cōtigerit vt notū apud nos sit notū apud naturā tūc demōstrationes a date in hac scientia erūt demōstrationes cause & esse, & si cōtigerit vt nota apud nos nō sint nota apud naturā: quæ nō sunt priora in esse sed posteriora tūc demōstrationes date in hac scientia erunt de numero signorū nō demōstrationes simpliciter. Et cū notificauit q̄d via in hac scientia: est incipere a rebus notis apud nos, & intendere res notas apud naturam & ignotas apud nos, & q̄d impossibile est aliter incedere in hac scientia: incepit declarare q̄d per hāc viam oportet in hoc libro ire scilicet q̄d oportet ipsum cōsiderare de hoc ex rebus cognitis apud nos: procedēdo ad res cognitas apud naturā quæ sunt causæ quæsitæ. Et. d. Et ideo oportet nos &c. Deinde demōstrauit quæ sint illa quæ sunt cognita apud nos & latentiora apud naturā, & quæ sunt illa quæ sunt cognitiora apud naturā & ignota apud nos.

Sunt autē primū nobis manifesta & certa cōfusa magis: posterius autē fiunt ex his nota elemēta & principia nobis dividentibus hæc. Et illa quæ primo sunt apud nos euidentia & manifesta sunt mixta scilicet composita proprie, deinde in postremo efficiuntur nobis existis elementa & principia manifesta.

Et illa. Dicit & illa quæ sunt cognita apud nos primo de rebus naturalibus sunt cōposita causata ab elemētis, & illa quæ sunt ignota apud nos naturaliter sunt causæ cōpositorū sed possibile est ex rebus cōpositis, id est, ex cōsequēribus eorū cognoscere causas: adeo q̄d ex hoc erūt notæ ille causæ ex quibus cōponitur. Causæ autē sunt notiores apud naturā: quia naturā facit cōposita ex causis, vnde videt q̄d causæ sunt notiores apud illā sicut est dispositio in rebus artificialib⁹ cū artifice scilicet q̄ causæ sunt notiores apud illū. Si igit nos ageremus res naturales: tūc causæ essent notiores apud nos: sed quia nos nō habemus agere artificialibus. Vnde ex vniuersalibus in singularia oportet procedere.

Totum enim secundū sensum notius est, vniuersale autem totū quoddā est, multa enim cōprehēdit vt partes vniuersale.

Et ideo oportet nos intēdere, & procedere de reb⁹ notis vniuersalibus ad particulares. Vniuersum enī notius est in sensu, & vniuersale est aliquod vniuersum, vniuersale enim conti

a Oppositū 11. met. cō. 6. &. 3. me. cō. 3. vbi habetur q̄d vltimus finis omniū rerū a metaphysico consideratur.

b Vide consimile. 8. m. c. 12. & 1. 2. phy. cō. 72. & 38.

c Quomodo liceat verbis equiuocis in doctrina demōstratiua. vide. 3. de aīa cō. 20.

d Idē. 2. de aīa. 1. cō. 12. & 13. idē infra in hoc. 1. c. 57. & 7. me. te. c. 10. et. 3. cō. c. 61

B Documentum. a Hic patet quid sit demonstratio simpliciter & quid signi demonstratio. vide cōsimile. 2. C cō. cō. 35. & ibi etiā inuenies quid sit demonstratio causæ tā A ex seu ppter qd vide pro hoc etiā. 8. 3 phy. cō. 65. exēplum cō B uenies de demōstratiōe causæ tātū.

Contradictio hic & 1 2. poste. 1. c. A 21. ga ibi dr q̄ a singulis ad vniuersalia oportet procedere.

net res plures tanquam partes.

4 Et ideo. Cū declarauit qđ causa propter quā debemus ire in hac scīē tia de posterioribus ad priora est: quia semper debemus ire de illo quod est notiū apud nos ad illud qđ est ignotū apud nos. narrauit qđ propter hāc causam scilicet ire de notiori apud nos ad laxtius: oportet incipere in ordine doctrinæ a cognitione causarū vniuersaliū & accidentiū vniuersaliū. Et dixit. Et ideo oportet procedere &c. id est, & causa propter quā fuit necesse vt demōstrationes huius scientiæ fierent signa, & est ire de notiori apud nos ad laxtius: oportet etiā nos procedere in doctrina de rebus vniuersalibus ad particulares. Et intendit per vniuersalia vniuersalissima quæ possunt inueniri in istis rebus rerū naturaliū scilicet de causis & accidētibus: quoniā quāto magis vniuersale fuerit cōmunius: tanto magis cōtinebit. Et ex hoc sermone declaratur qđ

B Quę sint res vniuersales oīb⁹ naturalibus cōes. Vide in prologo. Cō. q̄ sit etiā libri intētio. vide ibidē. &. 3. cæ. com. 12.

intentio istius libri est loqui de rebus vniuersalibus cōmunibus omnibus quæ cōstituūtur per naturā. Et cū d. particularia: nō intendit indiuidua: sed vltima species: aut illa quæ sunt quasi vltimæ species. Et cum declarauit modum ordinationis doctrinæ in hac scientia & quod oportet procedere de illo quod est magis commune ad illud quod est magis proprium: quia illud qđ est magis cōmune est notius: quēadmodum via demōstrationis in hac scientia per hanc causam necesse fuit ire de posterioribus ad priora: incepit dare cām propter quam fuit necesse vt vniuersale intelligibile vniuersaliter sit notius particulari qđ est sub illo, & dixit. Vniuersum em &c. id est, & res vniuersales sunt notio res apud intellectū quā particulares scilicet species: quia vniuersale assimilatur indiuiduo cōposito, & cōpositū est notius apud sensum, id est,

C Idē. infra. 5. &. 2. de aīa cō. 1. & 34. &. 2. de generatione tex. cō. 51.

quēadmodum igitur illud vniuersum quod est notius apud sensum qđ est principiū fidei quā simplicia quæ sunt causæ illius vniuersi scilicet demōstrati, & similiter vniuersalia sunt notiora apud intellectum quam propria, vniuersale enim est aliquod vniuersum cum contineat multa. Quia igitur ita se habet ad intellectum sicut compositum particulare ad sensum, ideo dispositio vniuersalis apud intellectū est dispositio particularis apud sensum. Causa igitur in hoc quod vie demonstrationum in hac scientia sunt de cōpositis ad simplicia, & in hoc quod principiū doctrinæ est de rebus vniuersalibus: est quoniam vniuersum demonstratum, est notius apud sensum quam partes eius, & vniuersale est notius apud intellectum quam proprium. Et cum declarauit quod vniuersale assimilatur vniuerso composito demonstrato: dedit modum similitudinis, & dixit, vniuersum enim continet multas sicut partes: vniuersale enim continet multas species quæ sunt sub eo, & sunt sicut partes rerum compositarum indiuidualium.

D Sustinent autem idē quodāmodo hoc, & nomina ad ratiōnē totū enim quoddā & indistincte significat: vt puta circulus diffinitio autē ipsius diuiditur in singularia. Et pueri primū appellāt omnes viros patres, & fœminas matres posterius autē determinant horum vnunquodq̄.

Et

Et iam accidit hoc idem quoquo modo in nominib⁹ apud diffinitiōes: significat enim aliquod vniuersum nō determinatum. V.g. hoc nomē circulus: diffinitio eius distinguit̄ per particularia. Et puer existimat in principio omnē virum quem videt esse patrem eius: & omnem mulierem esse matrem eius. Deinde in postremo distinguit: & determinat vtrumq̄.

5 Et iam. Cū declarauit causam propter quā vniuersale est notius particulari, qđ est: sub eo incepit docere q̄ propter hanc causam illud quod significat nomen est notius apud nos q̄ illud qđ significat diffinitio, scilicet apud intellectū. Et. d. Et accidit similiter hoc idē &c. i. propter hāc causam accidit sīr eis quæ significant nōia apud illa quæ significant diffinitiones. s. qm̄ illa quæ significant nomina sunt notiora eis q̄ quæ significāt diffinitiōes. D. d. Et significat aliqđ vniuersum &c. id est. & causa in hoc q̄ nōia sunt notiora diffinitionibus est: qm̄ nomē significat aliquod vniuersum. & est species nōiata: & illud vniuersum non est distinctū: vt hoc nomen circulus qđ significat vniuersum nō distinctum: diffinitio vero eius quæ est figura plana intra quam est punctus a quo omnes lineæ exeuntes ad circumferentiam sunt æquales: est vniuersum distinctū & determinatū per elementa ex quibus cōstituitur circulus, scilicet genus & differentia. & hoc intendebat: cum dixit. determinatur per particularia. vocat enim elementa speciei & causas particularia in respectu vniuersi. Et dixit quoquo modo: quoniam illa quæ significant nomina, scilicet nomina specierū assimilatur vniuersali in quantū cōtinet causas ex quibus constituitur species: & differunt ab eo in eo q̄ vniuersale cōtinet species. vniuersaliter igit̄ est aliquod vniuersum specierū: & illud qđ significant nōia est aliquod diuisum in causas ex quib⁹ cōstituitur species. vniuersum vero in rei veritate est indiuiduū cōpositū demonstratū: & similiter partes in veritate quæ sunt partes indiuidui: & sunt ille de quibus dixit quod sunt notiores in sensu quā causæ: & ex hoc quod istud vniuersum est notius apud sensum causis: est causa in hoc quod vniuersa intellecta sunt notiora apud intellectum quā suæ partes intellectæ: siue illæ partes sint species aut causæ. & similiter hæc est causa in hoc quod res posteriores in esse, scilicet accidentia sunt notiora apud nos q̄ causæ. Et quæreret aliquis qđ hoc post. & accidit hoc idē in nominibus apud diffinitiones sunt idē: quoniam impossibile est ipsum intelligere per res mixtas cōpositas indiuiduas demōstratas: cū ex istis nō ꝓcedat ad elemēta & principia scientia: nō em̄ sunt partes syllogismi: sed ꝓcedit ad illud ex specie cōpositā: nō tio ei⁹ qđ significāt nōia apud qđ significāt diffinitiōes: quō igitur posuit hic aliū modū? Ad hoc aūt dicam⁹ qđ in primo sermone fecit cōparationē inter species & suas causas secūdū idē. & dixit q̄ species cōpositæ apud nos sunt notiores suis causis. & q̄ ex istis spēb⁹ ꝓcedim⁹ ad cognitionē causarū mediātib⁹ accidētib⁹ existētib⁹ in eis: in hoc aūt sermone fecit cōparationē inter species & causas suas secūdū imaginationē

Idē. 12. met. cō. 27. &. 2. de gña. commen. 59. Quæstio.

Prima solutio.

tionē: & dixit ꝙ illud qđ' significāt nota sunt notiora apud nos ꝙ illud qđ' significāt diffinitiones. Sūt igit tres modi cōpositiōis. s. cōpositio

Tres modi compositionis.

speciei ex suis caulis. Et cōpositio gñis ex spēb⁹: & vtraq; istarū cōpositionū ē notior apd' intellectū ꝙ ptes. Tertia aūt cōpositio ē cōpositio idividui ex suis ptib⁹. s. q̄ sunt a secūdū sui qualitatē: & ista cōpositio est notior apud sensum quā partes: & ex eo ꝙ ista cōpositio est notior apud sensum: ideo illi duo modi cōpositiōis sunt notiores apud intellectū. Et ideo nō est remotū ipm intelligere ꝙ hoc qđ' dicit: & illa quæ sunt apud nos manifesta sunt mixta cōpositā secūdū duos modos cōpositiōis. s. cōpositionē indiuidui & cōpositionē speciei: indiuiduū em cōpositū licet nō sit principiū in doctrina demōstratiua: tū est principium acquisitiōis vniuersalis qđ' est principiū doctrinæ demōstratiuæ. Et cū declarauit ꝙ cōmune est notius apud nos proprio: quēadmodū cōpositum est notius simplicibus suis dedit testimonium super hoc & dixit. Et puer existimat &c. i. signū eius quod cōmune est noti⁹ apud nos naturaliter ꝙ propriū est: quia videmus comprehēsionem communem præcedere tēpore in infantibus propriā comprehēsionē. infans enim in principio cōprehensionis existimat omnē virū esse patrē: & omnē mulierem esse matrem. & cum vigoratur intellectus suus cognoscit patrem inter cæteros viros: & matrem inter cæteras mulieres.

Tex. cō. 8.

Isse igit est prolog⁹ libri: & cōtinet intētionē: & ordinē ei⁹: & modum doctrinæ demonstratiuæ. CAP. II.

A Necesse est autem: aut vnum esse principiū aut plura: & si vnum: aut immobile sicut dicunt Parmenides & Melissus: aut mobile sicut physici. hi q̄dem aerem asserentes esse. alij vero aquam primum principium. si autem plura: aut finita: aut infinita. & si finita plura autem vno: aut duo: aut tria: aut quatuor: aut secundum aliquem alium numerum. & si infinita: aut sic est sicut dixit Democritus genus vnum: figura vero aut specie aut differentia: aut contraria. Et oportet necessario vt principium sit vnum: aut plura vno. Si vnum aut immobile vt dicunt Parmenides & Melissus: aut mobile vt dicunt naturales. quidam enim dicunt quod primum principiū est aer: quidam aut ē aqua. Si verò principia fuerint plura vno: aut erunt finita: aut infinita. Si igitur fuerint plura vno: sed finita: aut erunt duo: aut erunt tria: aut quatuor: aut alterius numeri necessario quicunq; sit. Si autem infinita: aut erūt sicut dixit Democritus eadem in genere: sed in figura & in forma diuersa: aut erunt cum hoc contraria.

6 B Finito prologo incepit perscrutari de principijs communibus omnium rerum. Et dixit. Et oportet necessario secundum naturam diuisionis vt principium existens in re sit vnum aut plura vno: & si aliquis posuerit principium esse vnum: aut erit non trāsmutabile

transmutabile vt dicunt Parmedines & Melissus qui dicunt non naturaliter: quia negant transmutationem & motum: aut transmutabile: vt dicunt naturales, scilicet qui naturaliter loquuntur: & secundum naturam diuisionis deberet dicere. & si vnum: aut erit finitum: aut infinitum: vt dicunt Parmenides & Melissus. sed innuit hanc diuisionē plurium principiorum per finita & infinita. & dixit. Vt dicunt Parmenides & Melissus. id est si imaginati fuerimus quod Parmenides & Melissus vtantur hoc nomine ens pro principio: isti enim non dixerūt principium esse vnum immobile: sed ens esse vnum immobile. & sic potest quis intelligere per ipsum ens non principium entis: & est conuenientius vt dicet post: quoniam si vtuntur hoc nomine ens pro principio: tunc non possunt dicere ens esse vnum: quoniam principium habet in se duo: ipsum principium. illud cuius est principium. Et cum induxit modos quos potest dicere. qui dicit principium esse vnum reuertitur est: etiam ad numerandum omnes modos quos potest dicere: dicens principia esse plura vno. scilicet principia quæ sunt in re. & dixit: Et si sario habent numerum determinatum. Deinde dixit. Et si infinita &c. id est & si infinita: aut erunt eadem in genere: diuersa in forma & figura: aut diuersitate contraria: aut non contraria, scilicet infinita: aut erunt eadem in specie: diuersa in quātitate vt dicebat Democritus: sed innuit hoc cū diuidēs per primū: vt est suus mos in abbreuiatione: multitudo enim aut est rerum secundum formam: aut secundum quātitatē. & has duas multitudines dixerunt antiqui de principijs: & tacuit diuisionem plurium principiorum in motum & in quietem: nullus enim dixit plura principia quiescentia esse: aut quiē contentus est hac diuisiōe in primo principio.

C Tex. cō. 8.

D Multitudo aut est rerū secundū formā aut secūdū quātitatē

E tem. Idē. 3. meta. t. com men. 11.

Similiter autem quærunt: & quæ sunt quærēdæ: quot sunt ex quibus sunt quæ sunt quærunt primum hoc: vtrum vnum aut plura sint: & si multa: aut finita aut infinita: quare principium & elementum quærunt vtrum vnum aut multa. Et eodem modo quærunt illi qui quærunt de entibus quot sunt: prius enim ꝙ perscrutentur de illis ex quibus sunt entia: perscrutantur de eis vtrum sint plura aut vnum. Et si plura: vtrum finita aut infinita: & sic erit perscrutatio eorū: & de principio & de elementis: vtrum sint vnum aut plura.

Et eodem. Et in hunc modum inquisitionis diuiditur perscrutatio eorum qui perscrutantur de entibus quot sint: & sunt illi qui vtuntur pia esse entia: quia solummodo perceperunt materiale principium & non formale: quare non fecerunt differentiam inter principium & ens. illi enim perscrutantur de entibus vtrum sint vnum aut plura: quia intendunt per hoc nomen ens principium: & sic perscrutatio eorum in nihilo differt a perscrutatione de elementis vtrum sint vnum aut plura: cum non differant nisi in voce tantum. Deinde dixit. Quoniā ex hoc quod perscrutantur de illis ex quibus &c. id est quoniam isti ex perscrutatione

7

Antiqui peperunt solā materiale principium non formale. Idem. 1. phyſi. cō. 9.

Idem .2. de aia. c. 36. & 9. c. 7. meta.

scrutatione sua de rebus quæ sunt principia entium perscrutantur primo de entibus vtrum sint vnum aut plura. & si plura: vtrum finita aut infinita: & sic perscrutatio eorum de ente vtrum sit vnum aut plura: eadem est cum perscrutatione de principio aut elemento: vtrum sint vnum aut plura.

G

Vltra rep. clarior.

Id quidem igitur si vnum & immobile sit quod est intendere: non de natura est intendere. Sicut enim geometræ nō amplius ratio est ad destruentē principia sua. Sed aut alteri⁹ est scientiæ: aut omnibus communis. Sic neq; ei qui de principijs.

H

Considerare igit si id qđ est: vnū sit: atq; immobile: nō ad naturalē physicū pertinet &c.

Non amplius principium est: si vnum solum: & sic vnum est principium enim cuiusdam: aut quorūdam est. Et dico nūc quod cōsideratio de ente: vtrū sit vnū immobile: nō est consideratio naturalis. Quemadmodū igitur geometra non habet disputationem cum eo qui negat principia geometriæ. Sed loqui de hoc spectat ad aliam scientiam à geometria: aut ad scientiam communem omnibus scientijs. Similiter naturalis nō habet loqui in principijs an sint. Non enim erit hic principium omnino si fuerit vnū tantū: & fuerit huiusmodi vnū. Principium enim est alicuius principium: aut aliquorum.

I 8

Et dico. Cum dixit quod illi qui vtuntur hoc nomine ens pro principio nō differt perscrutatio eorum scilicet vtrum ens sit vnū aut plura a perscrutatione eorum qui perscrutantur: vtrum principium sit vnum aut plura. incæpit dicere quod illi qui vtuntur hoc nomine ens pro ipso ente: & nō pro principio dicentes ipsum esse vnum & immobile: multū distant ab eis qui vtuntur hoc nomine ens pro principio. consideratio enim istorum est naturalis: illorum vero non naturalis. Et dicit. Et

a Motu ab lato aufert natura. Idē 2. phy. 71. & infra in hoc primo. 11. & 8. ph. 22. & 23.

dico nunc &c. ideſt consideratio non de ente: vtrum sit vnum aut plura: & mobile aut immobile quando hoc nomen ens non significat ipsum principium est perscrutatio innaturalis. Deinde dicit causam. quemadmodum igitur geometra &c. ideſt qui dicit ens vnum esse & immobile: negat principia quæ ponit naturalis scilicet naturalia plura esse & mobilia & habentia principia ideſt composita. nam posito ente esse vnū non erit illic principium omnino: & similiter a motu ablato non erit illic principium mouendi scilicet natura. & quia qui hoc ponit negat principia posita a naturalitire cium est vt cum eo non sit disputatio: quemadmodum geometra non disputat cum negantibus prima principia geometriæ. sed loqui cum huiusmodi hominibus pertinet ad aliam

L

Quę sit scientia cōmunis omnib⁹ scitijs quæ disputare habet contra negātes principia oium scitarum particularium.

scientiam: aut propriam: aut communem omnibus scientijs scilicet primam physosophiam aut artem disputandi: & dixit: similiter naturalis non habet loqui de principijs ideſt similiter aut de principijs notis per se non oportet loqui in hac scientia: aut si fuerit erit alterius a naturali. Deinde dicit non enim erit hic &c. ideſt secundum enim sermonem dicentis ens esse vnum & immobile: non erit hic principium omnino neque causa rerum naturalium. si enim est principium: est illud cuius est principium: quare ens non erit vnum sed plura vno-

Qui

Qui igitur dicit ens esse vnum & immobile negat principia cognitionis, & principia eius quod est esse & cognitionis. entia enim esse plura, & mobilia est de principijs cognitionis in hac scientia, entia autem naturalia habere principia quæ sunt causæ motus & quietis in eis est principium cognitionis & esse, hoc igitur nomen principium vſitatur hic pro ambob⁹ modis. Et exposuit modum in quo sequitur quod dicens ens esse vnum negat principium essentiæ & cognitiōis. & tacuit modū ex quo cōtingit dicēti ens esse vnū negare principia cognitionis, & est pluralitas & motus. Nā qui negat principiū, negat pluralitatē & motū principium enim est causa vtriusq;. Et dixit. non erit hic &c. secundum enim dicentem quod ens est vnum intendēdo simpliciter non erit hic principium omnino, quia principium exigit compositionem & pluralitatem, & dicere ens esse vnum exigit cōtrarium. non igitur erit hic principium si ens fuerit vnum hoc modo scilicet simplex. &c hoc intendebat cum dixit. & fuerit vnum huiusmodi, id est. & fuerit simplex.

Vide. 1. cæ. cō. 4. &. 8. phy. cō. 22.

Qui negat principium

M

negat plura litatē princi pium ēm est cā vtriusq;.

Quō princi piū sit causa mot⁹. Vide 3. meta. t. c. 5. ex diffinitiōe sua, sed est cā' plura litatis propter suam reſonem ad principia. tum &c.

Simile igitur intendere est, an sic vnum est, & ad aliam positionem quamlibet disputare. Verbi gratia, ad dicta aut heraclitana, aut si quis dicat hominem vnum quod est esse. a

a Litera ar gu. Sic est 9

Et perscrutari de vno si fuerit huiusmodi est simile ad loqui in contradictione alterius positionis quecunq; sit positionū, quæ solummodo sunt ex eis quæ simpliciter dicuntur verbis, vt sermo Heracliti, aut sermo dicentis ens esse vnum hominem.

itaq; si hoc mō sit vnū considerare & de alia quāuis posītione disse

N

Et perscrutari. Hæc perscrutatio de ente vtrum sit vnum aut non vnum, aut loqui de hoc, simile est cum loqui & perscrutari de aliqua positione falsa quæ nullam habet rationem, sed solummodo dicitur verbis, vt sermo Heraclíti quod omnia sunt mobilia, aut sermo dicentis omnia entia esse vnum hominem demonstratum. non enim est differentia inter sermonem dicentis omnia esse vnum, & dicentis omnia esse vnum equum, aut omnia esse vnum hominem.

rere. quę sermonis causa dicit qualis est Heraclíti vel qđ sit vnum hominem esse dixeris.

Aut soluere litigiosam rationem quod sane vtræque quidē habent rationes, & Melissi & Parmenidis, et enim falsa accipiunt, & non syllogizantes sunt. Magis autem Melissi opinio onerosa est & non habens defectum, sed vno incouenienti dato alia contingunt, hoc autem videre nihil est difficile. Et assimilantur cuidam sermoni sophistico, & hoc inuenitur in vtroque sermone, scilicet Melissi & Parmenidis, accipiunt enim falsa, & quod non sequitur syllogismo. Sed sermo Melissi est magis vanus & non est in hoc dubium, concesit enim eo improbabile, & induxit super ipsum residuos sermones.

Et assimilantur. cum dixit quod sermo dicentiū ens esse vnum est de gñe sermonū fictorum, incepit declarare naturam sermonis à quo acce-

perunt

10

Vno incon
uenienti da
to alia con
tingunt.

Q
Idē infra.t.
com.22.

Sermo van?
est qui ? ex
falsis ppō
nib? & ex
mala forma
Idem infra
com.22.


a Quando
propositio
minor est in
finita in pri
ma figura
sylłus erit
cōcludens,
minime aūt
qñ negatiua
fuerit.

p
Idē primo
priorū.t.c.7
b In hoc.t.
t.cō.23.24.
& 25.

Litera arg.
Sed ex tāctū
quæ q̄piam
ex principijs
ostendit fal
sa.

perunt signum: dicentes ens esse vnum: scilicet Parmenides & Melis
sus. Et dixit. & assimilantur &c. id est, sermo eorum per quem ratio
cinantur super hoc quod ens est vnum: similis est quibusdam sermoni
bus sophisticis: & hoc sophisma inuenitur in vtroq; sermone per quē
ratiocinantur ambo. Deinde dixit. accipiunt enim falsa &c. id est, po
nunt enim in suis syllogismis falsas propositiones & faciunt syllogis
mum non concludentem, aut simpliciter, aut illud quod nituntur con
cludere: & talis est sermo vanus: vt dictum est in sophistica: scilicet qui
est ex falsis propositionibus & mala forma. Deinde dixit. sed ser
mo Melissi &c. id est, sed sermo Melissi est magis vanus quam sermo
Parmenidis, & non facit aliquam dubitationem, quia concessit in eo
propositionem improbabilem falsam, & est quod si ens non generatur
non habet principium syllogismus eius est, quod si ens generatur ha
bet principium. Deinde destruxit antecedens & cōclusit quod non ha
bet principium & peccauit in destructione, cum hoc q̄ propositio di
cens quod ens non generatur est falsa. Syllogismus autem Parmeni
dis est, quod quicquid est præter ens non est ens, & quod non est ens ni
hil est, ergo ens est vnum. iste etiam non conclusit illud quod intende
bat concludere cum hoc quod propositiones eius etiam non sunt vere,
quia sunt duplices ex equiuocatione, conuenit igit ex syllogismo Me
lissi in hoc q̄ est maius in materia & forma, sed dixit in eo q̄ est min?
vanus, quia propositio minor in eo non est negatiua, sed est infinitiua.
a & cum propositio minor est infinita in prima figura erit conclu
dens, sed non est ita de negatiua. syllogismus enim tunc non concludet,
& intelligo per priuatiuam hoc quod dixit, quicquid est præter ens est
non ens. id est, non est ens. Intendebat enim per hoc quod dixit q̄ quic
quid est præter ens in rei veritate est non ens, & quicquid est non ens est
nihil. & ipse loquetur post in hoc quod istis syllogismi sunt sophistici,
& declarabit b corruptionem eorum sicut diximus.

Hippoc. coij tetragonismus.



Nobis autem subiiciantur quæ sunt natura aut omnia, aut quæ dam moueri, manifestum est aūt hoc ex inductione. similiter autē neq; conuenit omnia soluere, sed aut quæcūq; ex principijs aliquis demonstrans mentitur, quæcūq; vero non minime vt tetragonis mum eum quidem qui per deci siones geometrici est dissoluere, il lud autem antiphontis geometri ci est, Nos aūt ponamus quod oīa naturalr, aut quędā sunt mobilia, & hoc manifestum est ex inductione est cum hoc non opor tet contradicere omnibus, sed solūmodo oportet contradicere eis.

Brissonis Tetragonismus.



Tetragonismus antiphontis.



eis quorum declaratio fundata est super principia: sed falsa sunt: eis autem quæ non sunt talia, nō. Ver bigratia, quadraturæ circuli: qua: enim sit secundum abscisionem geometer habet ei contradicere. Quæ autē sit secundum Antiphō tem non habet geometer.

Nos autem. Cum declarauit quod sermo dicens quod ens est vnum & im mobile: non est sermo naturalis: & q̄ naturalis non debet contradicere ei.

Dixit. Nos autem ponamus &c. id est, nos autem cum intendimus loqui naturaliter, ponamus primo quod o mnia naturalia: aut quædam: sunt mo bilia: & hoc manifestum est ex indu ctione rerum naturalium. Et dixit: aut quædam præseruando se ab ani ma & formis. est enim dubium: vtrum sint mobiles aut non: sed licet non mo ueantur: tamen sunt naturales secundū quod sunt in mobili, aut dixit hoc, quia dubitatur de partibus quæ sunt apud cētrum terræ: vtrum possint mo ueri, aut non. & similiter est dubium, vtrum tota terra possit moueri, aut non. Et cum dedit causam pro, pter quam posuit ista & est, quia consideratio eius est naturalis, & qd intentio eius prima non est cōtradicere opinionibus falsis in hac scię tia: sed declarare substantias & quiditates rerum naturalium. Dedit etiam secundam causam ad hoc, & dixit, & cum hoc non oportet con tradicere omnibus, id est, & cum hoc, si posuerimus quod oportet ar tificem contradicere opinionibus falsis suæ artis, tamen non omnib?, sed solūmodo debet contradicere eis quæ concluduntur a primis pro positionibus illius artis, sed cum conclusione falsa. Eis autem in qui bus est peccatum in ipsis principijs non oportet contradicere. Verbi gratia, qm̄ sermo eius qui existimauit se quadrare circulum cum qua drauit lunares figuras, quæ sunt portiones circulorum, oportet geo metram contradicere ei, quia peccauit in eis quæ sunt post principia. Portiones enim cadentes in circulo licet sit possibile facere quadra tæ æqualia eis, tamen non sequitur ex hoc facere quadratum æquale cir culo, nam illæ portiones non consumunt circulum per diuisionē. Istud igitur peccatum non est essentiale, & geometer debet destruere ipsum: Antiphonti autem non debet contradicere, quoniam cum iste fecit in circulo figuram æqualium laterum & angulorum. & fecit super quod libet laterum triangulum isochelem diuidendo arcus inspicientes late

ra in

ff
Vide. 2. ce com. 84.

Formæ na turales licet nō moueantur, tñ sunt naturales sc cūdū quod sunt immobili. Vide de motu naturæ. t.c. com. 57.

Intētio pri ma Aris. nō est contradi cere opinio nibus falsis in hac scię sed declara re substātias & quidita tes rerū na turaliū. Et q̄ patet me taphysicum nō cōsidera re q̄ditates rerū in parti culari. cōsi mile. vide. 6 me. cō. 2. & 2. ph. 17. & 27. &. 26. &. 74. &. 3. de aīa. cō. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

&c. 11. &c. 4. met. com. 1.

ra in duo media deducendo lineas ad extrema lateris, & sic fecit in circulo figuram æqualium laterum & angulorum maiorem prima. cuius numerus laterum est duplus ad laterum primæ figuræ, & cum fecit in hac figura illud quod fecit in prima, inuenit etiam in circulo figuram aliam maiorem secunda, & existimauit quod cum fecerit sic, quod diuisio non procedit in infinitum, sed perueniet ad figuram æqualem circulo, & cum fecit quadratum æquale huic figuræ existimauit quod illud quadratum erat æquale circulo. sed istud peccatum est essentiale, quia geometer habet principium quod diuisio procedit in infinitum, & ideo non debet ei contradicere.

Q. Geometer habet pro principio q̃ diuisio procedit in infinitum. Idem 3. phi. cõ. 60

Sed quoniam de natura quidem non naturales aut oppositiones aut defectus cõtingit ipsos dicere, fortasse enim bene se habet aliquantulum disputare de ipsis: habet enim philosophiam, hic respectus.

Sed quia accidit quod sermo eorum est de natura: & si dubitationes eorum non sint naturales: rectum est incipere parum loqui cum eis. consideratio enim de hoc est philosophie.

12 Sed quia. Cum declarauit quod non oportet naturalem loqui de dubitationibus non naturalibus, & voluit loqui cum eis secundum dubitationem propter vtilitatem prouenientem ex hoc ei qui incipit in hac arte, incepit declarare causam cogentem ipsum ad loquendum de hoc. Et dixit. sed quia accidit &c. dd est, sed quia accidit istis duobus viris loqui de naturis, vt de vacuo & infinito & alijs, rectum est loqui cum eis cum istis quæstionibus disputare, licet non sint naturales, quoniam & si loqui cum eis non oportet naturalem, tamen oportet primũ philosophum.

R Principium autem maxime omnium proprium est: quoniã multipliciter dicitur id quod est. Quomodo dicentes vnũ esse omnia: vtrum substantiã omnia: aut quãtitatẽ: aut qualitatem, & iterum vtrum substantiã vnã omnia: vt hominem vnum: aut equum vnũ: aut quãtitatẽ vnã: aut qualitatem vnã erunt hæc: vt album: aut calidum: aut aliquid aliorum talium. Hęc enim oĩa differũt multũ & sunt impossibilia dicere.

Et illud quod est principiũ omniũ istorũ est istud: quia ens dicitur multipliciter: quomodo igitur dicunt illi qui dicunt omnia esse vnũ: vtrũ secũdũ quod omnia sunt substãtiæ aut quãtitates: aut qualitates: & etiã vtrum omnia sint vna substãtia. Ver. g. vnus hõ aut vnus equus aut vna anima: aut omnia, sunt quale: sed vnum. V. g. albus aut calidus: aut aliud similium. Omnia enim ista multũ differũt: & dicere ea eẽ impossibile est.

Ꝫ S Notũ est q̃

Et istud quod oportet poni principium in loquendo de istis omnibus opinionibus non naturalibus, est istud. quoniam cum sit notum quod ens dicitur multipliciter de decem prædicamentis, quod igitur prædica-

prædicamẽtũ significãt per hoc nomen ens dicẽtes oĩa entia esse vnum: & verũ sit hoc: quia oĩa sunt substãtia: aut q̃titates: aut qualitates. i. vnũ in substãtia: aut vnũ in quãtitate: aut in qualitate: & sic erũt vnũ secũdũ gen⁹: & plura secundũ speciem: aut intrẽdũ per hoc qd̃ dicunt: q̃ oĩa entia sunt vnũ: q̃ oĩa entia sunt vnum indiuiduũ. v. g. vnus homo: aut vn⁹ equus: aut intendunt per hoc qd̃ dicũt q̃ entia sunt vnũ. i. qd̃ oẽs qualitates sunt vna qualitas secundũ indiuiduũ. v. g. hoc calidũ & hoc albũ. & quod oẽs quãtitates sunt vnũ indiuiduũ quãtitatis: & aliorũ indiuiduorũ prædicamentorũ. ista enim q̃ significãt hoc nomen ens multũ distant: & omnia sunt impossibilia. hoc enim nomen ens aut significat genus aut vnũ indiuiduum numero: & quomodocunq; sit ens erit multũ.

Et cum dixit: ista enim distant multũ &c. intendit intentiones enim de quibus dicit hoc nomen ens existis quæ numerauimus. s. vniuersale & indiuiduum multum differũt: & vnaquæq; earum est impossibilis.

Si quidẽ enim oĩa erũt substantia & quale: & quãtũ: & hoc siue separata adinuicem siue non: multa sunt quæ sunt: si vero oĩa: aut quantum sunt: aut quale: siue cum sit substantia: siue cũ nõ sit: inconueniens est. Si oportet etiam incõueniẽs dicere impossibile. Nullum enim aliorũ separabile est extra substantiam omnia nam q̃ de subiecta substantia dicuntur.

Quoniam si fuerit hic substãtia & quale: & quãtũ: siue ista fuerint distincta abinuicem: aut non fuerint: entia erunt plura. & si omnia fuerint quale aut quantum siue substantia fuerit: aut non fuerit: hoc erit improbabile si impossibile possit dici improbabile. Nullum enim cæterorum separatur a substantia scilicet existens per se singularis: & distincta. omnia enim dicuntur in subiecto quod est substantia.

Quoniam. Si enim concesserint hoc esse substãtiã: & quantũ & quale contingit eis entia esse plura: aut secundum indiuiduum si non concesserint vniuersale esse: aut secundũ genus & indiuiduũ si concesserint ipsum esse & siue ponant ista prædicamenta separari abinuicem aut nõ: sed quædã ex istis existere in quibusdam vt est verum. & hoc intendebat cum dixit: siue fuerint distincta abinuicem: aut non fuerint. Et cũ declarauit, quod si concesserint hoc esse substantiam & quantum: & quale: & vniuersaliter plusquam vnum prædicamentum: contingit eis entia esse plura. incepit etiam dicere impossibile contingens eis si hoc non concesserint: & posuerint ens esse aliquod cæterorum prædicamentorum præter substantiam: nam si posuerint ens esse in vno prædicamẽto: aut ponent eum esse substantiam: aut in alio a substantia. & dixit. & si omnia fuerint quale &c. idest & si posuerint: quod per hoc nomẽ ens intendunt aliquod prædicamentorum præter substantiam aut quale: aut quantum: siue concesserint substantiam esse aut non: hoc erit impossibile & improbabile. si impossibile possit dici improbabile: contingit eis oĩ modo entia esse plura. nã si posuerint qd̃ oĩa sunt qualitates tñ

ens dicitur multipliciter de decẽ prædicamentis. Idẽ. 4. m. tex. cõ. 2. Idẽ in præsenti.

Intentiones istæ de quibus dicitur hoc nomen ens. s. vñe & indiuiduũ multũ debent. p hoc vide. 7. me. T cõ. 57. qũo opponãtur vniuersale & particulare. vide etiã 12. me. cõ. 27.

2 Nullum aliorũ prædicamẽtorum 14 separabile est a substãtia.

aut quantitates: aut vnum cæterorū prædicamētorum: tunc aut concedent substantiam esse: aut non concedent. si concedent: tunc entia erūt plura: & si non concedent illam esse: continget illud prædicamentum existere per se & separari: & nullum cæterorum prædicamentorū præter substantiam potest separari per se: sed omnia dicuntur in subiecto: vt declaratum est in cathegorijs: & cum prædicamentum quod intendunt per hoc nomen ens sit in subiecto. ergo entia sunt plura.

V In capitulo de substantia.

Melissus autem infinitum esse dicit quod est: quantum itaq; aliquid est quod est. Infinitum enim in quantitate est: substantiam autem infinitam aut qualitatem: aut passionem esse non contingit: nisi secundū accidens. si simul & alique quantitates sunt. Infiniti enim ratio congruit quantitati: sed non substantiæ: neq; qualitati: si quidē igit substātia est quātū: dico aūt non vnū est quod est. Si vero substantia solū sit nō infinitū est neq; magnitudinem habebit vllam: quantum enim quoddam erit.

X Infiniti ratio cōgruit quantitati.

Melissus vero dicit ens esse infinitū: & secundū hoc ens erit aliqđ quantum. Infinitum enim est aliquod collocatū in quanto substantia autem infinita: aut qualitas: aut vbi impossibile est vt sit nisi per accidens: si aliqua ex eis cum eis quæ sunt habuerint quantitatem. Diffinitio enim infiniti exigit quantitatem: & non substantiā: neq; qualitatē. Si igitur ens fuerit substantia: & quantum erit duo non vnum: & si fuerit substantia tantum tunc ens non erit infinitum neq; habebit mensuram omnino. Nam si habuerit mensuram erit aliquod quantum.

15 Melissus. Cū declarauit qđ hoc nomen ens dicitur de intentione vniuersali & particulari. s. indiuiduoꝝ: & q; si intenderit per illud intentionem vniuersalem: tunc non erit vnum: sed plura. si intenderit intentionē particularē tūc aut erit de prdicamēto substantiæ: aut de cæterjs prædicamentis: & manifestum quoniam impossibile est vt ens sit vnum si intendant aliquod indiuiduum cæterorum prædicamētorum præter substantiam: aut quantum: aut qualem: nam indiuidua cæterorum prædicamentorum præter substantiam: existunt in indiuiduis substantiæ & sic ens saltem erunt duo: indiuiduum accidentis: & indiuiduum substātiæ: incepit destruere reliquum condiuidens: & est ipsum indiuiduum substantiæ. Et dixit. Melissus vero dicit &c. i. & si dixerint q; intendunt per hoc quod dicunt: qđ ens est vnum indiuiduum substātiæ tūc sermo eorum destruitur ex hoc quod ponunt: quoniam alter eorum dicit ens esse infinitum: scilicet Melissus: aliter dixit finitum scilicet Parmenides: & secundū vtrumq; contingit si ens fuerit vnum vt sit quantū tantum. Infinitum enim & finitum sunt de differentijs quantitatis: & hoc intendebat cum dixit infinitum enim est collocatū in quāto. D. d. substantia vero infinita &c. i. substātiam aūt dici infinitā aut qualitatem: aut vbi: aut aliud prædicamentorū impossibile est per se. s. secundum qđ est substātia: aut vbi: sed possibile per accidens. cū fuerit positum

Y Ex hoc patet secundū Cō. individuū substātie distinctū esse ab individuis cæterorū prdicamentorum. Idē. 7. me. cō. 2. Infinitum & finitum sunt de differentijs quātitatis. Idē. 8. phy. c. 79. Idem

tum hæc esse aliqua prædicamentorū: q̄ cū suo esse proprio habēt quātitatē scilicet qp quātitas accidat eis: secūdū hūc modū igitur dicitur qđ substātia est infinita aut finita. i. secundū qđ accidit ei qp sit quāta: & similiter de alijs prædicamentis. Et cū posuit qp infinitū est propriū quātj dedit rationē sup hoc: & dixit: diffinitio eñ finiti &c. i. qm diffinitio infiniti est quantū nō terminatū: quantū igit est genus infiniti qa nō dicit in diffinitiōe ei? qp est substātia: aut vbi. & hoc q; dixit de infinito intelligendū est de finito. D. d. si igit ens &c. dicit: & cū declarauit qp infinitū p̄dicat de quāto essentialr: & de alijs p̄dicamētis p ac cidēs: si intendūt cū dicūt qp ens est vnū substātia & quātum: substātia enim nō dicit infinita: nisi secūdū qp est quāta: tūc ens erit duo: nō vnū. scilicet substantia & quantum secundū qđ dicitur ipsa esse finita: aut infinita: & si intendūt substātiā tātū tūc nō dicit infinita: neq; habere mensuram omnino. si enim haberet mensuram esset quanta: & ista contradictio est secundum sermonem non secundum rem.

A Vnum. continuitate. Indiuisibilitate. Ratione.

Amplius qm̄ & ipsum vnū multipliciter dicitur quēadmodum & qđ est Intendendū est quomodo dicunt vnū esse oē. Dicitur em̄ aut cōtinuum vnū: aut diuisibile aut quorū ratio vna & eadē est quæ aliquid erat esse: quemadmodū vapa & vinū.

Et etiam cum vnum dicatur multipliciter sicut ens dicitur. Considerandum est quomodo dicunt totum esse vnum. Dicit enim vnū aut de continuo: aut de indiuisibili: aut de eis quorū ratio quæ significat quiditates est idem: vt vinum & merum.

Quæstio. litera argy. Existit aūt dubitatio de parte ac

16 toto nō ad sermonem fortasis ac commoda.

B

Et etiā. Cū destruxit ꝓpositionē dicētē: q; ens est vnū diuidēdo oēs inētiones de quibus dicit ens secundū famositatē qđ est subiectū prōnis: incepit destruere eā diuidēdo intētiones: dicit quibus de vnum q đ est prædicatū in ꝓpone. Et dixit. & etiā cū vnū dicat &c. i. & quemadmodū nobis apparuit ex diuisione intentionū de quib? dicitur hoc nomē ens: qđ ista propositio nō est vera secūdū aliquam earū. Si & apparebit nobis si diuisarim? intētiōes de qbus dicit hoc nomē vnū: & cū dixit hoc: incæpit diuidere. sed m quet modos dicit vnū: & dixit q dicit trib? modis: quorū vnus est cōtinuū. V. g. vna linea & vnū corp? & vna superficies. Secūdus vero est indiuisibile. V. g. punct?. Tertj vero nomina quæ significant idem secundū diffinitionem. V. g. vinum & merum: & intendit per rationem quæ significat quiditatem diffinitionem.

Siquidem igitur continuum est: multa sunt quod est. Infinitum enim diuisibile est continuum. Habet autem dubitationem de toto & parte: fortasis autem non ad hanc rationē: sed ad ipsam & secūdū seipsam: vtrum vnum aut plura sunt pars: & totum: & si vnum quomodo vnum: & si plura: quomodo plura: & de partibus non continuis Et si toti vnum vtrūq; est sicut indiuisibile est: quoniam & eisdem eadem erunt.

Et si semper est: cōtinuum est vnum & multū. Cōtinuū em̄ diuiditur in infinitū. Sed est hic q̄stio de parte & toto: & si nō

C & totū & q pacto sint vnū vel plura. & si sint plura quonam modo sint plura. & de partibus nō cōtinuis eadē sunt q̄rēda

Universidad de Deusto

Et si vtraq; pars & ipsum totum sint vnū pinde; atq; indiuisibile & pri-

17 ,pfecto par-tes vnū idē, tidem erūt.

est huius sermonis videtur existere per se: & est vtrum pars & totū sit vnum aut plura vno: secundū quemadmodū sunt vnū aut plura vno & partes etiam non continue si quælibet est totius & vnaquæq; est idem: quia non separatur ab eo: ergo necesse est vt quædam conueniant cum quibusdam.

Et si semp. Cū diuisisset intentiões de quibus dicit hoc nomē vnū incepit declarare & cōsiderare de vnaquaq; earū: vtrū prædicetur de ente.

Et dixit. & si semper est cōtinuū &c. & si intendūt per hoc qđ dicūt quod ens est vnū qđ est cōtinuū: oportet eos cōcedere ipsum esse vnū quodāmodo & plura alio modo. Continuū em̄ pōt dici in infinitū: & sic ens nō erit vnū simpliciter est enim vnū actu: & plura potētia. s. secundū diuisibilitatē. Et quia etiā accidit in cōtinuo & in oī habēte partes vt multitudo ei⁹ nō sit secundū diuersitatē partiū a seinuicē: sed & etiā secundū diuersitatē partis a toto: incepit etiā quærere hāc diuersitatē: & inducit quæstionē cōtingentē antiquis in hoc: & dixit: sed est quæstio &c. i. & est hæc quæstio de parte & toto pēdēs ex hoc sermone: & visum est quod si nō pendet de hoc sermone necessario: tamē est quæstio pernecessāria per se. D. induxit quæstionē: & dixit & est vtrum pars & totū &c. i. & ista quæstio est vtrū pars & totū siue idē aut dsuersa. & si idē quomodo possunt dici esse idē: totū em̄ videtur esse aliud a parte: & etiā si partes differūt a toto quo dicunt esse alie: totū em̄ nihil aliud est qz̄ cōgregatio partiū: & cū induxit hāc quæstionē in cōtinuo dixit: & partes etiā nō cōtinue &c. i. & in partibus rerū cōtiguarū: & nō cōtiguarū, V. g. manu & pede: & aliarū partiū compositorū accidit hæc quæstio: quū si vnaquæq; partiū est idem cū toto quia est totius, id est nō separata a toto: tunc vnaquæq; partium erit idem toti: & sic oēs partes erunt inter se eędem. ergo & caput & manus & collum erūt: idē ergo pars nō est totum. & illud impossibile quod sequitur si totum & pars fuerint idem sequitur necessario & sermo oppositus isti non exprimitur propter suam famositatem: & est quod si omnis pars est alia a toto: tunc omnes partes erunt aliud a toto: & rorum nihil aliud est quā congregatio partium: ergo totum est aliud a se. & illud sophisma est cōpositionis & diuisionis: quoniam vnaquæq; partium dicitur esse aliud a toto: sed omnes simul non possunt dici esse aliud a toto.

At vero si sicut indiuisibile est: nullū erit quātū: neq; quale: neq; iā infinitū: qđ est sicut Melissus dicit: neq; finitū sicut Parmenides: terminus enim indiuisibilis finitus nō est. Et si totū fuerit vnū ita qz̄ sit indiuisibile. tūc nō erit quātū aut quale. Et etiā ens nō erit infinitum vt dicit Melissus: neq; finitum vt dicit Parmenides: indiuisibile enim est finis non finitum.

Et si totū. Cū induxit illud qđ cōtingit eis si intēderint p vnū cōtinuū: induxit etiā impossibile cōtingēs eis si intēderint per hoc nomē vnū indiuisibile. Et dixit: & si totū fuerit vnū &c. i. si aliqs dixit qz̄ cū dixerit totū ens esse vnū intēdebat esse indiuisibile: tunc nō erit hoc quantū: neq; quale: neq; substātia: neq; aliud aliquod prædicamentorū: quoniā

quoniam omnia ista sunt diuisibilia: a aut per se: vt est quantum: aut per accidens: vt sunt reliqua. Et cum declarauit quod dicens hoc non potest concedere hoc esse substātia: aut quale: aut quantum: quod est valde improbabile: incepit declarare impossibile: quod contingit his duobus viris secundum hoc quod ponunt: non secundū rēm in se, & dixit & ens etiā non erit infinitū &c. id est, & contingit Parmenidi & Melisso secundū hoc qđ dicunt vt ens nō sit infinitum: vt Melissus dicit: neq; finitum vt Parmenides dicit: nam b finitū & infinitum non dicuntur nisi de quanto: non de ente quanti.

At vero si omnia quæ sunt ratiōe vnum sunt: sicut tunica & indumentū: Heraclito rationē cōtingit dicere ipsos. idem enim erit & bono, & malo, & non bono: esse & bono: quare idē erit bonū & nō bonū, & homo & equus, & nō de eo quod vnum sunt quæ sunt ratio erit, sed de eo quod nihil sunt & tali igitur esse & tanto idem.

Et si omnia entia fuerint vnū secundū rationē vt vestis & tunica contingeret eis dicere quod Heraclitus dicit. esse enim erit boni & mali vnū, & boni & non boni: ex quo sequitur vt bonum & nō bonum erūt idem, & homo & equus, & tūc sermo eorū nō erit in hoc qđ entia sunt: sed in hoc qđ nullū eorū est, & erit etiā intētio quiditatis talis dispositiōis, id est, qualitatis & intētio eius talis mēsure, id est, quātitatis eadem intentio.

Et si omnia. Cum destruxit duos modos illorum trium secundum quos dicitur hoc nomen: vnum: incepit destruere tertium. c Et. d. & si entia &c. id est, & si intēderit per hoc qđ dicūt qz̄ entia diuersorū nominū omnia sunt idē secūdū diffinitionē: adeo qz̄ significatio horū nominū: homo: equus alin?: sit sicut significatio horū nominū: vestis & tunica: cōtinget eis dicere qđ dixit Heraclitus sophista scilicet cōtraria esse idē. Deinde dicit esse enim erit boni &c. id est, & cū significatio nominū sint eędē rerū cōtrariarū & oppositarū: sicut vinū & merū significāt idē, & vestis & tunica: tūc esse propriū bono & malo erit vnū esse. Et d hoc nō solūmodo inuenitur in bono & malo: quæ sunt cōtraria: sed in bono & nō bono quæ sunt cōtradictoria: adeo qđ esse erit nō esse. Deinde dicit ex quo sequitur vt bonum & nō bonū sint idē. Et e homo & equus, id est, & cū esse proprium oppositis sit idem esse cōtinget qđ opposita. Verbi gratia, bonū & nō bonū sint idē & nō solū opposita: sed & species diuerse. Verbi gratia, homo & equus.

Deinde induxit improbabile contingens huic sermoni, & dixit & tūc sermo eorū &c. id est, & cū posuerint quod opposita quæ significant esse & nō esse sint idē: tūc ponūt qđ illud qđ est nō est, & secundum hoc priuāt entia essentia cū dicant ea esse vnū, & secundū hoc quia voluerūt dare entibus aliquā dispositionē, destruxerūt ea esse, hoc igitur est vnū improbabilū cōtingētiū huic positiōi. Deinde induxit aliud quod contingit huic positioni vt aliquid esse in aliqua dispositione, id est, in aliqua qualitate. Verbi gratia, album aut calidum & ipsum esse in aliqua

D
a Oīa puncta sūt diuisibilia aut per se aut per accidens exquo videf velle Auer. qp nul
E
lū idiuisibile, nt ipūcto repōibile. vide tñ oppo. de habitibus ī celle cualibus q sunt in ī pria spē qualitatis scd'm ipsum ī. 7. pa.
F
c. 10. vel in pūcto ad aliquid. Et idē patet. 5. me. 19
c. 10. idē in
G
pūcijs in ser mone de qlitate.
b Finitū & infinitū nō dūr nisi de qito nō dñe quanti.
c Primū in cōuenies qđ tū ad oppoita cōtrarie
d Scd'm in cōuenies qđ tū ad cōtradictoria.
e Tertiū in cōuenie qđ tū ad dispata species.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantitate. Verbi gratia, longum & breue sint idem, & secundum hoc omnia prædicamenta erunt vnum prædicamentum.

I Conturbati sunt autem & posteriores quemadmodum & antiqui ne forte contingat idem simul vnum esse & multa. Vnde & alij quidem est auferebant quemadmodum Iycophron: alij autem mutabant dictionem: vt quoniam homo albus nō est: sed albatur: neque ambulans est: sed ambulat: vt non est adhūcientes multa faciant esse vnum.

Et posteriores antiquorū timuerunt ne contingeret eis idē esse vnum & plura insimul. Quare quidā dimiserunt hoc nomen esse: vt Iycophronus, & quidā quasi rectificauit dictionē, & dixit: nō oportet hominē esse album: sed hominem albescere, & non esse hominem ambulantem: sed hominē ambulare. Neque cū imponūt in sermone hoc verbum esse facient de aliquo vno plura.

2 Causa opinionis. Opinio illorum.

L Et posteriores. Dicit, & quia antiqui cōsenserūt eis scilicet Parmenidi & Melisso ens esse vnū: qđ est substātia: timuerūt exprimere in propositionibus hoc verbū esse: ne cōtingeret eis aliquid esse vnū & multa: quia nō intelligebāt per hoc nomē ens nisi vnā intentionem, scilicet substātiā. Quapropter quidā dimiserūt dictiones quæ significāt esse in propositionibus quarū prædicata sunt accidētia: vt fecit Iycophronus: dicebat enim quoniā non oportet dicere hominem esse ambulantē sed hominem ambulare: quia ens tunc esset plusquam vnum. & totum hoc fuit: quia timebant si in propositione: cuius subiectū est substātia, & prædicatū aliud prædicamentū interponeret hoc verbum esse: quia tunc ens esset plusquam vnum, & hoc intendebat cum dixit, imponunt in sermonem &c.

Tanquā singulariter dicto vno aut ente: sed multa sunt quæ sunt aut enim ratione: vt albo esse & musico si idem vtraque, multa itaque vnū: aut diuisione quēadmodū totum & partes. Hic autē iam deficiebant: cōsitebantur vnū multa esse tanquā nō cōuenire idem vnū & multa esse nō opposita autē est enim vnum & potentia & endelchia, id est, actu.

in hoc cō. deficit contrarratio q̄ supplebatur.

Quasi hoc nomen vnum & hoc nomen ens dicerent singulariter. Sed entia sunt plura: aut secundū rationē: quoniam esse album est aliud ab esse musici, & vnum: erit vtriusque: tūc vnū erit multum: secundum vero diuisionē: vt totū & partes. Sed non potuerunt se excusare in hoc modo, & concesserunt vnum esse plura: quasi esset impossibile aliquid esse vnum & plura si ne contradictione: vnum est potentia & est actu.

11 M 1. instan. Quasi hoc nomen. Dicit, & iste sermo eorū fundatur super hoc qđ hoc nomē vnū & hoc nomē ens semper significāt idem: qđ nō est verū:

quoniā

quoniā a hoc nomē ens dicitur de pluribus secūdū diffinitionē, & vnū secūdū subiectū. V. g. vnus homo est albus & musicus, & esse eius secūdū albedinē est aliud ab esse ei⁹ secūdū musicā, & est subiectū vtriusq; secūdū humanitatē, & sic aliquid erit vnū & plura duobus modis diuersis: vnū secūdū subiectū: plura vero per accidēs. Et similiter potest esse aliquid vnū secūdū cōpositionē: secundū autē diuisionē plura. V. g. totū & partes. D. d. sed nō potuerūt excusare se &c. id est, illi qui nō cōcesserūt pluralitatē ex pluralitate accidētiū in subiecto. Potuerūt em in multitudine accidētiū dicere aliquid scilicet quia nō habēt verū esse & nō potuerūt hoc dicere in partibus & toto, totū em est substātia, & similiter partes sūt substātiæ, & ideo nō potuerūt excusare se in hac qđ stione. D. d. quasi esset impossibile &c. id est, & dicēs hoc videt qua si opinari idē esse vnū & plura duobus modis diuersis esse impossibile Deinde incepit dare istos duos modos in toto tēpore, & dixit, vnū em est potētia & actu, id est, totū enim est vnum actu & plura potētia: quē admodum est possibile in pluribus actu vt sint vnum in posse: quoniā hoc non est impossibile.

a Hoc nomē ens dicitur de pluribus secūdū diffinitionē & vnū subiectum.

2. instantia.

Vltima instantia. N

Totū ē vnū in actu & plura in potentia, quēadmodū est possibile ein pluribꝫ actu vt sint vnū i potentia.

CAPVT. III.

A HOC igitur modo faciētibus impossibile videtur quæ sunt vnū esse. Et ex quibus demōstrāt soluere nō difficile est, vtrique em sophystice syllogizant. & Parmenides & Melissus, & nāque falsa recipiūt & nō syllogizātes sunt. Est autē magis Melissone rosa ratio & non habens defectum: sed vno incōuenienti assignato alia cōtingunt: hoc autem nihil graue est.

Cum igitur processerūt per hāc viā apparebit impossibile eis ēntia esse vnū. Et nō est etiā difficile cōtradicere eis ex illo ex quo nitūtur declarare hoc. Omnes em̄ procedūt in argumētatiōe sua via sophistica. Melissus & Parmenides accipiūt em̄ falsa, & ꝙ nō sequit̄ ex syllogismo. Sed sermo Melissi est magis vanus, & in eo nō est dubiū. Cōcessit em̄ vnū improbabile, & sup ipsū fundauit suū sermonē, & ī hoc nō est difficultas.

22 Cōtrauatio B

C Disputatio exigit vtcōclusioni cōtradicat̄ & argumētis.

Cū igitur. Dicit cū igitur cōsiderātes processerūt per hāc viā cōsiderationis per quā nos processimus apparebit eis qm̄ impossibile est entia esse vnū: vt isti dixerūt, & cū cōtradixit cōcluiōi eorū per se incepit contradicere argumētis, hæc em̄ duo exigit disputatio, & dixit, & nō est etiā difficile &c. id est, & nō est difficile cōtradicere syllogismo quo vtūtur in cōfirmādo suā opinionē. Et cū notificauit qđ facile cōtradicitur syllogismo eorū dedit causam in hoc qđ facile cōtradicit eis, & est: quia argumētatiōes eorū sunt sophistice, & sermones sophistici cōtradicūtur facilius quā disputatiui. Deinde demōstrauit modū secūdā quē sunt sophistici, & dixit accipiūt &c. id est, ponūt em̄ propositiones falsas & cōponūt eas cōpositione nō cōcludēte, & sermōes

b qui sunt huiusmodi dicūtur vani scilicet qui peccāt in materia & b Qui sunt

fermonesvz ni.vide cō similē supra com.10.

& forma. a Et ideo dixit, fermo Meliſi eſt magis vanus, id eſt. & ſi vtercque ſermo ſit vanus: tamē ſermo Meliſi eſt magis vanus quia oſ/ no nō cōcludit: ſermo autē Parmenidis cōcludit ſed non quæ ſunt ad propoſitū ſuū. D. d. & in eo nō eſt dubiū, id eſt, & cū eo qđ eſt magis vanus nullā facit dubitationē propoſitiōes, enim poſite in eo ſunt falſe & improbabiles vt cum dixit quod ens non generatur.

Quod quidē igitur paralogizat Meliſſus manifeſtū eſt ovi natur em̄ accipere ſi cp factū eſt habet principiū omne: qm̄ & quod nō factū eſt nō habet. Poſtea & hoc incōueniens omnis eſſe principiū rei & nō tēporis & generatiōis nō ſimpliciter ſed alteratiōis tāquā nō momētanee facta mutatione.

Quoniā autem Neliſſus peccat in ſyllogiſmo manifeſtū eſt: quia opinatur qđ ſi fuerit cōceſſum: qđ omne qđ generatur habet priaci/ piū: ſequiē qđ omne qđ nō generatur nō habet principiū, & hoc nō ſequitur: qm̄ ſi prædicatū affirmat in eo in quo affirmatur ſubie ctū: nō ſequitur vt prædicatū negēt ab eo a quo negatur ſubiectū. Si em̄ opinatur hoc habet qđ deſtructo antecēdēte in omni materia ſequi tur oppoſitū cōſequētis, & cū Metillus habuerit hoc ꝓ vero & cōcede batur qđ omne qđ generatur habet principiū: exiſtimauit qđ omne cp nō generaī nō habet principiū. Deinde cōtingit huic qđ ens nō genera tur, & cōcluſit qđ ens nō habet principiū. Et hæc ꝓpoſitio dicēs cp ens nō generaī declarabaī ex eis vr dicit Ari. poſt lic, & eſt qđ ens gene raī: aut generaī ex ente: aut ex nō ente: qm̄ ſi ex nō ente: tūc nō ens muta tur i naturā nō entis, & ſi ex ente, ergo ens fuit antēq̄ generaret: ergo nō gñaī: ergo nō habet principiū. D. ex hoc ꝙ ens nō habet principiū, cōclu ſit ipm̄ eē vnū & immobile, principiū ei cp ē extremū magnitudis cū fuerit nō ens: magnitudo erit īfinita, & erit immobilis: qa nō habebit locū in quo moueaī, & iſta dubitatio iduxit ātiquos añ Ari. in maximū errorē vt dicet poſt Ari. Et cū declarauit corruptionē ſermōis Meliſi ſecū dū formā ei? incepit declarare corruptionē ei? ſed m ſuā materiā. & di/ xit. D. hoc eſt magis improbabile, id eſt, magis improbabile hoc cp exi ſtimauit qđ hoc nomē principiū dicit vno modo ſcilicet de principio ſubſtātie tātū, principiū em̄ eſt tēporis & eſt alteratiōis. Si igit vtit hoc nole principiū. ꝓ principio tpali: tūc hoc qđ dixit cp qcqd nō gñaī nō habet principiū. i. tpale eſt verū: ſed ē vtile i hoc qđ ſit debat cōcludere. ſ. qđ ens eſt vnū & immobile & infinitū, ſi aūt vtit eo pro principio alte

rationis

Quaſi non fieret vlla mutatio ſi/ mul.

D 23 Hic deficit cōtinuatio. Modus arguendi meliſſi.

Infra in hoc prio. t. c. 7. Prædicamē tū ſecūdum materiam.

Non omnis alteratio ha bet: habet principiū tē porale ſicut ſunt altera/ tiones ſubſ/ te. idē. 6. ph. com. 32.

rationis non eſt verum: quoniam non omnis alteratio habet prīncipiū: vt alteratio ſubita. ſi vero vtitur eo pro principio magnitudinis: non eſt neceſſe vt omne quod non generatur non habet principium quod eſt in ſubſtantia, corpus enim celeſte habet principium quod eſt in ſubſtā ſtia & non generatur: vt poſt declarabitur. Sed a Ariſtote. conten tus eſt in contradictione iſtius propoſitionis dicentis, quod omne quod generatur habet principium ab alteratione quæ ſit ſubito quo genera/ tur: ſed non habet extremum a quo incipiet generatio. & hoc intende/ bat cum dixit. & non continget ei quod generatur ſimpliciter, id eſt & non continget apud iſtum virum vt principium generationis ſit illud quod eſt in ſubſtantia tantum: ſed vt in a lio: cum ſimpliciter induxit hoc nomen genere in propoſitione & non determinauit ipſum: & hoc eſt quaſi qui opinatur quod alteratio non ht ſubito.

a Videſ cā ſecunda ex/ poſitio.

Poſtea propter quid immobile ſi vnū eſt ſicut enim & pars vna cum ſit hæc aqua mouetur in ipſa quare & non oīs aqua. Poſtea alteratio propter quid non erit. At vero nec ſpecie poſ/ ſibile eſt vnum eſſe: ſed ſicut ex quo: ſicut enim & phyſicorum quidam dicunt vnum: illo autem modo non: homo namq; ab equo alterum eſt ſpecie & contraria abinuicē. Deinde quæ re eſt neceſſe cum fuerit vnum vt ſit immobile: & quemadmo dum pars. Verbi gratia, iſtius aque & pars vna mouetur in ſuo loco: quare etiam totū non eſt huiuſmodi: & poſtea quare non eſt alteratio: & etiam impoſsibile vt ſit vnum in forma niſi ſit ſecundū illud a quo eſt. hoc quidem dixerunt quidam naturā les: alio modo impoſsibile eſt. homo enim alius eſt ab equo in forma: & ſimiliter contraria diuerſa ſunt adinuicem.

F

A. oppo. ha bet. 4. phy. c. 43. cōtra Themiſtiū.

Deinde quare. Cum declarauit corruptionem ſyllogiſmi Meliſi: & quod ex eo non ſequitur concluſio quā nitebatur concludere. Di cit. & ſi conceſſerimus concluſionem eorum: & eſt quod ens eſt vnum & infinitum: tamen non ſequitur ex hoc vt ſit immobile: quoniā quē/ admodum videmus quod pars totius quod eſt infinitum vt dicunt. Ver bi gratia, aer mouetur ſecundum ſuas partes toto permanente in ſuo lo co. ſimiliter poſsibile eſt vt hoc accidat in infinito. ſ. vt totum mouea ſecundū partes nō ſecundū totū. Deinde ſi cōceſſerimus cp nō habet motū in loco quare nō habet motū qui eſt alteratio. & hoc intēdebat cum dixit: deinde quare nō eſt alteratio. i. deinde poſt hunc ſermonē: ſi cōceſſerimus quod nō habet motū translationis quare nō habet motū alterationis. D. d. & impoſsibile eſt vt ſit vnum in forma &c. id eſt im/ poſsibile eſt vt aliquis exiſtimet quod ens eſt vnum in ſubſtantia niſi ſecundū illud ex quo generaī. ſ. materia: vt plures antiqui opinabantur quod entia ſunt ignis aut terra aut aer: quia apud eos componebantur ex vno iſtorum: quod aūt entia ſint vnum in forma impoſsibile eſt opi nari. homo enim manifeſtū eſt qđ eſt alius ab equo in forma: & mani/ feſtius eſt hoc quod contraria differunt a ſeinuicem ſecundū formam.

2.4 1. Inſtan. 2. Inſtan. In materia G entia videnī poſſe cōtra re. minime cñ i forma. Oppoſi. 8. phyſi. 46. H Et. 8. me. 2. cō. 11. & 12.

Et ad Parmenidem aūt idē modus rationum eſt: & ſi aliqui

alij

Universidad de Deusto
Biblioteca

alīs sunt propriī:& solutio partim quidem:quia falsa est: partim quidem:quia non concludit;falsa quidem: quoniam simpliciter accipit quod est dici multipliciter dicto. Nō concludit autem quia si sola alba recipiantur significante vnum albo: nihil minus multa alba sunt:& non vnum. Non enim continuatione erit album vnum:neq; ratione:aliud enim erit esse albo & susceptibili:& non erit extra album nihil diuisum:non em̄ inquantum est separabile:sed quod est alterum esse albo & ei cui in est:sed hoc Parmenides nondum vidit. Et hoc modo sermonum contradicetur sermoni Parmenidis & alīs modis qui forte sunt ei propriī. Quoniam manifestū est quod sermo eius est falsus & nō concludēs:quia vtitur ente:ac si diceret simpliciter:& dicitur multis modis. Est autē non concludens quia si posuerimus sola alba:& diceremus quod albū in eis significat vnū & hoc non erit sufficiens:in hoc quod alba nō sint plura sed vnum.album enim non est vnum neq; secundū cōtinuationē.neq; secundū rationē. Ratio enim albi alia est ab ea quæ est recipientis:& etiā nō intēdimus quod possibile est:vt albū sit separatū:qm̄ nos diximus hoc quod diximus:nō quia albū separatū.sed quia est aliud ab eo cuius est .s. a recipiente. Sed hoc in tempore Parmenidis nondum erat terminatum.

25

Prīa expō. Et hoc modo. Cū cōtradixit syllogismo Melissi:reuertus est ad cō tradicendū Parmenidi. Et dixit.& hoc modo &c.i. & secūdū illū modū quo cōtradixim⁹ Melisso:cōtradicem⁹ Parmenidi & alīs modis propriīs.est em̄ cōmune eis:quia vtunt̄ ꝓpositiōib⁹ falsis secundū æquiuocationē:& q̄ vterq; nō cōcludit illud qđ intēdebat cōcludere:sed syllogismus Melyssi est nō cōcludens oīno:& ideo dixit q̄ est magis van⁹. Secūda expositio. Et intendit ꝓ hoc qđ dixit:& alīs modis &c. vt mihi videtur hoc ex quo cōtradixit cōcluīdi ex ipsis propositionibus ex quib⁹ Parmenides cōposuit syllogismū.iō forte intēdit ꝓ hoc qđ dixit.& hoc modo sermonū.i.sermones quib⁹ vsus est in destructiōe cōclusionis ablq; sermonib⁹ ex quib⁹ cōcluserunt eā. videmus em̄ qđ sermonū quibus vsus est in destructione cōclusionis eorū quidā sunt fundati super propositiōes probabiles:& contradictio est cōis eis & quidam sunt sermones ex quibus cōcludit improbabile & impossibile a Parmenide:& est ꝓpria Parmenidi. In cōtradictione vero Melissi nulla ꝓpositiōe earū vtit quas ponit in suo syllogismo: quia oēs sunt æquiuoce. Corruptio secundū materiam. Et cū narrauit qđ ille cōuenit in hoc qđ corruptio syllogismi eorū est secūdū materiā & formā: & iā notificauit hoc in syllogismo Melissi:incepit notificare hoc in syllogismo Parmenidis: & dixit.& manifestū est ꝙ est falsus & nō cōcludēs.i. & manifestū est qđ ꝓpositiōes sui syllogismi sunt falsæ:& qđ syllogismus est nō cōcludēs illud qđ intēdebat cōcludere:qm̄ ꝓpositiōes eius sunt falsæ:quia vtit

vtit hoc nōe ens:ita qđ dicit̄ de vna intentiōe sed dictum est de pluribus.s.in hoc qđ dixit.ꝙ quicquid est præter ens est nō ens: & quicqd est nō ens est nihil:qm̄ hoc nomē ens & nō ens dicunt̄ de decē prædicamentis. Cū igitur intēdimus per hoc nomē ens vnū decē prædicamentorū. V.g. substātia:aut ꝗtū:tūc nō erit verū dicere ꝙ quicquid est nō ens est nihil:qm̄ nō sequit̄ vt illud qđ est nō ꝗtū neq; substātia sit nihil. ergo ꝓpositiōes ei⁹ nō sunt veræ nisi cū intēderim⁹ ꝙ hoc nomē ens ola decē prædicamēta:sed tūc nō cōcludet illud qđ nitebat cōcludere. s. ꝙ ens est vnū:sed cū iste ꝓpositiōes ponent̄ isto modo q̄ sunt veræ:sequetur vt ens sit multū. Et cū narrauit corruptionē existentē in syllogismo eius ex propositiōib⁹? reuersus est ad declarandū corruptionē eius ex figura.& dixit.est aūt nō cōcludens &c.id est est aūt nō cōcludēs illud quod intēdebat cōcludere.s.quod ens est vnū in numero: qm̄ manifestū est ex hoc quod si posuerimus loco huius nois ens hoc nomē albū:& acceperimus qđ hoc nomē album significet idē de albis:sicut ipse accepit quod hoc nomē ens significet idem de entibus: & posuerimus qđ nihil est præter album: & composuerimus syllogismum sic: quicquid est præter album est non album: & quicquid est non album est nihil:ergo quicquid est præter album est nihil: aut solum album est ens si coniunxerimus huic conclusioni aliam propositionem:& est qđ quicquid est præter quod nihil est:solum est ens.& manifestū est quod ex hoc enunciabili album solum esse non sequitur album esse vnū numero nisi contingat vt album sit vnum secundū continuationē aut secundū diffinitionem:& hoc per accidens:& quia manifestum est quod album nō est vnum secundū cōtinuationē: neq; secundū diffinitionem declaratū est ex hoc exēplo:quod iste sermo nō est concludēs illud qđ intēdebat concludere.albū enim non est vnum secundū cōtinuationē: neq; secundū rationē.i.secundū diffinitionē.sermo enim cōcludēs per se debet concludere in omni materia:& est manifestū quod sermo qui cōcludit aliquid esse solū:nō sequitur ex eo vt illud sit vnū numero nisi cōtingat vt illud sit vnū numero:neq; quod sit vnū secundū diffinitionem etiam.id est simpliciter.vnū em̄ simpliciter debet habere has duas dispositiones. Et cū narrauit qđ ex hac materia in qua vsus est hoc syllogismo apparet ꝙ illud quod accipitur in eo quod est albū nō est vnum numero:neq; secundū continuationē:neq; secundū diffinitionē: dedit modū secundū quē nō est vnū secundū diffinitionē:& dixit:ratio em̄ albi &c.i.& illud qđ significat hoc nomē albū nō est vnū secundū diffinitionē:quia albū significat albedinē & recipiens albedinē.diffinitio autem albi est alia a diffinitione recipientis albedinem.& cum narrauit qđ diffinitio albedinis differt a diffinitiōe recipiētis albedinē:narquis existimet hoc sequi.&.d.& nō intendimus &c.i. non sequitur ex hoc quod diximus:quod diffinitio albi est alia a diffinitione recipientis albedinem:vt albedo sit separata a recipiente. intendimus enim per hoc albedinem aliam a substantia:non aliam, id est separatam. Et quia iste intentiones inuente in hoc exemplo quo demonstrauit:quod iste syllogismus nō concludit illud quod intēdebat cōcludere: necesse est vt sint probabiles: & vt sint conceſſe ab aduersario si contradictio fuerit

I Ens & non ens dicūtur de decē prædicamentis.

Corruptio secundū formam.

L Sermo concludēs ꝙ se debet cōcludere ī omni materia.

M Albū significat albedinem & recipiēs albedinē.differt albedo a recipiēte & quō hoc sit verū: vide.5. meta. ca.14. vide cōsilium. 12. me.c.19.ex cusatio Parmenidis.

fuerit disputatiua: & iste intentiones nō erant famose in tēpore Parmenidis scilicet vt aliquid sit vnum & diuersum secundum diffinitionem exclusauit ipsum. Et.d. sed hoc in tempore Parmenidis nō erat terminata. sed ista quæ diximus in hoc exemplo per hoc quod intendimus cō tradicere syllogismo Parmenidis: & declarare ipsum esse non concludentem per se illud quod intendebat concludere nondum erat terminata in tempore Parmenidis: & sic intelligitur recte iste sermo non secundum quod exponit Themistius & alij.

N

Necesse igitur accipere nō solum vnum significare quod est de quo vtiq; prædicetur. sed & qđ vere est: & qđ vere vnū est. Accidens enim de subiecto quodā dicitur: quare cui accidit qđ est nō erit. alterum enim est ab eo qđ est: erit itaq; aliquid cum non sit. non itaq; inerit alij existens quod vere est. Non em̄ erit ens aliquod ipsi esse nisi multa quod est significet sic vt sit aliquid vnum quodq; sed supponitur quod est significare vnum.

O

Contingit igitur dicenti qđ ens est vnum opinari qđ ens nō significat vnum tantum de quocunq; dicatur. sed significat illud etiam qđ est ens & illud quod est vnum. Accidens enim dicitur de subiecto aliquo: ergo erit illud cui accidit ens: nō ens: est enim aliud ab ente: erit ergo quod non est ens aliquid: ergo necesse est vt quod est ens, non sit aliquod accidens alteri. Impossibile enim est aliquid esse: si ens non significat multas intentiones: adeo q; substantia & accidens vtraq; sit aliqua intentio: sed positum est quod significat vnā intentionem.

P

Quod vere ē nulli accidit. Litera Argy. Si igitur id quod proprie est ens nō accidit cuiquā: sed aliquid illi aliud accidit cui id qđ est ens proprie ens significat potiꝰ ēſſ nō ens. Nā si id qđ proprie est ens erit etiā albū: albū aūt non est proprie ens: neq; eū id quod est ipsi accidere potest.

Contingit. Cum contradixit syllogismo Parmenidis: incepit contradicere conclusioni eius ex propositionibus quas posuit in syllogismo: & est quæ dicitur redargutio contradictio. Et dixit. contingit igitur &c.i. & qui dicit ens esse vnū: non debet opinari ipsum esse quod cunq; vnum sit: sed ens quod est vnum in rei veritate & est substantia.

Deinde dedit causam in hoc: & dixit. accidens enim dicitur de subiecto. i. qm̄ si fuerit opinatus ipsum dici de nō substātia: necessario dicitur de accidēte: & accidens indiget subiecto. sunt igitur duo: accidens: & subiectū accidētis: accidēs enim dicit̄ de subiecto aliquo. Deinde dixit. erit igitur illud cui accidit &c.i. illud igitur qđ est subiectū entis qđ est accidens erit nō ens: iste enim posuit q; quicqd est præter ens: est nō ens. Cōtingit igitur ei vt illud qđ est nō ens sit aliqđ ens. D.d. ergo necesse est &c.i. & cū illud impossibile sequitur ex hoc qđ posuimus q; ens significat accidēs. necesse est vt ens nō significet accidēs. D.d. impossibile est vt aliqd sit &c.i. & causa in hoc est: qm̄ si posuerim? quod ens significet accidēs: impossibile est vt accidēs sit aliquod ens: nisi ponamus quod hoc nomen ens significet saltem duo: accidens: & subiectum accidentis: sed quia Parmenides posuit quod ens significet vnū: ideo accidit ei impossibile: hoc igitur nomen ens apud ipsum secundū hāc positionē nō potest significare accidens: si cum hoc significet vnū.

Si

Si igitur quod vere est nulli accidit: sed illi aliquid magis quod vere est significat quod est: quam quod non est. Si enim erit quod vere est idem & album: albo autē esse nō est quod vere est: neque accidere ipsi possibile est quod est. Neque enim quod est, est quod nō vere est: non ergo quod est, est quod albū est: non sic autem sicut cum aliquod non sit: sed omnino non sit quod vere itaque est, non est. Verum enim dicere est quod vere est: quoniam albū est: hoc autē nō quod est significat: quare si & albū signat quod vere est: multa ergo signat quod est.

Et si illud quod est ens non accidit alicui omnino: sed ei dignius accidit illud quod accidit: ergo ens significat illud quod est ens: aut significat non ens. Quoniam si illud quod est ens sit album quia intentio albi non est illud quod est ens. Nam impossibile est vt ens accidat ei: & quia nō est ens nisi illud quod est ens: ergo album non est ens: non ita quod sit illud quod est ens: sed ita quod est non ens omnino: ergo necesse est vt illud quod est ens sit non ens. Dicere enim ipsum esse album est verū: sed dicere hoc significabat nō ens: ergo necesse est ex hoc vt album etiam significet ens: ergo significat plures intentiones.

Nihil est ēm ens qđ nō est, ppriens. albū ergo nō ē ens atq; nō hoc quidē prædicato vt ꝓpriam nō sit sed vt omnino nō sit. Si igit vti diximus id qđ est proprie

Et si illud. Cum redarguit Parmenidem in hoc quod posuit quod ens significat vnum quod est accidens, incepit etiam redarguere ipsum si posuerit ipsum ens significare vnum quod est substantia. Et dixit. nū quod est illud cui accidit &c.i. & si intendit cum dixit, quod ens est vens apud ipsum significat illud quod est ens in rei veritate: & ens significat non ens. Deinde incepit declarare quomodo sequitur hoc, & dixit. quoniam si illud quod est ens &c.id est, quoniam si illud quod est ens dicitur esse album: quia intentio albi est alia ab intentione entis. nam impossibile est vt ens accidat sibi, & in alia translatione. nam impossibile est. vt accidat ei vt sit ens, id est, quoniam dicere aliquid esse non est prædicatio per accidens sicut prædicatio albedinis. Deinde dicit. & quia non est ens &c.id est, quia positum est quod nō est ens nisi subiectum albi. ergo album non est ens, non ita quod sit non ens quod ponit Parmenides esse ens, & est ens aliquod, sed ita quod sit nō ens omnino. Deinde dicit. ergo necesse est vt illud quod est ens sit non ens, id est, contingit igitur vt sit ens, illud quod non est ens. Deinde declarauit hanc consecutionem. & dixit: dicere enim ipsum esse albū est verum &c.id est, dicere enim quod ens est album, est ponere album esse ens, quia ista propositio est vera, & iam declaratum est quod hoc nomen album significat non ens secundum positionem aduersarii. ex quo sequitur vt ens significet illud quod ipse posuit non ens. D.d ergo ens &c.i. ergo ens signat illud qđ posuit ens. & est illud qđ recipit albedinē, & illud qđ posuit non ens. i. albedinē. ergo ens signat plura.

ens erit est album: sitvt id nō sit ens qđ est proprie ens. vere ēm dicemus si illud album esse dixerimus ad hoc non ens vti dicebatur significabat. quærit si album etiam ppriens significat nō vnū id quod est,

R

sed plura sane significa

Neq; igit magnitudo erit quod est si quidē quod vere est: est quod

ta specie. f Quartū in cōuenies ꝙ tū ad priuatiue oppositū.

quod est: vtrique enim alterum est esse partium. Quod autem diuiditur quod vere est: in quod est vere aliquid aliud & ratione manifestum est: vt homo si est quod vere est aliquid: necesse est & animal quod vere est aliquid esse: & bipes. Si enim quod vere est aliquid est: & accidentia erunt aut igitur hoī: aut ꝓlicui alī subiecto: sed impossibile est. Accidēs enim dicitur hoc: aut quod quidem contingit esse: aut non esse: aut cuius est in ratione hoc cui accidit: vt sedere quidem sicut separabile. in simo autem est ratio naris: cui dicimus accidere simum.

Nō contra antiquos.

Et etiam ens non est magnitudo: si ens est illud quod est ens: intentio enim vtriusque partis est alia ab altera: & manifestū est quod illud quod est ens diuiditur ratione etiam in aliquas partes quæ sunt etiam illud quod est ens. Verbi gratia, quoniam homo si sit illud quod est ens, necesse est vt animal etiam sit illud quod est ens & bipes. Nam si nō fuerint illud quod est ens: ergo sunt accidentia aut ergo homini accidunt aut alteri subiecto. Accidēs enim dicit aut de illo quod pōt esse alicuius: aut de non esse: aut de illo in cuius ratione accipitur illud cui accidit. Verbi gratia, sessio autem quasi separatum: simitas vero ratio nasi accipitur in eo de quo dicimus ꝙ simitas accidit ei.

a Partes rei secundū diffinitionem præcedūt rē in esse. Idē 2. phy. 28. et primo de anima cō. 5. 28 ex quo patet partes diffinitiōis esse reales. Sed oppn. 7. met. 33. & 41. com. Et primo phy. cō. 5. &c.

Et etiam. Cum redarguit Parmenidem proprie incepit contradicere eis ambobus communiter. Et dixit: & etiam ens non est magnitudo &c. id est, & etiam ens secundum hanc opinionem impossibile est vt dicatur esse corpus: cum ens apud eos sit ens principaliter: & corpus dicitur de substantia & quantitate. erit igitur esse substantiæ aliud ab esse quantitatis. Et forte intendit quod si ens fuerit vnum: impossibile est vt sit corpus nam corpus est diuisibile: & hoc est manifestius vt mihi videtur. Deinde incepit contradicere eis alio modo. & dixit: & manifestum est &c. id est, & vniuersaliter siue crediderin ipsum esse corpus siue non: necesse est vt habeat diffinitionem ex qua intelligatur eius substātia. scilicet vt habeat aliquid quasi genus: & aliquid quasi differentiam. Deinde induxit exemplum & dixit. Verbi gratia: homo &c. id est, Verbi gratiā, quoniam si posuerint quod ens qđ est vnum apud eos sit homo: necesse est vt animal quod est genus hominis: & bipes quod est eius differentia sint entia in rei veritate: nam partes a rei quæ sunt secundum diffinitionem præcedunt rem in esse. Deinde deditrationem super hoc. & dixit. nam si non fuerint &c. id est, animal enim & bipes si non fuerint de natura illius quod est ens ergo erūt accidentia in eo: & tunc aut erunt accidentia hoī aut alteri subiecto: sed impossibile est vt animal bipes sint accidentia homini. Accidēs enī inuenitur duobus modis: aut separatum quod qđ est in re: & qđ nō vt sessio. aut nō separatum: & est illud in cuius diffinitione accipitur illud cuius est accidens. Ver. gr. simitas quæ accidit naso: nasus enim

Accidēs reperitur duobus modis: aut separatū aut nō separatū. 7. met. 17. & 18.

T

enī accipitur in eī⁹ diffinitione. Deinde induxit impossibile qđ sequitur, si animal & bipes fuerint alterius duorum modorum accidentis.

Amplius quæcūq; in diffinitiua ratione insunt: aut ex quib⁹ sunt in ratione horū nō inest ratio toti⁹: vt in bipede ratio hominis: & in albo quæ est ratio albi hominis. Si igit hæc hunc habent modū: & omni acidit bipes: necesse est separabile esse ipsum: quare cōtingit vtiq; nō bipedē esse hominē aut in ratione bipedis inerit hoīs ratio: sed impoſe est istud. Istud enim in illius ratione inest. Si aūt alī accidunt bipes & alal: & non est vtrūq; quod vere est aliqd & hō vtiq; erit accidentium alteri.

V

Et dicamus etiam quod illa quæ accipiuntur in ratione diffiniente rem: aut illa ex quibus inuenitur res impossibile est vt ratio illius rei vniuersalis accipiat in ratione illarū rerū. V. g. vt ratio hominis accipiatur in ratione bipede: aut ratio hominis albi accipiatur in albo: & si illa sunt talia: & bipedes accidit homini: necesse est aūt vt illud separatū sit ita ꝙ sit possibile vt homo nō sit bipes: aut ratiōe hoīs accipiat in rōne bipedis: sed hoc est impossibile: nam hoc accipiant in diffinitione illius. Et si bipes & animal accidant alteri: & vterq; non est illud quod est ens: necesse est vt homo etiam sit de rebus accidentibus alteri.

X 29 Partes diffinitiōis præcedūt diffinitū nō econtra quia tūc causatū ꝑcederet cām.

Et dicamus. Dicit. Et manifestū est etiā ꝙ illa quæ accipiunt in rōne diffiniēte rem: impossibile est vt in diffinitionib⁹ illorū accipiantur illæ res: qm̄ partes diffinitionis præcedūt diffinitū: nō diffinitū præcedunt diffinitiōe bipedis & alalis: aut hō alb⁹ q est posterior bipede & alali accipiat i diffinitiōe hoīs & albedinis: qm̄ si ita esset tūc causatū præcederet cām & cū posuit hāc ꝓpōnē dicēs: ꝙ alal & bipes: & vt̄ illa quæ accipiunt in diffinitionib⁹ rerū nō diffiniunt q illas res: incepit facere mētionē de ꝓpōnib⁹ prædeclaratis. s. ꝙ accidētia sunt duob⁹ modis. est enī accidēs separabile & inseparabile: & qa in diffinitionib⁹ inpositiōe: & declarat inducēdo ad incōuenīēs illud qđ intēdebat declarare. s. ꝙ alal & bipes nō prædicanf de hoīe secūdū ꝙ sunt accidētia. et dixit, si illa sunt talia &c. i. cū iste ꝓpōnes sint positæ. s. ꝙ hō nō accipiuntur in diffinitiōe bipedis. Et accidētia sunt duob⁹ modis. s. mō q nō separanf a subiecto: & in cuius diffinitione accipit subiectū: & mō quo qūq; separanf a subiecto: manifestū est ꝙ cū posuerim⁹ ꝙ alal & bipes sint accidētia hoī: & cōiunxerim⁹ eis has ꝓpōnes. s. ꝙ accidētiū aliud est separabile & aliud inseparabile & ꝙ in diffinitiōe inseparabilis accipit subiectū in quo est: sequetur ex hoc alterū duorū impossibilium: quia si bipes & alal fuerint accidentiū separabiliū: sequitur hoīem esse qūq; non alal: & qūq; non bipedem: si vero inseparabiliū sequit vt hō accipiat in diffinitione alalis & bipedis: vt vtrūq; est impossibile. Impossibile enī est vt hō sit & careat vita: & impossibile est ēt vt homo

Hic phat partes diffinitionis nō eē accētia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accipiatur in diffinitione bipedis. sed est econuerso. Et cū illud impossibile sequitur si posuerimus quod bipes & animal sint accidentia in homine: ergo manifestum est quod non sunt accidentia in eo. Deinde dixit. & si bipes & animal &c. id est. si bipes & animal quæ sunt respōdentia rebus quæ accipiuntur in diffinitione entis: accidunt alicui subiecto alij ab homine. est eis quæ prædicantur de homine: quem posuimus similem enti apud eos: & ista accipiuntur in diffinitione hominis: manifestum est quoniam ex hoc sequitur vt homo qui est similis enti in positione sit accidens: & sic vnum ens apud eos erit accidens non substantia quod est cōtra positum. Et abbreuiatio summæ istius sermonis est: quoniam quæ accipiuntur in diffinitione entis: aut erunt de natura entis: aut erunt accidentia. si autem accidentia: aut subiectum eorum erit ens: aut aliud prædicabile de illo. si igitur subiectum eorum erit ens: non erunt accidentia in eo: quoniam accidentia aut sunt separabilia aut inseparabilia. separabilia autē possunt esse extra illud in quo sunt: sed ab illis quæ accipiuntur in diffinitionibus impossibile est vt diffinita separentur: inseparabilia autem diffiniuntur per subiectum: sed non subiectum per illa. vnde impossibile est vt illa quæ accipiuntur in diffinitione entis sint accidentia in eo: & impossibile est vt sint accidētia in alio. nam si fuerint accidētia in alio: & sunt accepta in diffinitione entis continget vt ens sit de natura eorum: & sic vnum ens apud eos erit accidens: & hoc est contra illud quod dicunt. etiā si dixerint ipsum esse accidens: sequitur impossibile prædictum. Et cum destructi sunt omnes modi: secundum quos possibile est dicere: quod illa quæ accipiuntur in diffinitione entis non sunt de natura accidentis: remanet vt sint de natura entis. ergo est multa non vnum. & hæc est abbreuiatio istius sermonis.

Abreuiatio sermonis Aristo.

3 Accidentia inseparabilia diffiniuntur p subiectū. sed non subiectū p illa. idem. 7. meta. 17. Et 19. & 40. com.

A Quod vere est nulli accidit. idem supra. t. cō. 27.

Sed quod vere est sit accidēs nulli. & de quo ambo & vtrūque. & quod est in his dicatur. ex indiuisibilib⁹ itaq; quod est erit omne. Quidam autem rationibus vtrisque acquiescunt. huic quidem quoniam omnia vnum sunt. si quod est vnum significat quoniam est. & quod non est. Ei autem qui decisionē indiuiduas facientes magnitudines.

Ponamus ergo quod illud quod est ens nulli accidat. & vniuersaliter dicatur illud de vtroque. & de illo quod est ex eis. sequitur igitur ex hoc vt totum sit ex rebus indiuisibilibus. & videmus quosdam qui obediunt vtrique sermoni. obediunt enī sermoni dicenti quod omnia sunt vnum, si ens significat vnū: quia dicunt quod non est ens habet essentiam. obediūt autem alteri sermoni: quia concedunt magnitudines esse indiuisibiles secundum diuisionem in duas medietates.

Ponamus ergo. i. ponat igit ratiocinatio Parmenidis secunda superhoc q̄ ens est vnū sit talis: ens q̄d est vnū est corpus deferens accidēs non est accidens: & corpus est vnum & indiuisibile: qm̄ si fuerit diuisibile

bile procedit diuisio semper in duas medietates: & per diuisionem in medietates deuenietur ad hoc q̄d corpus sit compositū ex punctis: & sic corpus erit compositum ex non magnitudine & ex non corpore: q̄ est impossibile. ergo corpus est vnum indiuisibile: & hoc intendebat cum dixit. & vniuersaliter &c. i. vniuersaliter ponamus q̄ corpus diuiditur in duas medietates. & q̄d ens dicitur de vtraq; medietate. & congregatio q̄d est corpus: ex quo sequitur vt corpus sit compositum ex non corpore. nam ille due medietates diuiduntur in duas: & ille due in duas alias. & procedet hoc adeo q̄ in corpore nō remanebit magnitudo: sed diuidetur secundū totum: & deficiet aut dissoluetur in puncta: & vniuersaliter in non corpus. q̄d est impossibile. D. d. & videm⁹ quod dā &c. & intendit per istos duos sermones istum sermonem: & primam rationem in qua dixit. quicquid est præter ens est non ens &c. D. d. obediunt autem &c. i. obediunt autem huic quod dixit: q̄ quicquid est præter ens non dicitur ens: quia existimant q̄ ens solummodo dicitur vno modo. & ideo visi sunt cōtradicere huic sermoni dicentes: q̄d quicqd est præter ens habet aliquam essentiam: & si non dicatur ens: & innuit per hoc Platonem. D. d. obediunt vero &c. i. alij non obediunt isti rationi: quia contradicunt ei ponēdo corpora indiuisibilia. i. quoniā Parmenides cum dixit: q̄d corpus diuiditur in duas medietates: continget vt diuisio perueniat ad non corpus. Contradixerunt huic sermoni alij homines cōcedēdo: quod diuisio cadit in totum: & est falsum. Et dixerunt quod ista diuisio non peruenit ad non corpus: sed peruenit ad corpora indiuisibilia: & sic fugerunt vnum falsum: & ceciderunt in aliud falsum.

In hoc comento desicit cōtinuatio. Secunda ratio permendis.

Manifestum autem est: quoniam nō verum est quod si vnū significat quod est: & non possibile est simul contradictionem esse: nō erit nihil quod non est: nihil enim prohibet quod non est non simpliciter esse: sed non ens aliquid esse quod non est dicere extra ipsum quod est: nisi aliquid erit aliud. vnum oīa esse inēcōueniēs est: quis enī addiscit ipsum q̄d est nisi q̄d vere est aliquid sit. si autem hoc est: nihil tamen prohibet multa quæ sunt esse: sicut dictum est. q̄ quidem igitur sic vnum esse q̄d est impossibile sit: manifestum est.

Et manifestum est q̄ dicere q̄ ens significat vnum: & quod contradictoria non possunt esse insimul: impossibile est vt nō ens habeat essentiam rationis: & non est vnum: & non est verum. Nihil enim prohibet vt non sit simpliciter: sed nō ens erit aliquod non aliquod ens: ex quod sequitur vt dicere: quod si hic non fuerit aliquod habens essentiam præter ipsum ens: omnia erūt vnum: sit impossibile: null⁹ enim intelligit per hoc nomē ens: nisi illud quod est ens: & sic nihil prohibet vt reputo: vt entia sint plura: vt prædictum est. Quoniam autem impossibile est vt ens sit vnum; hoc modo manifestum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3b Et manifestum. Dicit. & manifestum est &c. i. manifestum est: quod si aliquis posuerit quod ens significat vnum: & quod impossibile est vt contradictoria cõgregentur insimul: scilicet esse & non esse existimauerit quod ex istis propositionibus sequitur: quod illud quod non est illud ens: nõ habet essentiam: & manifestum est quod existimatio eius nõ est vera. Deinde dedit causam in hoc & dixit. nihil enim prohibet &c. idest nihil prohibet vt illud quod est non ens: quod dictum est: vno modo non sit non ens simpliciter: sed non illud quod significatur per hoc nomen ens: id est non simile ei. Deinde dicit. ergo necesse est vt dicitur &c. idest ergo necesse est vt sermo dicentis: qđ si non fuerit hic aliquod ens non habens essentiam in rei veritate, scilicet sicut essentiam entis: omnia erunt vnum sit sermo impossibilis. possibile est enim vt aliqua sint quæ non habent essentiam similem essentiæ entis. Deinde dicit nullus enim intelligit &c. id est nullus enim intelligit per hoc nomen ens: nisi ens quod est ens principaliter & vere. scilicet substantiæ & cum illud ens verum sit vnum possibile est vt entia quæ sunt sub eo in esse sint plura. D. dixit. quoniam autem impossibile est &c.

De improbatione eorum qui de principijs naturalibus sunt locuti non remouentes motum. CAP. IIII.

Sicut autem physici dicunt duo modi sunt: hi quidem enim vnum faciẽtes quod est corpus subiectũ: aut triũ aliquid: aut aliud quod est igne quidẽ densius: aere autẽ subtilius: alia autem generant densitate & raritate multa facientes: hęc autem sunt contraria: vniuersaliter autem excellentia & defectus sicut magnum dicit Plato & paruum: nisi quod hic quidem hoc facit materiam: vnum autem speciem. Alĩ vero vnum quidem subiectũ
A materiam: contraria autem differẽtias & species. Quidam autem ex vno inhærentes contrarietates segregant: quemadmodum Anaximandros dicit: & quicũq; aut vnum & multa dicunt esse sicut. Empedocles & Anaxagoras: ex cõmixtione nãq; segregant alia. Differunt autẽ abinuicem: in eo qđ hic circulationem facit horum: hic autem semel: hic quidem infinitas similes partes & contrarias, ille vero vocat elementa solum.

Quod autem dicunt naturales: est duobus modis. quidam enim composuerunt ens: vnum genus subiectum: aut vnum triũ aut aliud densius igne & subtilius aere. Attribuũt alia dẽ
B sitati & raritati: & posuerunt ea multa: & hæc duo sunt contraria. & vniuersaliter additio & diminutio secundum sententiã Platonis ſ magno & paruo. Sed Plato ponit hæc duo loco materiæ: & ponit vnum loco formæ; isti autem ponunt istud vnũ subiectum materiam: & ponunt duo contraria: differentias & species:

species: & quidam dixerunt qđ contraria sunt existẽtia in vno: & ex eo resoluuntur & exeunt: vt dicit Anaximandros: & similiter etiam qui dixerunt quod entia sunt vnũ & plura: vt Empedocles & Anaxagoras. isti enim attribunt exitum aliarum rerum dissolutioni quæ fit ex mixto: sed differunt quoniam ille dicit hoc esse reciproce: iste autem dicit hoc esse semel. Amplius ille dixit: quod partes consimiles sunt & infinitæ & contrariæ. Iste autem dicit contraria in eis: quæ apud ipsum dicuntur elementa tantum.

Quod autem cum contradixit opinionibus non essentialibus in hac arte secundum disputationẽ: reuersus est ad contradicendum opinionibus naturalibus dictis ab eis: qui concedũt principia esse: & vtuntur hoc nomine ens pro principio: & q istorum dicit qđ ens est vnum: intendit q principium est vnum: & qui dicit entia esse plura: & intendit principia esse plura: & incæpit Aristo. in opinionibus istorum ab opinione dicentis principium esse vnum. 32

Et dicit. q autem dicunt naturales &c. i. naturales autem qui vtuntur hoc nomine ens pro principio: & dicunt q ens est vnum in qualitate generationis sunt bipertiti: isti enim conueniunt in hoc quod dicunt: qđ ens scilicet principium est vnum: aut trium elemẽtorum: quorundam qui- dicunt qđ istud principiũ est ignis: & quidã aer & quidã aqua: aut aliqđ mediũ inter ignẽ & aerẽ dẽ suus ignes: & subtilis aere: sed diuisi sunt in modo generationis rerum ex hoc principio vno in duas: secias: quidã enim ponũt generationes rerũ ex hoc principio secundum raritatem & densitatem: & isti quoquo modo ponunt principia plura: ponũt enim vnũ subiectũ & duo cõtraria. i. raritatẽ & densitatẽ: & vniuersaliter additionẽ & diminutionẽ: sub quibus collocantur magnũ & paruũ: quæ dicit Plato, sed isti differũt a Platone: quoniam Plato ponit hæc duo contraria loco materiæ: & ponit vnum quod est subiectũ eorũ loco formæ. isti vero ponũt vnũ qđ est subiectũ materiã: & ponũt cõtraria differẽtias & species materiæ. ſ. qũ vnũ ponunt pro materia: & contraria pro forma. Et cum notificauit vnam sententiã dicentiũ. principium esse vnũ in modo generationis rerũ ab illo principio: reuersus est ad secundum sententiam. & dixit. & quidam dicunt quod contraria &c. i. & quidã eorũ qui dicunt q principiũ est vnũ: nõ ponunt modũ generationis secundũ densitatẽ & raritatẽ: sed dicũt qđ cõtraria & vltra ois diuersarũ specierũ & formarũ sunt existentia in actu in illo vno principio secundũ latẽtiã gñatio nihil aliud est quã exitus illarũ rerũ latẽtiũ ex illo vno: vt dixit Anaximãdros naturalis. Deinde dixit. quomodo cõueniũt quidã eorũ qui dicũt principia esse plura vno cũ istis in hac opinione. i. in hoc q gñatio ex principijs est secũdũ dissolutionẽ & exitũ. & dixit. & iste illi qui dicũt &c. i. talẽ opinionẽ de modis gñationis nõ opinantur solum illi qui dicunt q principiũ est vnũ: sed qui dicũt principia esse plura: vt Anaxagoras & Empedocles: isti enim attribuũt generationem rerũ exitui earũ a mixto. Et cum narrauit q isti duo viri conueniunt in hoc. i. in modo generationis: incæpit narrare in quo

Istorũ opiniones regre in prohemio meta. c. 2.

C

D

Conueniẽtia inter Empedoclẽ q Anaxagoram. D ria. ſ.

Universidad de Deusto

differunt. & dixit. & differunt in hoc: quoniam &c. ista est Empedocles & Anaxagoras differunt: quoniam Empedocles opinatur: qđ mixtio & congregatio rerum habet tempus: quod est tẽpus corruptionis mũdi. & segregatio earum habet aliud tempus: & est tẽpus generationis mũdi. & quod ista congregatio & segregatio semper est reciproce in infinitum. Anaxagoras vero opinatur res esse mixtas tẽpore infinito. deinde intellectus incepit distinguere eas: & extrahere eas a mixto: & quod hoc erit in infinitum. Mõdus igitur apud Empedoclem est & q̃nq; : & corrumpitur q̃nq; : apud Anaxagoram vero est ens factum a principio: sed permanebit in infinitum. Deinde induxit alias differẽtias inter eos. & dixit: & iste facit semel &c. id est & non differunt in hoc tantum, scilicet quod Anaxagoras ponit generationem mundi semel: & Empedocles infinities: sed etiam in hoc quod Anaxagoras dicit: quod illa quæ dissoluunt̃ sunt partes consimiles & cõtraria: & quod ideo accidet mũdo remanere in infinitũ: eo quod iste partes sunt infinitæ: quare nunq; cessant exire. Empedocles autem dicit: congregationem & segregationem elementorum quatuor esse reciprocã: quia apud ipsum sunt elemẽta eorum quæ sunt consimilium partium: sed apud Anaxagoram econuerso: scilicet quoniam illa quæ sunt consimilium partium sunt apud ipsum elementa elementorum quatuor.

Videtur Autem Anaxagoras sic infinita opinari: vt accipiat communem opinionem physicorum esse veram tanquã non fiat nullum eorum quæ sunt ex eo quod nõ est propter hoc eẽ sicut dicunt erant simul omnia: & fieri huiusmodi statuerunt alterari: alĩ autem congregationem & segregationem. Et forte Anaxagoras existimauit ea esse infinita: quia opinabatur quod illud quod erat famosum inter naturales est verum. scilicet quod nihil omnino generatur ex non ente. Quoniam propter hoc dixerũt, scilicet quod omnia erãt insimul in illo principio. & quod generatio rei demonstrate est alteratio. & quidã dixerunt quod est mixtio & distinctio.

Et forte. Cum numerauit opiniones illorum de principijs & de modo generationis: incepit notificare illud qđ mouit illos ad opinandum hoc. Et dixit: & forte Anaxagoras &c. id est posuit elemẽta infinita consimilium partium: quia existimauit quod propositio concessa apud naturales est vera omnibus modis: & est quod impossibile est vt aliqđ sit ex non ente omnino. Deinde dixit: quoniam propter hoc dixerunt &c. id est propter hoc quod concesserũt hanc propositionem: dixerũt isti qđ oia erãt insimul: & qđ generatio est congregatio: & corruptio est segregatio: licet quidam vocent generationẽ rei non distincte alterationem: quoniã apud ipsum generatio in rei veritate nõ est alteratio: & est Anaxagoras: & quidam vocant eam mixtionem & distinctionem: & isti magis conseruant nominationem secundum intentionem suam.

Amplius ex eo q̃ fiũt ex alterutris cõtraria inerãt ergo: si eẽ qđ est fit necesse est fieri: aut ex his quæ sunt: aut ex his quæ non

non sunt. Horum autem illud quod est ex his quæ nõ sunt aliquid fieri impossibile est (de hac eẽ conueniunt opinione oẽs qui de natura sunt.) Reliquũ iam contingere ex necessitate putauerunt ex eis quæ sunt & insunt fieri. Sed propter parũitatẽ magnitudinũ ex insensibilibus nobis: vnde dicunt esse in omne miscẽri propter id quod omne ex omni videbãt fieri. Apparere autẽ differẽ. ia & appellari altera abinuicẽ ex magis superabundanti propter multitudinẽ in mixtura infinitorũ: sincere quidẽ enim totũ album: aut nigrũ: aut carnem: aut os non esse: sed quod plus vnũ quodq; habet hoc videtur esse natura rei.

Et etiam si alterum contrariorũ generatur ex reliquo. Quoniam quia omne generatũ necesse est vt generatio eius sit ex rebus entibus, aut ex non entibus, & est impossibile aliquid generari ex nõ ente. Naturales enim omnes conueniunt in hoc, & existimauerũt quod sequitur necessario: quod generatio ex rebus existentibus in se propter parũitatẽ corporis eorũ erit generatio ex rebus insensibilibus apud nos, & ideo debẽt: quod quodlibet est mixtũ cũ quolibet. Opinabãtur enim q̃ quodlibet generatur ex quolibet, & q̃ illa quæ videtur diuersa, & discãtur alia à sensaicẽ videtur ita. propter illud q̃ habet dominiũ in mixto. Quoniã vt dicunt nihil est q̃ sit totũ purũ albũ: aut nigrũ: aut dulcæ: aut caro: aut os: sed in vnaquaq; rerũ illud q̃ vincit in ea existimatur q̃ natura eius est illius.

cõuenerunt qđ ex nihilo, id nihil fit. I

Idem supra in te. prece. B t.3. cæli. com. 25.

Et etiã. Hoc qđ dicit, & etiam si alterũ contrariorũ &c. est alia res quæ induxit eos dicere qđ entia erant insimul: quoniã quia opinabantur qđ generatio est ex cõtrarijs & qđ cõtraria sunt quæ sunt principia: oportet vt nõ sint generabilia nec corruptibilia, & ideo oportet apud eos cõtraria esse insimul, & quædã exeũt a quibusdam, & cũ induxit illud primũ indubitabile qđ mouit eos ad opinandũ entia esse in simul, & qđ generatio est exitus & resolutio: incepit declarare: illã ambiguitatem, & quoquomodo excusat Anaxago. eos qui dicunt esse impossibile: qđ generatio est aliquid esse quod nõ erat, & d. quoniã cum omne generatũ &c. & sermo eius in hoc manifestus est per se. D. d. & propter parũitatẽ &c. id est, excusans se in hoc qđ sensus cõtradicit huic opinioni dicẽtes, q̃ hoc qđ apparet sensui scilicet q̃ generatio fit ex nõ ente est propter parũitatẽ partium: nõ qđ in rei veritate est generatio ex nõ ente. D. d. & ideo dicũt &c. id est, & quia coacti sunt ad credendũ qđ ens generatur ex ente. & hoc nõ apparet, sensui: est peccatũ sensus ex parũitate partiũ: ex quibus est generatio dixerũt quod omne est mixtũ cũ omni: licet non appareat sensui, & quod necesse est omne generari ex omni: non vt aliqua terminata generentur ex aliquibus generatis terminatis. Deinde dicit, & illa quæ videntur diuersa &c. id est, Anaxagoras qui est coactus ad credendum omne generari ex

Et. 8. phys. t. 2.

B Alias differentias vide p opinione Anaxag. & empedo. 12. meta. cõ. 9. &. 11. Et in 8. phys. cõ. 2. & primo ce. 122. oppositum reperies de anaxago. opinione circa generationẽ mundi &c.

F

G

33

H Vide primo. g. prio.

Oẽs qui de natura locuti sunt i hoc

omni: excusat se ex hoc q̃ apparet sensu scilicet quia res videtur diuersæ separatæ dicẽdo hoc quod res videtur diuersæ: est propter illud quod dominatur in illa re mixta ex partibus infinitis. Verbi gratia quoniã tũc existimatur hoc esse aqua quãdo partes cõsimiles aquosæ fuerint in eo plures quã aliæ partes infinitæ mixtæ in eo, & tũc existimatur q̃ hęc est caro: quãdo partes carnosæ fuerint in eo plures aliis partibus infinitis mixtis in eo: nõ quia in carne nõ sunt nisi partes carnosæ tantum: sicut existimatur: neq; in aqua nisi partes aquosæ, sed in aqua & aere, & in omni quod distinguitur: non distinguitur nisi propter illud quod habet dominiũ in eo ex partibus cõsimilibus infinitis

L in numero nõ in forma, dicãt igitur quod nihil est hic quod totũ sit album purum: aut nigrum purum: aut dulce purum: aut caro pura: aut os purum: sed vnaquęq; res existimatur esse de natura illius quod magis est in ea, & quod illud est de natura eius pura, & quod non est nisi illa natura pura, & hoc est falsum.

M Infinitũ secũdũ q̃ infinitũ ẽ ignotũ. idem. 2. met. te. c. 11.

Si igitur infinitũ secundũ quod infinitum ignotum est: secũdum multitudinẽ & magnitudinẽ infinitum ignotum quã tum est: quoddam: secundũ speciem aut infinitũ ignotũ quale quoddam est. Principijs autẽ existentibus infinitis: & secundũ multitudinem & secundũ speciem impossibile est quæ sunt ex his cognoscere: sic enim cognoscere compositum arbitras mur: cum cognoscimus ex quibus & quantis sit.

N Dicamus igitur quod si infinitum secundum quod est: infinitum nõ scitur, ergo illud quod est infinitum in numero aut in magnitudine: est quantũ nõ scibile. Et illud quod est infinitum in forma est quale nõ scibile, & cum principia sint infinita in numero & in forma, ergo nulla est via ad sciendum illa quæ sunt: nos enim non existimamus scire compositũ nisi cũ sciuerimus illa ex quibus & ex quot est compositum.

55 Dicamus. Cum numerauerit opiniones naturalium in numero principiorum & in modo generationis: incepit primo destruere sermonem dicentium ea esse infinita. Et cum hoc destruxerit incepit perscrutari vtrum sint vnum aut plura, & si sint plura: quot sunt, & posuit suum sermonem in hoc cõtra Anaxagoram, & si sit etiam contra Democritum qui dicit partes esse indiuisibiles modo communi nõ proprio: cũ in hoc libro & in alio dicetur de modo proprio. Et incepit contradicere huic opinioni ratione logica, & dico hic logicã, id est, argumentationẽ cuius propositiones sunt declaratæ in logica, & sunt acceptæ illic pro declaratis per se. logica enim vtitur in scientijs duobus modis: aut secundũ quod est instrumentũ distinguẽs verum a falso, & hęc est modus proprius: aut secundũ quod illa quæ sunt declarata in ea accipiuntur pro maximis in destruendo: aut construendo aliquid, & ista consideratio cum vtitur in artibus particularibus est nõ propria: in arte autem vniuersali scilicet prima philosophia est propria. Et iste sermo est syllogismus in secunda figura, cuius altera propositio est posita

O Quæ ratio logica appellatur. vide hic, & aliã significationẽ require prio ęcli. cõ. 70. Logica vsitatur duobus modis.

ita sine medio & secũda subintellecta est: sed eius medium ponitur q̃ componitur in prima figura, & altera propositio eius est manifesta per se: altera vero duarũ propositionũ quæ ponuntur in secũda figura est. Omne compositũ ex principijs infinitis in quãtitate & forma est compositum quod nõ scitur ex quibus componitur & ex quot: secundaverò est. Et omne cõpositũ notum est compositum, & scitur ex quot cõponitur & ex quibus ergo in secunda figura. Omne compositum ex principijs infinitis est compositũ ignotum, id est, quod non potest sciri propositio autem dicens quod omne compositũ notum est compositũ ex principijs, quorum quantitas & qualitas, est nota: est posita sine medio, & est illa quam expressit cum dixit: nos enim existimamus non scire &c. propositio vero posita sine medio in hoc syllogismo: cum dicimus, quod omne compositum ex principijs infinitis in quantitate & forma: est compositis ex principijs ignotis, & medium est quod omne quod in infinitum in numero aut in magnitudine est quantum non scibile, & omne quod est infinitum in forma est quale non scibile & sic iste sermo componitur in prima figura. Omne infinitum in numero aut in magnitudine est quantum non scibile. Et omne quod est infinitum in forma est quale non scibile. Omne compositum ex principijs infinitis in quantitate aut qualitate est compositum ex magnitudinibus: aut numeris aut qualitatibus non scibilibus: ergo in prima figura. Omne cõpositum ex principijs infinitis in quãtitate & in forma est compositum ex principijs nõ scibilibus, & propositio minor istius syllogismi declaratur etiam per medium scilicet propositio dicens q̃ omne compositum ex principijs infinitis in quãtitate & qualitate est compositũ ex magnitudinibus aut numeris: aut qualitatibus nõ scibilibus, & medium per q̃ declaratur propositio est propositio dicens. Infinitũ secũ in prima figura. Omne quod est infinitum est non scibile, & syllogismus componitur sic est infinitũ in magnitudine aut numero aut qualitate. Sed omne q̃ Omne quod est infinitum in numero aut magnitudine aut qualitate est infinitũ, ergo nõ scibile secundũ magnitudine aut numerum aut qualitatem. Sunt igitur tres syllogismi & sex propositiones, & duo syllogismi sunt in prima figura, & vnus in secũda, propositionũ autẽ duæ sunt manifestæ declaratæ cũ medio, & quatuor sine medio & Aristo. expressit ex istis duas propositiones tertij syllogismi quæ sunt manifestæ sine medio: cũ dixit q̃ infinitum secundũ q̃ est infinitum &c. Deinde induxit vltimã conclusionẽ prouenientem ex istis tribus syllogismis, & dixit, & cum principia sint infinita in numero &c. deinde expressit alterã duarum propositionum primi syllogismi qui est in secunda figura quæ est declarata sine medio, nos enim existimamus non scire &c. Aristot. igitur expressit ex istis sex propositionibus tres manifestas sine medio, & tacuit duas manifestas cum medio: cũ sint in potentia in suo sermone: secundum quod sunt conclusiones & vnam manifestam sine medio, ita de qualibet verbo eius.

Id. 8. phy. cõ. 7. & 2. met. cõ. 15. id. 7. met. com. 2.

Epilogus.

Amplius autẽ si necesse est: cuius pars contingit quantacũq; esse secundũ magnitudinẽ & paruitatem, & ipsum contingere

Consimile pri. de generatione. com. 38. Totũ cõsequitur partem qui ad magnitudinẽ & paruitatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et dare minimam partem,

dico autem taliū aliquam partium: in quam cum infinit[e] diuiditur totum). Si autē impossibile est animal aut plantam quātacūq; esse secundū magnitudinem & paruitatē: manifestum est: quoniā neq; partium aliquam: erit enim totō simile partibus: caro enim & os & huiusmodi partes sunt animalis & fructus plantarū. Manifestū est igitur: quoniā impossibile est carnem aut os: aut aliquid aliud quātūcūq; esse secundū magnitudinē aut in maius aut in minus.

Et etiā illud cuius pars potest esse cuiuslibet mēsuræ positæ in magnitudine aut in paruitate: necesse est vt illud etiā possit hoc, & intelligo aliquā partē ex talibus: in quas diuiditur vniuersum, & est vnum. Si igitur impossibile est vt animal aut planta sit cuiuslibet quātitatis in magnitudine aut paruitate: manifestum est quod impossibile est hoc etiam in aliqua pars eius. Quoniam necesse est vt vniuersum sit tale, & caro & os & similia sunt partes animalis. & fructus sunt partes plantarum, ergo manifestum est quod impossibile est vt caro aut os aut alia quæcunq; pars sit cuiuslibet mensuræ positæ in magnitudine aut in paruitate.

36 Isto modo si partes sūt infinite cōpositū est infinitum, sed cōpositū est finitū, ergo partes sunt finite a destructiōe cōsequentis &c.

Et etiā. Iste est alius sermo per quē destruit corpora esse composita ex partibus infinitis secundū quātitatem, & abbreuiatio sui sermonis est: quoniā totum sequitur partes quæ sunt secundum quātitatē in paruitate & magnitudine, & finitæ & infinitæ, & vniuersaliter terminatione & interminatione, ergo si cōpositū est finitū & terminatæ quātitatis: necesse est vt q̄titates ex quibus cōponit sint finitę in mēsura & in numero sed cōposita sunt finitæ quātitatis & terminata, ergo & partes eius sunt terminatæ & finitæ. Et iste sermo cōponitur in forma sylogismorū hypotheticorū. Cū igitur dixit: q̄m cuius pars &c. est quasi precedens: intēdit quod cōpositū cuius partes sunt | nō terminatæ in quātitate: sed possibile est vt sint in quacūq; mēsura: ponātur in magnitudine aut paruitate. D. d. necesse est vt illud possit, & hoc est consequens, & intēdit necesse est vt illud cōpositū ex illis partibus quæ possunt esse cuiuscūq; mensuræ in magnitudine & paruitate nō sit eti ā terminatū: sed sit possibile ipsum esse cuiuslibet mensuræ positæ in magnitudine & paruitate. D. d. & intelligo partē &c. id est, & distinguit hæc illud quod intēdebat per hoc nomē pars, cum partes dicantur quādoq; secūdū qualitatē, & quādoq; secūdū quātitatē, & hoc duobus modis, aut partes quæ sunt in potentia in toto, aut partes quæ sunt in actu in toto, & quia nō cōsequitur vt sequatur partes in mēsura: aliī in partibus quæ sunt secūdū quantitatem: quæ sunt in toto in actu declarauit quod istud intendebat hic per partem, & dixit & intelligo hic partem &c. id est, & intelligo hic per partem: quæ est de specie partiū: in quas totū diuidit secūdū quātitatem & non secundum qualitatem: sicut corpus

pus diuiditur in materiā & formā: neq; partes quæ sunt in toto secūdū potentiā sed partes in quas vniuersum diuiditur: & sunt illæ quæ sunt in toto in actu: & cū induxit præcedens & cōsequens: ita quod cōsecutio fere est manifesta per se destruxit cōsequēs, & dixit, si igitur est impossibile vt animal &c. i. & hoc intendebat concludere. Deinde dedit exemplum de partibus compositorum: & dixit. necesse enim quod vniuersum sit tale: & caro & os &c. i. necesse est eā vt totū sit in dispositione partium: vt caro & os & similia sunt partes animalis: & fructus & similia sunt partes plantarum. Deinde dixit. & manifestum est: quoniam impossibile est &c. id est & cum totum in compositis sequit partes in hoc quod sunt terminatæ aut interminatæ: & totum quod est animal aut plāta est terminatum: necesse est vt partes eius, id est caro & os & fructus sint terminata: & manifestum est: quod qui dicit quod in carne sunt partes infinite: & quod exitus earum est in infinitum: opinatur quod partes ex quibus animal componitur aut planta sunt non terminatæ: ex quo sequitur vt totum etiam sit non terminatum. R

Litera 21. cō omne corp⁹ finitō ablatiōe finiti corporis cōsumat atq; tollat.

Amplius si omnia insunt quidem huiusmodi in innicem & non fiunt: sed segregantur cum insunt dicuntur autem & a plurimo: fit autem ex quolibet quodlibet: vt ex carne aqua segregatur & caro ex aqua: omne autem corpus finitum recesset a corpore finito. manifestum est quod non contingit in vnoquoque vnumquodque esse remota enim ex aqua carne: & iterum alia facta ex reliqua segregabitur: quānis semper minor est segregata: sed tamen non excedit magnitudo paruitatem: quare siquidem stabit segregatio: non omne in bit: sed habebit semper remotionem in infinita magnitudine: æqualia finita ineunt infinita secundum multitudinem: hoc enim impossibile est.

Et etiam si ista genera & similia sunt omnia existentia: aut quædam in quibusdam & non generantur: sed dissoluuntur & exeunt: & non nominantur nisi secundum illud quod vincit in eis: & omne generatur ex omni. Verbi grā: ex carne aqua quæ resoluitur & ex aqua caro: & omne corpus finitum consumitur a corpore finito manifestum est: quoniā impossibile est vt vnaquæq; rerum existat in vnaquaq; re. Quoniam quando exit caro ex aqua: deinde ex aqua residua generat alia caro secundū resolutionem: tūc & si illud exit ex carne sit semper minus: tamen caro necessario pertransit in paruitate magnitudinem determinatam: ex quo sequitur aut vt cesset resolutio: & sic non erit omne existēs in omni: quoniam in aqua residuum non erit caro: aut non cesset: sed in ea erit quod semper resoluitur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

soluitur: & sic in magnitudine terminata non erit magnitud: nes æquales finitæ sed infinitæ in numero: qđ est impossibile.

37 Vt etiam, iste sermo potest esse cõtradictio tertia qua destruit quod generatio sit semper secundum exitum: & vt quodlibet sit in quolibet vt dicunt. & potest fundari super illud quod prædictum est, scilicet qđ hic sunt partes terminate in paruitate sed est alia ratiocinatio: & abbre uiatio istius sermonis est quod si species corporum cõsimilium fuerint omnes in seinuicem & nihil generatur ab aliquo: sed exeunt ex seinuicem vt dicunt: quia quodlibet est in quolibet: sed vnumquodq; eorum nominatur secundum aliud quod vincit in eo. & ideo quodlibet generatur ex quolibet. V.g. quoniam ex carne generatur aqua quæ resoluitur: & exit semper: & ex aqua etiam caro. Et est regula qđ omne corpus finitum quando ex eo exit corpus finitum multotiẽs necessario cõsumet illud. quare impossibile est vt quodlibet sit in quolibet. generatio enim secundum hunc modum necessario cessabit: quoniam quando ex aqua exit caro: deinde ab ea exit alia caro: & sic in infinitum necesse est aut vt exitus cesset: aut in corpore finito sint corpora æqualia infinita: quoniam nõ potest aliquis dicere quod cum ex aqua exierit prima caro: deinde exiuit alia caro: quod illa caro secunda erit minor prima secundum minorationem aquæ: per exitũ primæ carnis: & similiter tertia caro erit minor secunda secundum minorationem aquæ per exitum secundæ carnis: & quod hic procedit in infinitũ, scilicet paruitas aquæ & paruitas carnis exeuntis. caro enim habet in paruitate magnitudinẽ terminatam: quam non pertranſit, scilicet quod non inuenitur caro habens magnitudinem minorem ista: illa igitur magnitudo terminata quę est carnis quando exit ex aqua semper necesse est alterum duorum: aut vt cesset generatio aut in magnitudine finita & terminata. scilicet in aqua erũt magnitudines æquales infinitæ: & est minor magnitudo carnis minima quod est impossibile. Deinde dixit & etiam si ista genera &c. id est species corporum consimilium: quas ponit Anaxagoras pro elementis. Verbi gratia. caro & os & vniuersaliter corpora: quorum diffinitio totius & partis est eadem. Deinde dixit. & non generantur &c. id est & istę partes nõ generantur ex inuicem secundũ trãsmutationem: sed secundum quod exeunt a seinuicem: & ante exitum erant in seinuicem. sed vnumquodq; eorum vocatur diuersum ab altero secundum illud quod denominatur in ipso. Deinde dixit: quoniam & si illud quod exit &c. id est quoniam cum posuerimus quod illud quod ex carne secunda exit est minus primo: & tertiũ est minus secundo: & quartum est minus tertio: & manifestum est per se: & declaratũ etiam quod caro habet mensuram terminatam in paruitate quam non pertranſit necesse est alterum duorum aut vt generatio cesset: aut vt in corpore finito sint corpora æqualia infinita. Et istę sermo est in forma syllogismi hypothetici: cuius præcedens est: & etiam si ista generatio &c. Consequens autem est quod impossibile est vt quodlibet sit in quolibet &c. sermo reliquus declarat consecutionem.

T Est regula qđ' oẽ corpus finitum quando ex eo exit corpus finitum multotiens necessario cõsumet illud. Idẽ. 6. phy. 28.

Idẽ infra. t. c. 38. idẽ supra. 36. ex q̃ patet dari minima. Idẽ 2. de aia. 41. &. 97. Idẽ 6. phys. 91. idẽ. 7. phys. cõ. 1. Idem 8. ph. c. 62. Idẽ prio cęli. 116.

V Adhuc autem si omne quidem corpus remoto quodam minus necesse est fieri. carnis autem determinata est quantitas in magnitudine & paruitate. manifestum est: quod ex minima carne nullum segregabitur corpus. erit enim minus minima. Amplius autem infinitis corporibus inest vtich; iam caro infinita & sanguis & cerebrum: separata tamẽ ab inuicem: nihil autem minus sunt entiũ quæ sunt & infinitum vnumquodque est: hoc autem irrationabile est.

Et cum hoc si omne corpus quando ex eo diminuitur aliqua pars necessario fit minus: & quantitas carnis est terminata in magnitudine & paruitate. Manifestum est: quoniam impossibile est: vt ex minima carne exeat corpus omnino: quoniam si ex ea diminuitur aliquid erit minor minima: & etiam necesse est vt in corporibus infinitis sit caro infinita: & sanguis infinitus: & medulla infinita: & vnumquodque eorum non est minimus illo in hoc quod est infinitum: & hoc

Et cũ. Et hæc est hæc etiã quarta rationũ qua cõtradixit vt gñaliter sit secundũ exitũ corporũ infinitũ. Et dicit. & cũ sit manifestum per se quod omne corpus quãdo ex eo diminuitur aliquid fit min⁹. & etiã est manifestũ per se qđ' quãtitas carnis est terminata in magnitudine & paruitate. Manifestũ est etiam: quod ex minima carne. s. qua nulla caro est minor impossibile est exire corpus consimile omnino. nã qñ exitus procedit semp & minorario corporis ex quo est exitus: & si procedit semp necesse est vt illud corpus a quo exeũt hæc corpora perueniat ad minimã quantitatẽ illius speciei corporis: & tũc erit impossibile vt ex eo exeat aliquid: quoniã tũc fieret minus quã deberet esse: quod est cõtra positum: ergo necesse est vt cesset exitus. Et cum compleuit hanc contradictionem induxit etiam quintam rationem: qua contradicit etiã vt quilibet sit in quolibet. & vt exitus a quolibet sit in infinitum: & dixit & etiam necesse est &c. id est & etiam necesse est si exitus ab vnoquoq; corporũ cõsimiliũ infinitorũ fuerit infinitus: necesse est in vnoquoq; istorum corporum infinitorũ sint corpora infinita: etiam in quãtitate & qualitate: & erũt hæc corpora infinita necessario. distincta ab inuicem in loco & in vnoquoq; infinitorum: istorum existentiũ in vnoquoq; infinitorum erũt etiam corpora infinita in quãtitate & qualitate distincta etiam in loco: & similiter etiam in vnoquoq; istorũ erunt corpora infinita: & sic infinita erunt in infinitis infinities. quod est contra rationem, scilicet infinita multiplicari per infinita.

38 X

Nequaquã autem segregandum esse non sciente quidem dicitur: recte autem dicitur quod omne. Passiones enim inseparabiles sunt. si igitur mixti sunt colores & habitus: si segregentur: erit aliquod album & sanatiuum: non alterum aliquod: cum sit neque de subiecto. Quare inconueniens est impossibilia quærens intellectus si vere velit siquidem segregare,

m Finit. 4 ta tiplica i pec infinita. = A

Universidad de Deusto
Biblioteca

gare, hoc autem facere est impossibile: & secundū quātitatē & secundū qualitatē. secundū quātitatē quidē: quia non est minima magnitudo. secundū qualitatem autem quoniā inseparabiles sunt passiones. Hoc autem quod dixit quod res nunq̄ distinguentur est sermo sine discretione: sed est verus. Passiones enim sunt inseparabiles: & quia corpora & formæ sunt mixta si distinguantur tunc albedo erit existens. & sanitas erit existēs per se sine indigentia alicuius alterius existentis: & absque eo quod sint in subiecto: & ideo intelligentia erit vilis: quæ quærit impossibile: cum vult distinguere quod non potest: neq; in quantitate neq; in qualitate. in quātitate vero: quoniā impossibile est vt sit magnitudo qua nulla est minor. in qualitate vero: quia passiones sunt inseparabiles.

39 Hoc autem. Cum complevit contradictionem cōtra Anaxa. & notificavit quid collocetur in eo de falso: incæpit notificare quid est in eo de veritate. Et dicit. hoc autem quod dixit &c. i. quoniam est sermo verus secundū partem nō secundū totum. s. hoc q̄d dixit q̄d res. non distinguuntur neq; separantur. & dixit q̄ est sermo sine discretione: quia non distinguebat accidentia a subiectis & corporibus. hoc enim quod dixit: quodlibet est mixtum cum quolibet: exigit mixtionem corporum adinuicem: & mixtionem corporum cum accidentibus cum corpora & accidentia sint duo: & ideo sermo eius in quo dixit q̄ res nō distinguitur: est verus secundum partem. s. q̄ accidentia & substantiæ nō possunt separari abinuicem & secundum hoc existimatur q̄d causa in hoc est: quia qualitates multum fortiter sunt mixtę cum coporibus. nō quia apud ipsum sunt corpora: sed quia qualitates sunt accidētia nō separabilia. & intendit hic per passiones omnia accidentia. Et cum notificavit q̄d sermo eius est verus in accidentibus & corporibus incepit declarare hoc. & quomodo sequitur ex hoc sermone eius. & dixit. & quia corpora &c. i. & quia corpora & qualitates in opinione istius viri. aut secundū q̄d sequitur ex suo sermone sunt mixta: sicut mixtio corporum cōsimilium partium est inuicem cum nōdum distinguebat mixtionem. cū existimabat q̄d mixtio corporum in seinuicem est sicut mixtio accidentium cum corporibus: & manifestum est q̄d nō est ita: & q̄d continuatio accidentium cum corporibus si dicatur mixtio: tamen impossibile vt mixta separentur in eo: q̄m si separentur erūt accidentia existētia per se: & sic albedo erit existēs p se: & similiter sanitas sine indigētia ad hoc q̄d sint in corpore: & accidētia vt̄ nō erūt in subiecto: q̄ est impossē. Et cū declarauit veritatē istī⁹ sermonis in quo dixit: q̄ res nunq̄ distinguuntur: declarauit etiā improbabile cōtingēs ei si cōcedat sc̄m totū. & dixit. & ideo intelligentia erit vtilis. idest & cōtinget Anaxagorā in hoc q̄ dixit: q̄d oīa sunt mixta adinuicē ipe infinito. Deinde intelligentia quæ apud ipsum est generans diuidit & separat ea abinuicem. sed ista diuisio & separatio nōq̄ completur: vt actio istius

B Passio aliquādo pro omni accidente capitur.

istius intelligentie sit ociosa: quia incepit distinguere quod nunq̄ complebitur. & tale agens est valde vile. s. quia nititur agere quod nunquā complebitur & dixit q̄ non pōt distinguere neq; in quantitate neq; in qualitate. in quātitate vero: qa partes cōsimiles quas intelligentia diuidit abinuicē sunt apud ipm mixtæ mixtione infinita. in omni enim parte quam diuidit sunt partes infinitæ. & sic nititur distinguere secūdum quātitatē quod nunq̄ distinguet. & distinguere aūt qualitatē aut qualitates a corporib⁹ est impossē: sicut dixit q̄ passiones sunt inseperabiles.

Non recte autem neq; generationem accipit similium speciem est autem vt lutum in luta diuiditur. est autem vt non. & non idem modus est: vt lateres ex limo; & domus ex lateribus: sic autem aqua & aer ex alterutris & fiunt. Argyropil⁹ Lutū nāq; tū in luta cō in non luta diuidi, tur.

Neq; etiam recte dixit in hoc quod attribuit generationem conuenientibus in forma: est enim generatio secundum modum secūdum quem vnum frustum luti diuiditur in frusta luta: & est alio modo: & est alius non est vnus modus. V. g. generatio laterum ex luto: & generatio domus ex lateribus: & similiter aqua & aer vterq; videtur generari ex reliquo.

Neq; etiā. Dicit. & Anaxagoras nō bene dixit etiā in hoc q̄ posuit generationem ex elementis conuenientibus in forma. cum generatio. s. vt caro sit ex multis carnibus: & os ex multis ossibus: neq; inducit determinationem super hoc. est enim generatio ex partibus conuenientibus in forma. & similiter corruptio est diuisio et resolutio in partes cōuenientes in forma: vt generatio frusti luti ex frustis parvis luti & corruptio eius in illa parua. est autem generatio alia ex rebus non conuenientibus in forma. & similiter corruptio vt generatio luti ex aqua & terra: & eius resolutio in aquam & terram. Et hoc intendebat quando dixit. & est alio modo, id est, deinde dixit & iste alius modus &c. id est, & modus generationis nō est vnus: est enim modus qui est vt generatio laterum ex luto: & idoli ex cupro: est autem alius vt generatio domus ex lateribus & lapidibus: & hominis ex membris consimilibus diuersis. est etiam alius vt generatio aquæ ex aere: & aeris ex aqua: & est proprium huic modo generationis vterq; quod generatur ex reli quo: & intendit in toto hoc sermone declarare: quod omne q̄d Anaxa. induxit in hoc est sine demonstratione. 40 C

De contrarietate ipsorum principiorum naturalium. CAPVT V.

A Meli⁹ autem est minora & finita recipere: quod vere fecit Empedocles. Omnes igitur contrariorum principia faciunt: & dicentes q̄ vnum sit omne & immobile. (Parmenides enim calidum & frigidum densum) & Democritus sitmum & inane: quorū aliud q̄dē q̄d est: aliud aūt sicut quod non est; esse dicit. adhuc autē positio-

nes

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne, figura, & ordine: & hæc genera contrariorum sunt positiõ ne sursum & deorsum: ante & retro: figura angulare inangulare rectum circulatum. Et melius est accipere principia finita: sicut fecit Empedocles: & omnes ponunt principia contraria: qui dicunt quod totum est vnum immobile. (Quoniam Parmenides ponit calidum & frigidum principia: & vocat hæc duo ignem & terram) & quidem debent raritatem & densitatem. & Democritus cum dixit: plenum & vacuum. primũ verò pro ente: secundum autem pro non ente: & cum hoc dicit: quod in pleno est positio: aut alietas qua entia diuersantur secundum positionem & figuram & ordinem: & sunt contrariorum genera ista: positio verò est genus superioris & inferioris & posterioris & anterioris: figura verò est genus habentiũ angulos: & carentium angulis & recti & rotundi.

41 Et melius cum destruxit vt principia sint infinita: cepit ponere ex esse finita: & declarare quod ista non solummodo est vera: sed et melior etiam. deinde quærit quot sunt. Et dixit: & melius est &c. i. & melius in hac scientia est ponere principia finita: quoniam cum posuerit ea huiusmodi quis poterit complere naturam omnium entium quę sunt ex principijs &c. & nihil coget vt sint infinita: & dare causas entium secundum finitatem est melius vt fecit Empedocles cum posuit sex principia. scilicet quatuor elementa & amicitiam & litem. & cum declarauit quod non solummodo est necesse ponere principia finita: sed

B & melius etiam incepit quærere quot sunt: & posuit principium considerationis in hoc: ex hoc quod omnes naturales fuerunt coacti a natura entis ad ponendum principia esse contraria: non solummodo qui eorum concedunt entia esse plura tantum sed etiam qui non concedunt hoc. scilicet qui dicit totũ esse vnum. Parmenides autem dicebat hoc: quia opinabatur quod entia sunt duobus modis: vera. s. & existimabilia: & quod vera sunt intelligibila & sunt vnum: & quod existimabilia sunt sensibilia & sunt plura: & ponebat principia istorum pluriũ duo contraria. scilicet ignem & terram. Deinde dixit: & quidam dicunt densitatem & raritatem, id est, eorum qui dicunt principium esse vnũs aut vnum elementorum quatuor: aut medium inter duo eorum. Deinde dicit. & Democritus &c. i. & etiam ponit principia esse contraria in hoc quod dixit: quod vacuum est involutum cum pleno in omnib? rebus. adeo quod principia rerum apud ipsum sunt vacuum & plenum. vacuum enim apud ipsum est contrarium pleno secundum contrarietatem quę est inter esse & non esse. plenum enim est ens: & vacuũ est nõ ens: & hoc intendebat cũ dixit: primum vero pro ente. i. plenum vero quod est primum inesse est contrarium vacuo secundum q̃ est ens: & vacuum q̃ est secundum inesse contrarium est pleno secundũ q̃ est nõ ens. D. d. & cum hoc q̃ dicit vacuũ & plenũ esse quæ sunt cõtraria secũdũ eẽ & nõ eẽ. ponit etiã in pleno alietatẽ & diuersitatẽ cuius vis est scire vis cõtrariorũ: & illa alietas est positio & figura & ordo: entia eñ

Oppositiõ. 1 me. 1. et. 14. cõ. Ibi. eñ habet q̃ oia elemẽta iudicẽ accepe runt præter naturam. & nullus nãm posuit principiũ præter ponentes legem. Rotũndo nihil est cõtrarium. Figura diuisa in cõtrarias differentias secũdũ famositatem ex quo

quia apud ipsum sunt vnius naturæ. scilicet partis indiuisibilis indiget ponere aliam rem qua entia composita ex partibus diuersentur: & dixit: quoniam diuersantur his tribus differẽtijs. Aristo. igitur dicit q̃ democritus dixit principia esse contraria duobus modi. s. secundum q̃ ponit plenum & vacuum: & secundum q̃ ponit differentias entium secundum positionem & figuram & ordinem. deinde incepit declarare q̃ ista sunt genera rerum contrariarum: & dixit. positio autem est genus &c. i. quoniam positio diuiditur per differentias contrarias quæ sunt superius & inferius & anterius & posterius: & similiter figura diuiditur per contraria secundum esse & non esse. scilicet in habens angulos & carens angulis. Et similiter diuiditur in contrarias differentias secundum famositatem. scilicet in rectam & rotundam: rectum eñ non est contrarium rotundo: quoniam rotũdo nihil est contrarium cum sit perfectior figurarum in veritate sed in primo aspectu. & similiter ordo diuiditur etiam per differentias contrarias. scilicet prius & posterius: & tacuit ipsum: quia intelligitur ex illis. Et notandum est q̃ hoc nomẽ contrarium vsitatur hic large pro contrario & priuatione & habitu: si ue sit in rei veritate siue secundum formam: quod contrarium: secundũ quod ego credo: nos appellamus disparatum.

Quod quidem igitur contraria quodammodo omnes fasciunt principia manifestum est: & hoc rationabiliter. Oportet enim principia neq; ex alterutris esse: neq; ex alijs: et ex his oĩa: cõtrarijs aũt primis insunt hæc propter id qđ prima non sunt ex alijs: ob id vero quod sunt contraria non sunt ex alterutris.

Manifestum est igitur quod omnes ponunt principia contraria quoquomodo: necesse est eñ vt principia nõ generẽtur ex inuicẽ neq; ex alijs: & vt oĩa generenẽ ex eis & hęc existẽtia sunt in principijs cõtrarijs: secũdũ aũt q̃ sunt principia nõ generantẽ ex alijs: secũdũ verò q̃ sunt cõtraria nõ sunt ex inuicẽ.

Manifestum est. Quia apparet ex sermonibus omnium: qđ ponunt principia cõtraria: licet non conueniant in eadem contrarietate: tamẽ vñe conueniunt in hoc q̃ sunt contraria: & intendit notificare q̃ antiqui conueniunt in hoc q̃ sunt contraria principia: aut cum cõtrarietate propter duo. s. vt demonstret q̃ omnes concedunt principia esse plura vno: & etiã perscrutetur de hoc quod dicunt: & ponat principium perscrutationis de illo. Deinde perscrutabitur post de hac contrarietate quid sit: & vtrum est necesse ponere aliam naturam a contrarietate: aut non. Dixit. manifestum est igitur &c. id est, manifestũ est igitur ex hoc quod narrauimus q̃ omnes ponunt principia contraria aliquo modo cõtrarietatis: licet non conueniant in hoc: quis. s. sit ille modus. Deinde cepit notificare qđ bene fecerũt: & inducere rõnes quæ mouerũt eos ad dicendũ hoc: & dixit: & hoc necesse est. id est, necesse est eñ vt principia &c. i. quoniã si generantur ex inuicẽ tunc erit idẽ principiũ. et nõ principiũ insimul: siue sint principia adinuicẽ secũdũ reciprocationẽ. siue nõ. D. d. neq; ex alijs: & hoc manifestũ est per se. s. qđ prima principia nõ debent generari ex alijs. & sic essent prima & non

tollit cõtradictio h. & 3. ce. 75. vbi habet qđ si gurę nihil est cõtrariũ cõtrarietas qñq; dr de oppositis sc̃m priu C tionẽ & habitum. Idẽ in cõ. 43. & 10. me. cõ. 9 D principiorũ cõditiones. arguit quia namq; sunt prima: ideo non ex alijs sunt.

42 II

Universidad de Deusto
Biblioteca

prima. Deinde induxit tertium proprium: & dixit. & vt omnia gene rentur ex eis: & hoc manifestum est etiam secūdum quod principia de bent esse communia omnibus entibus quæ sunt ex principijs: & cum demonstrauit ista propria in principijs: incepit etiam demonstrare & declarare illa esse in contrarijs: & dixit. & hæc sunt existentia in pri mis contrarijs &c. id est, necesse est enim vt non generentur ex alijs: q̄ sunt principia: & non generentur ex inuicē: quia sunt contraria cōtra rium enim non generatur ex contrario. i. non mutatur in illud.

F Contrariū nō mutat in suum cōtra riū. Idē infra com. 52.

Sed oportet hoc in ratione considerare qualiter cōtingat: Ac cipiendum igitur est principium quod omnium quæ sunt nic hil necq; facere aptum natum est: necq; pati contingens à cōtin genti: necq; fit quodlibet ex quolibet: nisi aliquis accipiat secun dū accidēs: qualiter enim vtiq; fiet albū ex musico nisi accidēs sit albo aut nigro musicum. Sed album quidē fit ex non albo: & nō ex omni: sed ex nigro: aut medijs: & musicū ex nō mus sico sed nō ex oī: sed ex immusico: aut si aliqd ipis est mediū.

Nō quodli bet fit ex q̄li bet.

Sed oportet considerare in hoc secūdum rationem quomo do sequitur. Dicamus igitur quod omnium entium nō quod libet, aut patitur à quolibet: nec generatur à quolibet: nisi aliqs accipiat hoc per accidens album enim non fit album ex musi co nisi accidat nigro aut albo vt sit musicus. Sed album ex nō albo: & non ex omni non albo: sed ex nigro aut ex medio: & musicus ex non musico: & non ex omni non musico. Sed ex il lo quod nullam habet dignitatem in musica: aut ex eo quod est alterius dispositionis si sit aliqua hic dispositio inter has duas dispositiones.

43 Sed oportet. Quia ille tres proprietates in principijs iam sunt manifestæ: in cōtrarijs vere duæ tm̄ sunt manifestæ: tertia vero. s. qd̄ omnia generentur ex eis nō est manifesta per se: & ideo incepit declarare hoc per inductionem. Et di. sed oportet cōsiderare &c. i. sed oportet cō siderare in tertio proprio per inductionem. & dixit. sed considerare o portet. s. quod omne quod generatur: generatur ex contrario. D. d. dis camus igitur &c. i. qm̄ cum induxerimus omnia entia: non inuenietis quodlibet agere in quodlibet: necq; pati a quolibet: sed aliquod vnū ter minatum agit in aliquod terminatū: & patitur ab aliquo terminato: & similiter in generatione: & vniuersaliter in omnibus transmutationib⁹, quorum actio & passio est quasi genus. D. d. nisi aliquis accipiat. i. nisi aliquis accipiat illud quod est p se p accidēs: qm̄ tunc posset pecca re in hoc: apparet enim quod impossibile est albū fieri ex musico: aut ex grammatico nisi accidat nigro ex quo fit album per se vt sit musicū aut grammaticus: & hoc intendebat cum dixit nisi accidat &c. sed al bum omne: & quod fit ex aliquo alio generatur ex illo qd̄ est aliud: & nō ex omni alio simplr: qm̄ tūc quodlibet esset ex quolibet: sed ex alio alio aut cōtrario aut medio inter cōtraria: cū cōtraria fuerint mediata: vt

Cum induxit quæstionem destruentium causam finalem incepit declarare ꝙ impossibile est dicere qd' iste vtilitates: & causæ finales quæ apparent in generabilibus sunt ex necessitate materiæ & casu. Et dixit: & impossibile est &c. i. & impossibile est vt cõregatio istarũ vtilitatũ in oibus mẽbris indiuidui generati sit casu. mẽbra enim & omnia q̃ generanẽ a natura: generãtur in aliqua dispõne: aut semp: aut in maiori parte: mõstruose enim accidũt raro: & cum posuit qd' ista mẽbra generanẽ a natura: & qd' illud qd' generanẽ a natura: generanẽ exde dispositione: aut semper aut in maiori parte: sequit ꝙ ista mẽbra generãtur in illa dispõne cõuenienti in qua sunt: aut semp: aut in maiori parte: & oẽ quod fit casu & ex se nõ fit semp: neq; in maiori parte: sed raro. Syllogismus igitur sic componitur. conuenientia quæ est inter membra: aut est semper aut in maiori parte. Et qd' est semper aut in maiori parte nõ est casu: ergo ista cõuenietia non est casu. Deinde dixit si igit ista &c. i. dest si igitur ista conuenientia aut est casu aut a natura propter salutem animalis: & iam apparuit ex sermone prædicto quod non est casu. remanet vt sit propter aliquid: & est salus animalis. deinde dixit sed omnia ista &c. i. dest quoniam cum coniunctum fuerit huic propositioni quã cõcedunt scilicet ꝙ res existentes sunt a natura. s. hoc ꝙ res existẽtes sunt ꝓpter aliqd. cõcludet in tertia figura ꝙ ꝗdã eorũ quæ sunt a natura sunt ꝓpter aliqd: & est verũ: nõ em̃ omne ꝙ est a natura a est

77

H

Monstruosa & q̃ sunt casu & ex se raro contingunt. idẽ supra. com. 48. Idẽ primo cæli, 138.

a Non oẽ ꝙ est a natura est propter aliqd.

Universidad de Deusto
Biblioteca

b Pluuia ē propter ēssitatē generationis in elemētis. vi de pro hoc 83.4.phy.

L c Natura cōplet mul ta quæ sunt

M per artē & ars multa q̄ sunt per na turam idem ibi tex.cō. 79.

est ꝓpter aliquid. Et tacuit solutionem quæstionis dictæ de pluuia quia tam notificauit quod descensus pluuiæ in hyeme est in maiori parte: & apud ascensum canis est in minori parte: & calor econtrario: ex quo sequitur necessario: ve pluuia sit propter aliquid: & etiam apparet ex hoc sermone quod messes nō crescunt a pluuia casu: cum hoc sit in maiori parte: corruptio autem in acerno est in minori parte: & hoc q̄ pluuia est de necessitate materie nō sit propter aliquid. & si concrisetemus quod non est propter messes declarabitur q̄ est propter aliud: & est æqualitas generationis b in elemētis: & si nō esset pluuia corruperetur mundus. & Alexander dicit quod pluuia non est propter messes: quoniam messes sunt ab arte & non a natura: sed natura c complet multa quæ sunt per artem: & ars multa quæ sunt per naturam.

Amplius in quibuscūq; finis aliquis est huiꝰ causa agitur ꝙ prius & quod consequenter: ergo sicut agitur sic aptum natū est: & sicut aptum natum est, sic agitur vnū quodq; si non aliquid impediat: agitur autem propter hoc & quod aptum natum est. itaq; huius causa vt si esset domus eorum quæ natura fiunt: sic vtiq; facta esset sicut nunc ab arte est: si autem quæ natura non solum natura: sed & arte fierent: similiter vtiq; fierent secundum quod apta nata sunt propter ergo alterum alterum.

Et etiam illa in quibus est finis intenta propter ilum finem agitur: primum quod agitur & in illa quæ sunt post. Et necesse est vt vnumquodq; eorum quæ agunt sic agit: & vniuersaliter est natum vt agat: & sicut est natum vt agat ita agit nisi impediatur: quod autem agit propter aliquid est natum: vt agat propter aliquid. Verbi gratia. Quoniā si domus generetur per naturam: tunc generatio eius esset sicut generatio eius ab arte: & omne quod est per naturam & est per artem est eodem modo secundum quod est natum: necesse est igitur in hoc illud quod fuit necesse in suo compari.

79 Nititur in hoc sermone declarare q̄d illa quæ habēt finē quādo agūtur sunt propter finē. Et dixit. & eriā &c.i. & etiā ola in quibꝰ est finis intēta per aliquas actiones: prima quæ agitur ex illis actionibus agitur propter illū finē: & actiones quæ sunt post secundū ordinē sunt propter illā finē: demū addit aliā propositionē & vult declarare suā cōclusam. & dixit. necesse est vt aliqd agat &c.i. quādo aliquid agit aliquam actionē sicut agit illam actionem: ita est natum vt agat illam actionē. i. ꝙ natura eius exigit illā actionē. Et cū posuit hoc ꝙ intēdebat: incœpit declarare etiā ex hoc q̄d actio nati debet esse in maiori parte. & dicit. & sicut est natum &c.i. qm̄ qui agit aliquā actionē: est natū vt agat illā: ita quod est natum ad agendum illam actionem agit illam actionem: aut semper aut in maiori parte: & hoc erit quādo nequaquā impedietur ab

N aliquo: & sequitur ex hoc vt illud quod est natum agat: nisi impediatur ab aliquo: & cum ponit has propositiones scilicet quod omne q̄d agit aliquam

aliquā actionē est natū & causatum propter illam & quod omne quod est natum actio eius est in maiori parte: & aut semp: & cōiungit huic ꝙ omnia naturalia videntur agere propter aliquid: sequitur vt sint nata vt agant propter aliquid. & quod hoc sit in maiori parte. Et syllogismus sic componitur. Naturalia agunt propter aliquid. Et omne quod agit propter aliquid est causatum & natum ad illam actionem. Ergo naturalia sunt nata ad hoc vt agant propter aliquid: & omne q̄d est natum agit in maiori parte. ergo quod est naturale non agit propter aliquid casu: sed dimisit maiorē propositionē. s. ꝙ naturalia agunt ꝓpter aliqd. Deinde incœpit demōstrare ꝙ hoc apparet in arte & natura. eodē mō. s. ex istis propōnibꝰ: qm̄ qa manifestū est in arte ꝙ illa q̄ sunt ante finē sunt ꝓpter finē: & iā posuerimus cū hoc aliā propositionē: & est sicut est dispositio in natura. & est ꝙ illud q̄d agit ꝓpter finē: sic est dispositio in arte vt agat propter finē: apparet ꝙ nō est differētia in hoc inter artem & naturam: & ꝙ si domus generaretur a natura tūc omnia quæ sunt ante domum propter domum generarentur a natura: sicut est dispositio in arte: cū omne q̄d agit propter aliquid est natum vt agat propter aliqd: & ꝙ est natū vt agat ꝓpter aliqd: illud habet finē: & hoc intendebat cū dixit. V.g. &c. deinde dixit & oē q̄d est ꝙ naturā &c.i. & causa in hoc ꝙ eadē est dispositio in arte & natura in hoc est q̄d omne quod est generatum per naturā aut per artem est secundū q̄d est natum vt sit illud ab eo non casu. & cū declarauit q̄d eadē est dispositio in arte & natura induxit cōclusionem sequentem ex hoc: & dixit: necesse est igitur in hoc &c.i. oportet igitur inuenire in natura illud ꝙ inuenitur in arte de causa finali.

O Ars aliquā perficit quę natura non potest operari. alia vero limitat. cōsimile. supra. 22.

Omnino autem ars alia quidem perficit quæ natura nō potest operari: alia vero imitatur: si enim quæ sunt secundū artem propter hoc sunt: manifestum q̄d & quæ sunt secundū naturam: similiter enim se habent adinuicem in his quæ secundū artem. & in his quæ sunt secundū naturā posteriora ad priora.

Et vt videmus q̄d ars in quibusdā rebus ꝑficit diminutionē nature in eis in quibꝰ natura debilitat ad ꝑficiendū actionē: & in quibusdā rebus sequit illā: si igit q̄d agit ꝑ artē: agitur ꝓpter aliquid: manifestū est ꝙ similiter est de eo q̄d est secundū cursum naturalē: relatio enim primorū ad vltima est eadem in eo q̄d est secundū artē. & in eo ꝙ est secundū cursum naturalē.

Cum declarauit quod eadē est dispositio in arte & in natura. s. in hoc quod vtrumq; agit propter aliquid: incœpit confirmare similitudinem inter artem & naturam in hoc: quoniam si natura ageret aliquid propter aliquid casu: tunc ars non perficeret diminutionē naturæ: neq; ars assimilaretur in pluribus suis actionibus naturæ q̄d enim innatum est existere casu: nō est innatum existere per inūctionem. V.g. qm̄ si sanitas proueniret a natura casu: tunc ars non compleret diminutionem nature in hoc: ita quod sanitas fieret ab ea in maiori parte. similiter si sanitas prouenies ab exitu sanguinis a naribus in creticis: esset

79 P Eadē est dispositio in natura & in arte in agēdo ꝓpter aliquid. idē supra. cō. ꝓce

Universidad de Deusto
Biblioteca

dent. &. 1. ph. cō. 50. & quæ ibi.

per accidēs:tū: sanitas proueniēs a phlebotomia:quā præcepit ars medicinæ:quia vult se assimilari naturæ:,pueniret per accidēs: quia igitur ars quādoq; est loco naturæ:& ars agit ,ppter aliquid:necesse est vt natura agat propter aliqd:& qa ars etiā sequitur naturā:& agit ,ppter aliquid:necesse est vt natura agat propter aliquid. Et intendit per primā illa quæ sunt ante finem:& per postrema ipsum finem:& intendit quod si prima sunt in arte sunt per se ,ppter vltima:necesse est vt ita sit in natura:immo dignius:ars enim in hoc assimilatur naturæ.

Maxime aūt manifestū in asalibꝰ aliorū quæ neq; arte neq; quæsitura neq; deliberatura faciūt: vnde dubitāt quidam vtrū intellectu:aut quodā alio operent̄ aranee & formicę & hmōi paulatim aūt sic ,pcedētis & in plātis apparēt experientia quæ dā facta ,ppter finē:vt folia ,ppter fructꝰ cooperimentū. Quare si natura facit & propter hoc hirūdo nidū.& aranea telam: & plātæ folia gratia fructuū:& radices non sursum:sed deorsum gratia vegetandi:manifestū autē quod causa huiusmodi est in his quæ natura fiūt & sunt. Et hoc apparet multum in alijs asalibus quæ agūt nō per artē neq; p rationē & cognitionē:& ideo quidā dubitāt vtrū hoc qđ agūt agāt p intellectū aut per aliud:vt araneæ & apes & silia:& si tu considereueris videbis in vegetabilibꝰ nedū in asalibus aliqua quæ sunt ,ppter aliquā vtilitatē in fine intentam.V.g.qm̄ folia sunt ad cooperiendum fructū.Si igit̄ natura est ,ppter aliquid:& propter aliquid fecit hirundo suum nidum:& texit aranea suam domum: & folia sunt propter fructum in vegetabilibus: & ramuli radicibus: & venæ oriuntur ad inferius,non ad superius quærentes cibū: manifestum est quod ista causa inuenitur in eis quæ sunt per naturam:& quæ generantur per illam.

80 Q. Ratiōes ,p, bātes natu, rā agere ,p, pter aliquid non sunt naturales cum sit manifestum per se quod natura agit propter aliqd. Consule supra cō. 74. Apes & hi,

Cum induxit rationes super hoc quod natura agit ,ppter aliquid: & nō sunt naturales:cā sit manifestū per se qđ natura agit ,ppter aliqd: & tales rationes vsitantur cum aduersario.s.cū negantibus principia naturalia:incepit inducere modum certificationis istarum propositionū ex quibus componuntur illæ rationes:& incepit a rebus in quibꝰ hoc est manifestum valde:& sunt habentia animas:actio enim istorū quia prouenit ab imaginatione & comprehensione eius quod agit:scitur necessario qđ ista agūt ,ppter finē:sicut est dispositio in hirūdinibus & apibus. Et ideo dixit.& hoc apparet multum &c.i.quæ faciunt actiones artificiales non per artem neq; per cognitionem:quoniam si ageret hoc propter cognitionē & tunc transferret de aliquo in aliquid: & qa hoc latuit quosdam existimauerunt ea agere per cognitionem & intellectū.

Et cum demonstrauit hoc in rebus in quibus apparet hoc multum: incepit demonstrare hoc etiam in eis quæ sunt magis latentia:quoniam sic acquiritur cognitio melius, id est quoniam si hoc cōsideraueris primo de actionibus habentium animas: & post de vtilitatibus membrorum:

rū:videbit qđ natura generat hæc mēbra propter vtilitates existentes in suis naturis.& hoc inuenitur in plātis nedū in animalibus. folia enī videtur esse in vegetabilibus ad cooperiendū & ad cusodiēdū fructꝰ: quādo enī arbor denudatur a folijs corrūpitur in maiori parte fructus: aut nō erit in dispositione meliori. Et cōverificauit ista per inductionē:posuit ea antecedēs,& posuit vniuersaliterē consequēs,& dixit, si igitur natura est ,ppter aliquid &c.& dixit hoc referēdo se:ne aliquis existimet qđ iste actiones sunt per intellectū:qui enī ponit qđ iste actiones sunt per intellectū nō sequitur apud ipsum istud cōsequens. Et iste syllogismus est in forma hypothetici,& portia eius est portia inductionis,& iste modus inductionis est demonstrativus:quia per considerationem acquirimus certificationem & vniuersaliterē antecē complectur omnia particularia,& secundū hoc inductio habebit introitū in demonstratione:iudicium enim vniuersale non acquiritur in pluribus rebus nisi post maximam considerationē de pluribus individuis: & hoc diuersatur secundum magis,& minus:secundum naturam principij:& naturam considerationis.

Et quoniam natura dupliciter:alia quidem sicut natura:alia vero sicut forma:finis autem hæc est,propter finē autē alia sunt hic vtiq; erit causa cuius gratia.

Et cū natura est duobus modis scilicet,secundum materiā, & secūdū creationē,& finis est creatio,& alia residua sunt propter finē:ergo creatio est causa propter quid.

Et quia natura dicitur de materia & forma:declaratū est qđ forma est finis in generatione,& omnia quæ sunt ante ,finē sunt propter finē: necesse est vt omnia quæ sunt ante formā sint propter formā. Et iste sermo componitur sic.Forma est finis. Et finis est illud propter quod sunt omnia quæ sunt ante finem,ergo forma est illud propter qđ sunt omnia quæ sunt ante illam,& necesse est vt forma sit finis in generatione quia sequitur ab agente:aut semper:aut in maiori parte,& sequitur ex hoc vt materia sit propter formam.

Peccatū autē fit in his quæ sunt secundū artē. Scripsit enim non recte grāmaticus,& potauit medicus non recte,potione. Quare manifestū est quod cōtingit,& in his quæ secundum naturā sunt. Si igit̄ sunt quædā secundū artē in quibus quod recte fit propter aliquid fit:in quibusdam autem peccatur alicuius quidem gratia agitur: sed fallit: & similiter vtiq; & in physicis mōstra sunt peccata illiꝰ cp propter aliquid est, & in substātijs:ergo quæ sunt ex principio bonigena:si nō ad cūdē terminū & finē possibilia erunt venire corrupto principio, aliquo facta sunt sicut nunc in semine. Sed accidit peccatū qđ fit ,ppter artē.Grāmaticus enī barbarizat quādoq;, & medicus nocet in dādo medicinā. Manifestū est igitur quia possibile est fiere accidere in eo cp est secūm cursum naturalē, & ī his q̄

rundines agūt actiones artificiales sine arte & cognitione oppositum 2.de anima cō.156.

A In inductio nedemōstratiua acquiritur certitudo.& vniS uersalitas anteq̄ complectur oīa particularia. ,p hoc vide plchre ,huc. 2.priorū. c. 23.& in. 8. phy.cō. 33.

S T Omnia quę sunt ante finē sunt propter finem.

V X

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiunt per artē illud ꝙ cadit recte est propter aliquid, & illud in quo accidit peccatū quæritur propter aliquid: sed quærens nō inuenit suā intētionē, & similiter est de natura, & monstruosa sunt res extraneæ ab illo propter ꝙ sunt. Illa ēm vacca cuius superiora fuerūt homo: a principio fuit ex corruptione alicuius principij suorū principiorū ita ꝙ nō fuit possibile peruenire ad terminum & ad finem intentum: sicut inuenimus nunc in sperma quod corrumpitur.

82 Quia illi dicebāt qđ causa ordinis in generatione est casus: quemad modū causa monstruositatis est casus: incepit dare differentiā inter attributionē illius casus ad naturā & istius ad illā. causa ēm illius casus quē illi dicūt est natura causa enim istius est impedimentum naturæ, & peccatū eius a nō veniendo ad illā intētionē. Deinde incepit assimilare artem naturæ in hoc qđ casus accidit in vtroꝙ. Et dixit, & accidit peccatū &c. id est, quēadmodū possibile est vt accidat peccatū in arte vt grāmaticū barbarizare, & medicū errare in potione, similiter possibile est vt hoc accidat a natura, & dixit hoc quia aliquis potest dicere si natura agit propter aliquid: impossibile est vt accidat hic casus omnino: & sic autē nō erūt mōstruositates omnino: aut mōstruositates erunt intēte a natura, & ideo notificauit qđ iste mōstruositates accidunt ex errore naturæ: sicut accidit in arte. Et quādo posuit qđ in actiōe artis est rectitudo & peccatū licet est in actione artis: incepit declarare ꝙ rectitudo in actione naturæ est, ꝓpter aliquid & peccatū est quādo natura erat ab illo propter qđ agit, & posuit hoc in arte quasi antecedēs & in natura quasi cōsequēs, & dixit, cū illud qđ fit recte &c. id est, cū actio recta in arte est actio inducens ad finē intentū sine aliquo impedimēto, peccatū autē in ea est quādo nō inducit ad illū finē quærendum: sed ad aliud nō intentū similiter est de peccato naturæ & eius rectitudine. Et cū declarauit qđ in natura potest accidere peccatū sicut in arte incepit declarare qđ mōstruositates sunt de peccato naturæ, & si cōcesserimus vaccas Empedoclis esse tāc poneremus hoc ex peccato naturę: nō qđ illa agat casu: vt illi dicebāt, & dixit: mōstruositates &c. id est, mōstruositates prouenientes a natura sunt ex peccato naturæ & exitu illius actiōis ab illo propter qđ fuerūt per aliquod impedimētū quod fecit ea errare a fine: causa igitur illius vaccæ quā Empedo. dicit si fuerit verū est quia in prima generatione corruptū fuit aliquod principiorū in eo: adeo qđ natura nō potuit inducere illud principiū ad finē intentū: sicut inuenimus monstruositates in animalibus accidere ex corruptione spermatis: nō qđ fuit hæc actio naturæ sine aliquo accidente: vt dicunt illi qui attribuūt actionem naturæ casui.

Y Mōstruositates accidūt ex errore naturæ'sicut accidit in arte. Idē 12. met. c. 13 & 6. ethicorū. c. 3.

Z Amplius necesse est semē fieri primū: sed nō statim animalia, & molle natura primū quidē semē erat. Amplius & in plātis inest ꝓpter aliquid: minus autē colligit vtrū igit in arboribus fiāt sicut bonigenæ: viriperæ sic vitigeræ oliuigeræ aut nō: inconueniens enim est sed tamen, oportuit siquidem & in animalibus est.

Et etiā oportet in generatione animalis: vt primo precedat sperma: deinde generaī & nō generaī subito, & totū generatū primo est sperma, & etiā in vegetabilibus videmus propter quid & si minus appareat: vtrū igit sicut in vaccis generaī vacca cuius superiora sunt hois, & similiter in vite generatur vitis cuius superiora sunt oliuæ aut nō. Hoc ēm est inopinabile: sed oporteret vt hoc esset si ita est in animalibus. 83

Dicit. Et etiā, & hoc est vt mihi videt ratiocinatio super hoc qđ generatio animalis nō est casu: quū cū posuerimus ꝙ omne animal generatū ex spermate nō generaī subito ex nō spermate: sequitur necessario vt generatio eius ex spermate sit per se & necessario, ergo generatio eius ex spermate nō est casu, ergo sperma est propter animal: aut ita qđ sit, agens aut materia: aut vtrūq. D. d. deinde generatur &c. id est, & necesse est vt sperma præcedat generationē animalis tēpore, & qđ generetur ex eo in tēpore terminato, & primus ordo eius in generatione est sperma, & vltimus animal, & innuebat per hoc qđ animal per se sit a natura: cū ēm posuerimus qđ animal habēs sperma necesse est vt sperma præcedat ipsum: sperma igitur est prius naturaliter animali: est igit causa eius per se, & similiter cū cōcesserimus qđ ex spermate nō fit subito: sed in tēpore terminato: apparebit etiā qđ generatio eius est mediātibus alterationibus necessarijs in generatione animalis, & qđ in his istius motus est a re terminata scilicet a spermate, & ad rem terminatā scilicet animal, & pertāsit super media terminata, & totum hoc demōstrauit qđ generatio eius ex spermate est per se. D. d. & etiā videmus &c. id est, & non hoc inuenitur solūmodo in animalibus scilicet illud qđ est ꝓpter causam finalē, vt sperma in animalibus, sed hoc etiā inuenitur in vegetabilibus: licet minus scilicet quoniā in eis inuenitur ꝓpter quid & est materia eius, & causa eius agēs. Et cū declarauit, hoc sufficienter, & est qđ nō generaī aliquid ab aliquo casu, & ꝙ ita est de vegetabilibus sicut de animalibus: reuersus est ad cōtradicēdū Empedocli, & dicit: vtrū igitur &c. id est, si igit hoc qđ dicit Empedocles est verū: qđ quædā vacca fuit cuius superiora fuerūt hois & inferiora vacca per locū a maiori: necesse est vt vitis generetur cuius superiora sint oliuæ: ordo ēm in animalibus magis est quā in vegetabilibus. D. d. hoc ēm est inopinabile, id est, vt sit vitis cuius superiora sunt oliuæ, sed hoc inopinabile sequitur si posuerimus hoc qđ Empedocles dicit de generatione animalium. Et iste sermo est quasi hypotheticus continuus in quo destruitur cōsequēs, & cōcludit oppositū antecedētis, & accipit per locū a maiori: quū si hoc inuenitur in animalibus circa quæ maior est solicitudo: quāto magis in vegetabilibus. Ordo in animalibus magis est quam in vegetabilibus. A

Adhuc oportuit & in seminibus fieri quomodo contingit: omnino autē destruit sic dicens: quæ natura quidē sunt & secūdum naturā; natura autem sunt quæcunq; a quodā in seipsis principio continue mota accedunt ad aliquem finem. In vnoquoq; autem non idem vnicuiq; neq; contingens; semper ta- B

Universidad de Deusto
Biblioteca

men in cundē nisi aliquid impediat.

Et etiā oportet vt disp̄o ī modis spermatis & seminū ingeneratiōe eorū quæ generātur ex eis sit casu, &, quomodocūq; accidit, & vniuersaliter qui hoc dicit: destruit illud q̄ est per naturā, & ipsam naturā: q̄ eī est per naturā est illud q̄ mouetur cōtinue ab aliquo principio in ipso, donec perueniat ad finem, & nō omne principiū vniuscuiusq; rei earū quæ sunt per naturā, habet finē: neq; est ad quēlibet finē: sed vnū principiū semper inducit ad vnum finem nisi impediatur.

84 Naturā agere ꝓpter finē est principium

Vult etiā demōstrare ex dispositibus entis q̄d natura agit propter aliquid. Et dixit & oportet &c. id est, & si generatio vniuscuiusq; speciei esset casu, & casus est causa nō terminata: possibile esset vt vna species generaret̄ a quolibet semine a qualibet mixtione elemētorū, & C hoc est cōtra sensum, & quia istud principium est ex primis principijs scientię naturalis, & nō oportet naturalē loqui de eo cū negāte ipsum sed cōdū q̄ est naturalis: sed sec'm q̄ est prim⁹ philosoph⁹ aut sec'm q̄ est subiectū istius scientiæ q̄d est natura, & illud q̄d generaī per naturā: q̄ eī fit per naturā, & a natura mouet cōtinue in generatiōe vniuscuiusq; entis, incepit eī a principio terminato, & pueniat ad finē terminatū. Et nō ex oī principio &c. i. & nō omne principiū habet vnū finē: neq; natura: cū nō generet a principio terminato: neq; ad finem terminatū, igit generata generētur hoc modo: ergo nō est natura: neq; generantur a natura, & cū posuit q̄d natura agit ex principio terminato & ad finē terminatū, & hoc non est semper: dixit nisi impediatur.

cipium istius scientiæ. Idē supra. 74. & 75.

D Non omne principium habet vnum finem. neq; quilibet finis est ab vno principio.

Quod aūt est cuius causa fit, & q̄ est ꝓpter hoc fiet vtiq; a fortuna: sicut dicimus: à fortuna venit extraneus & balneatus abscesit cū tāq; ꝓpter hoc veniēs egerit: nō ꝓpter hoc aūt venit, & hoc secūdū accidēs fortuna eī ē causarū q̄ sūt. sed m accidēs: quēadmodū & prius dixim⁹: sed cū hoc semper: aut sicut B frequēter fiat nō secūdū accidēs: neq; a fortuna est. In physicis aūt semp sic fit nisi aliquid impediat. Et illud propter quid quādoq; est casu. V. g. hospes venit casu & intrauit balneū & recessit, & dicimus hoc cū actio ei⁹ quasi aduct⁹ ei⁹ fuerit ꝓpter illā: sed aduct⁹ ei⁹ nō fuit ꝓpter illā: hoc eī ē p accidēs cū casus sit de causis quę sunt p accidēs: vt dixim⁹ superi⁹. Si igit hoc est ex eo semp aut in maiori parte: nō est per accidēs: neq; 85 casu, & res naturales semp sunt in eodē cursu: nisi abscindant.

Cū declarauit q̄d finis inuenitur in rebus naturalibus per se: nō ea fu inuenīūtur fines sed per accidēs: cum sint in minori parte: fines autem existentes a natura impossibile est vt dicantur fieri a casu: cum sint semper

semper: aut in maiori parte. Et dixit. V. g. & c. i. V. g. quoniā intrēdit quiescere nobiscum: & accidit quod intrauit balneū & recessit: introitus eī balnei causa eius fuit hæc quod intrēdebat quiescere apud nos: & est finis suæ quietis apud nos: sed non quieuit apud nos propter istū finem. D. d. & hoc erit &c. i. & dicimus q̄d aliquid est propter casum cum fuerimus existimantes quod actio eius quā egit. V. g. introitus balnei fuit propter aduentū eius ad nos: sed in rei veritate nō fuit propter suū aduentū ad nos, cū non intrendebat hoc. Deinde dixit. hoc enim est per accidens &c. id est iste enim actiones quas fecit ex suo aduētu sunt per accidens: cum casu accidunt ex suo aduentu: & declaratō est ex sermone prædicto quod casus est de causis quæ sunt per accidens. D. d. si aūt hoc &c. i. si autem introitus balnei ex suo aduentu fuit semper aut in maiori parte: q̄n intenderit per suū aduentū introitū balnei: nō dicimus quod introitus balnei a suo aduentu fuit per accidēs aut casu. Deinde posuit quod prouenit a natura: est autem semper aut in maiori parte. & dixit. & naturalia &c. Et syllogismus sic cōponitur. Propter quid prouentens a natura: aut est semper aut in maiori parte. Et ꝓpter quid prouentens ab aliquo per se: prouenit ab eo: aut semper aut in pluribus. Ergo sequitur in secunda figura quod illud propter quid prouenīens a natura non prouenit a casu. Et vniuersaliter quod isti hoies cōcedunt: q̄d illud q̄d prouenit a natura ex istis finibus prouenit a casu, & nō concedūt q̄d illud q̄d prouenit a casu prouenit in minori parte. & cōcedūt quod isti fines nō prouenīūt a natura in minori parte: & hoc cōtingit eis ex hoc quod declaratū est de natura casus: ideo reuertit cum eis ad verificādum istā propositionē: quia est propositio in qua est disputatio: in prima aūt posuit hoc quasi morū per se. ipse igitur in istis quæ sunt manifesta per se: quandoq; ponit ea pro manifestis: apud eos q̄ innati sunt recipere illud quod est morū per se. & quandoq; vtit in declaratione eorum propositionibus famosioribus eis ad cōfirmandum: & ideo iterauit sermonem in hoc vt mihi videtur.

Idem supra tex. cō. 48.

Aristo. ea q̄ sunt manifesta p se q̄ponit ea pro manifestis: apd eos q̄ innati sunt recipere illud q̄d est manifestum p se. & q̄q; vtitur in declaratiōe eorū ꝓpositionibus famosioribus eis ad cōfirmandum.

Inconueniens autem est non opinari propter hoc aliquid fieri nisi videatur mouens deliberatiuum: & tamen etiam ars non deliberat: sed nanque si esset in ligno nauis faciua: similiter vtiq; natura fecisset. Quare si in arte inest propter aliquid: & in natura est. Maxime autem manifestum est: cum aliquis medicatus fuerit ipse seipsum: huic enim comparatur natura, quod quidem igitur causa sit natura; & sic sicut propter aliquid manifestum est.

Et malū est etiā quod nō opinant̄ ea fieri ꝓpter aliqd si non inuenerint agens cogitare in sua actiōe: & ipsi inuenerunt sine cogitatione artem: & si ars edificandi naues esset in ipsis lignis tunc operatio eorum esset ad modum operationis naturæ: ex quo sequitur. Si in arte est propter aliquid vt etiam sit hoc in natura: & magis quo declaratur hoc est in illo quod curat se in medicina: & natura assimilatur huic: manifestum est

igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

igitur quod natura est causa: & quod est causa ,ppter aliquid.

96 Demonstrat hoc inopinabile contingens ei qui nō concedit causā finalem esse in natura propter hoc quod in natura non est cogitatio, & finis non inuenitur apud eos nisi in cogitatione: & est quoniā cōtingit eis vt ista causa non inueniatur in rebus artificialibus carentibus cogitatione. Et dixit. & malū est etiam eos nō opinari quod actiones nō sunt propter aliquid nisi agens agat a cogitatione: & ipsi inuenīt artē agere propter aliquid: cum hoc quod agens non cogitat: & dixit hoc in artibus quæ non vtuntur cogitatione: vt texere & suere: nō sicut artes medicinæ & nauigandi. Deinde reuersus est etiam ad declarandū quod natura in hoc conuenit cum arte declarando quod illud per quod potest quis existimare eas diuersari quod nō diuersentur in eo: & per hoc perficitur sermo in cognitiōe modi similitudinis inter illas: & dixit. & si ars ædificandi &c. id est manifestum est quod non est differentia hic inter naturā & artē: sed ars agit extra: & natura intra. si igit̄ essem⁹ imaginati qđ ars est in re: tūc necessario contingeret agere ac si esset extra: & si hoc esset nō esset illic differentia inter naturam & artē: & intendebat per hoc quod si actio artis propter aliquid esset quod est extra: necesse esset si imaginati essemus artem intra: vt nō ageret propter aliquid sed quia notum est per seipsam agere propter finē: aliquid sit extra sua intra: manifestum est quod hoc est secundum quod semper agit: aut in maiori parte: ars enim igitur cōuenit in hoc cum natura. Deinde induxit illud quod sequitur ex hoc: & dixit. ex quo sequitur &c. & ista cōsecutio est manifesta ex hoc quod declarauit: quod illud in quo differt ars a natura nihil operatur in hoc quod agit propter aliquid: & cū induxit testimonium super hoc ex hoc quod si ars esset in ipsa re: tunc ageret ac si esset extra & dixit: & hoc magis declaratur &c. & est quoniā ars inuenīt in medico qui curat se agere in illud in quo est ars ac si esset extra. s. propter aliquid: & si hoc non esset: tunc ars nō ageret propter aliquid: quia est extra & cum destructū est quod actio extrinseca operatur in hoc non est differentia in hoc inter artem & naturam.

Ars agit extra. Idē. 12. G met. cō. 17. tertio de aīa 18. Idem supra cō. pri. & quæ ibi,

Capitulum in quo ostenditur quomodo necessarium reperiatur in rebus naturalibus. CAP. IX.

A QVod autē ex necessitate est vtrū ex suppositione sit: aut simpliciter: nūc quidā enim opinant̄ qđ est ex necessitate in generatione esse: quēadmodū vtiq; si aliquis murū factum esse ex necessitate existimet: quoniā quidē grauia deorsum ferri apta nata sunt: leuia autē supereminent. vnde lapides quidē deorsum & fundamentū: terra autem sursum propter leuitatem: supereminēt autem maxime ligna: leuissima enim sunt. Et cōsiderandū est de necessitate: vtrū sit a positiōe: aut simpliciter. opinant̄ enim quod necessitas in generatiōe est secundū modū: si aliqs existimasset quod partes est necessaria: quia grauia innata sunt descendere inferius: & leuia ascendere superius. & ideo lapides est & fundamentum est inferius: terra & lutum superius: quia sunt leuiora & supra omnia ligna quia sunt leuissima.

87 B Antiqui dixerunt formas esse ,pter materias' & diuersificari ,ppter materias. sed Aristo. tenet oppositū. Idē supra. 74. &. 75. Idē pri. de aīa. 53. &. 2. de aia. 36. & 60. Idē infra hoc. 2. com. 88. & 90. &. 91. C

ET cum declarauit quod natura agit propter aliquid: & qđ existentia finis in rebus naturalibus & conuenientia membrorū in salute entis naturalis nō est casu: & oēs antiqui dicētes causam materialē tantum esse: nitūtur ex illa reddere causas formarū & actionū. opinabantur enim quod formæ sequuntur de necessitate naturam materiæ: & quod diuersitas earum est ex diuersificatione materiæ: ipse igitur vult destruere hoc: quoniā ipse opinabatur econtra. s. qđ materia sequitur formam. Et dixit. & considerandū est &c. id est & cōsiderandum est de necessitate existente in rebus naturalibus: vtrū sit ex positione formæ. s. quod cū posuerimus quod forma sit: sequit̄ vt materia sit: aut necessitas inuenitur simpliciter. i. ex materia: quā ista necessitas non est propter aliquid: sed simpliciter est. i. ex se non ex alio. D. d. opinantur enim isti &c. i. isti enim qui opinabantur qđ necessitas est in generatione generati ex materia: similes sunt in hoc quod opinātur de rebus naturalib⁹ eis qui opinātur in rebus artificialibus qđ domus generatur ita quod fuerit custodiens a calore & frigore ex necessitate: quia partes graues quæ sunt in ea descendūt ex necessitate nature grauis inferius: & partes leues quæ sunt in ea ascendunt de necessitate etiam ex natura leuis: & partes medie existunt mediocriter: vt ligna superius & lapides inferius: & terra & lutum in medio. Et ex hoc exēplo apparet quod natura est similis arti: qui enim dicit quod homo generatur ex hac creatione: quia necesse fuit vt partes graues quæ sunt in eo descenderent & leues ascenderent: est sicut qui dicit hoc in domo: & isti non euadunt per hunc sermonem ab esse casu in generatione entium: quoniam si partes graues descenderent in plantis & animalibus ex necessitate sue nature: & leues ascenderent: tunc conuenientia actionum partium grauium & actionum partium leuiū in salute illius speciei erit casu: licet hoc in pluribus rerum naturalium videatur econuerso. animalia enim testea si natura non intēdisset custodiam deberet defendisse in eis pars testea.

Sed tamen non sine his quidem facta sunt: nō tamē ,ppter hoc nisi sicut propter materiam: sed causa abscondēdi ipsa & saluandi: similiter autem & in aliis omnibus in quibuscunq; propter aliquid est: non sine quidem habentibus necessariam naturam sunt: non tamen propter hoc: sed aut sicut materia sunt: sed propter aliquid est vt serra. huiusmodi enim est: quia talis est: & propter hoc est: sed tamen id quod est cuius causa impossibile est fieri nisi ferrum sit: necesse igitur ferrum esse si quidem serra erit & opus ipsius: ex suppositione necessarium est: sed non sicut finis: in materia enim necessariū est: quod autem est cuius causa sit in ratione est. Et verum est certe quod paries nō esset sine istis: sed esse eius nō fuit ,ppter ista: nisi intelligas per hanc propositionem, propter, materiam: sed propter

custodiā

custodiã & salutẽ: & ꝓpter istas fuerũt illa: & eodẽ modo ẽ de ossibus que sunt ꝓpter aliquid: nõ em̃ sunt sine illis quæ habent aliquã naturã necessariã: sed esse eorũ nõ ꝓpter hoc existimatur materia: sed ꝓpter aliquid. V.g. serra quare est talis? & dicet vt agat aliquid: aut ꝓpter aliqd: & qđ agit hoc: & est ꝓpter illud: nõ est aptũ nisi sit ex ferro: ex quo sequitur necessario vt sit ex ferro si fuerit serra: & sua actio fuerit eius actio: ex positiõe igitur est necessitas: non ex fine intenta. necessitas erũ est in materia: & illud propter quid est in diffinitione.

33 Et verum est quod paries non potest esse sine illis graualibus & lenibus quæ ita habent se ad illum quasi materia: sed esse parietis non fuit propter hanc causam quæ est graue & leue. nisi quis non intelligat per hanc præpositionem propter causam finalem intentam per artem: & est custodis & salus: tunc enim erit verum dicere respondẽdo ad quare fuit paries: quod paries fuit propter suam causam: & deinde dixit. & eodem modo &c.i. & eodem modo est de omnibus quæ generantur propter aliquem finem intentum: quoniam impossibile est vt sit aliquid sine aliis quæ habent naturam necessariam in esse eius: sed esse eius a tali materia scilicet necessaria in generatione sua non facit existimare quod propter materiam fuit tale: sed opinandum est quod ipsum esse tale est propter aliquid: & intẽdebat hoc cũ dixit: sed esse eius &c. idest, sed ipsum esse huiusmodi scilicet quia illa sunt necessaria in suo esse: non propter hoc debet quis existimare quod materia est causa esse eius: sed optinendum est quod esse eius est propter aliquid. Et in libro Alex. dicitur sed non propter ista: sed propter materiam. idest & illa quæ sunt ante finem in re non dicuntur esse causæ finis: nisi secundum quem materia est causa finis: immo finis est causa eius principaliter.

2 D Et cum posuit quod significat quod partes & alia corpora generata non generantur ex necessitate materie: licet materia sit necessaria in esse eius. hoc, scilicet significat quod cum aliquis interrogauerit quare est aliquid: non respondebitur per materialem causam sed finalem. notificauit hoc per exemplum & dixit. Verbi gratia quoniam cum aliquis quæsiuerit: quare serra habet multos dentes: & dicetur vt serret ligna aut propter serrationem: & non dicetur quod habet multos dentes: quia est ex ferro: licet serra non possit esse nisi ex ferro: & hoc intendebat cum dixit. & hoc propter quod est non est aptum &c. idest licet hoc propter quod fuit serra non apteretur nisi serra sit ex ferro.

3 Deinde induxit illud quod est quasi conclusio istius sermonis. & dixit. sequitur igitur necessario vt sit ex ferro &c.i. sequit̃ igitur ex hoc quod dicimus ꝙ serra est propter suam actionem: & quod actio eius nõ B potest esse nisi sit ex ferro: vt necessitas in serra sit secundũ positionem. scilicet secundũ positionẽ finis non secundũ materiam: & hoc intendebat cum dixit: ex positione igitur erit necessitas secũdũ finẽ intentũ. ex positione igitur finis quærenda erit necessitas materie conuenientis illi actioni: & necessitas esse rerũ sequẽtium materiã: nõ quod esse istorũ est ꝓpter finẽ: neq; ꝙ finis est ex necessitate materiæ. illa em̃ ꝙ inueniuntur

Quæ in rebus naturalib⁹ inueniũtur ex necessitate & nõ

niunt̃ in reb⁹ naturalib⁹ de necessitate nõ ꝓpter aliqd. vt mors animalis sunt ꝓpter materiã: & illa ꝙ inueniunt̃ in eis ꝓpter aliqđ sunt propter formã & diffinitionẽ: & ideo nõ sunt necessaria simplr: & hoc intendebat cũ dixit. necessitas em̃ est in materia: & ꝓpter qđ est in diffinitione. Et innuebat ꝓpter hoc diuersitatẽ essentiæ rerũ sequẽtiũ essentiã ex necessitate materiæ ꝙ nõ intẽdunt̃ pp aliqđ: ex qb⁹ antiq errauerũt & existimauerũt ꝙ oia ꝙ accidũt reb⁹ sunt de necessitate materiæ.

Et hoc cõponit in secũda figura sic. Res necessariæ nõ intente sunt ex materia. Et res intẽte nõ necessarie nõ sunt ex materia. Ergo res intẽte nõ sunt necessariæ nõ intẽtæ. qđ aũt res intẽtæ non sunt ex materia manifestũ est: qm̃ res intẽtæ sunt ex forma. & ideo nõ sunt necessariæ gñationis: & forma nõ est ꝓpter materiã. ergo res intẽtæ non sunt ꝓpter materiã. Apposita tota⁹ sermonis prędicti est in tertia figura sic, Quãdo in reb⁹ gñabilib⁹ interrogat̃ quare gñatur nõ respõdet̃ per causam materialẽ. Et qñ in reb⁹ gñabilib⁹ interrogat̃ quare: rñdet̃ per causam finalẽ. Ergo causa finalis est alia a causa materiali. Et oĩs iste rõnes sunt cõtra eos qui nõ cõcedũt illud qđ est motũ ꝓ se: si em̃ causa finalis sequeret̃ necessario causam materialẽ: tũc apud quæstionẽ per quare respõderet̃ causa materialis: hæc em̃ est dispositio entis necessarij simplr. s. vt nõ fiat ꝓpter suã actionẽ: sed actio ei⁹ ꝓpter ipm̃, & iste mod⁹ necessitatis inuenit̃ in reb⁹ æternis, & ista est necessitas simplr: quã antiq existimabãt cẽ in reb⁹ nãlib⁹ gñabilib⁹ & corruptibilib⁹. si igit formæ sequerent̃ materiã de necessitate: tunc oia essent necessaria.

Est autem necessarium & in doctrinis: & in his quæ secundum naturam fiunt quodammodo similiter qm̃ rectũ huiusmodi est: necesse est triãgulũ duobus rectis æquale habere: sed nõ si hæc est illud est: sed si hoc nõ est: neq; illę rectus est: in his aũt quæ ꝓpter aliqđ fiunt econtario est si finis: aut erit: aut est: aut est quod est ante finem: aut erit: aut est: si vero nõ sicut ibi: cum nõ fit conclusio: principium non erit: & hic non est finis: & qđ est eius causa fit: principium enim ad hoc est non actionis autem: sed animi: ibi autem sunt animi: actus enim non sunt.

Et necessarium est in doctrina: & in eis quæ secundum curã naturalem sunt quodammodo similia: quoniam rectũ est tale: necesse est vt anguli & trianguli sint æquales duobus rectis: & nõ quia fuerit tale fuit illud: sed hoc si non esset tale: illud non esset rectũ: & illa quæ sunt propter aliquid: si finis intenta per illa fuerit præsens aut futura fuerit: illa etiam quę sunt ante erunt præsentia aut futura: & si non sunt quemadmodũ igitur illic: si conclusio non fuerit: non erit principium: similiter hæc est dispositio finis: & illud propter quid: hoc em̃ etiam est principiũ: sed non est principiũ operatiõis: sed cogitatiõis: & principium illic est cogitationis: quia illic nõ est operatio.

ld est, & necessitatẽ esse in doctrina & in naturalib⁹ est cõsiderare: qđ modo

ꝓp aliquid sunt ꝓp materiã & quę inueniunt̃ in eis ꝓp aliqđ sunt ꝓp formã. 4

Hęc est dispõ entis necessarij simplr. s. vt nõ fiat propter suam actionẽ sed actio eius ꝓp ipm̃ F qđ quomodo intelligẽdũ sit vide. 2. cel. cõ. 17. &. 21. & 12 meta. 36.

89 G

modo:scilicet quoniã in vtroq; inuenit necessitas expositiõe:& dixit quodãmodo:quia ex priorib? in doctrina consequunt posteriora: cuius conclusio quæ est posterior in scientia secundũ tẽpus: sequit ex propositionibus quæ sunt priores in esse:aut illa quæ sunt priora in tẽpore sequunt posteriora. Et similitudo inter illa est quoniã si propositiõs fuerit erit cõclusio necessario:& nõ sequit ẽconuerso: & si finis fuerit erũt illa quæ sunt ante finẽ:& in hoc aduersant hęc duo: propositionum igitur secundũ hunc modũ assimilant finẽ conclusio autem assimilatur eis quæ sunt ante finem. Et cũ dixit:quod necessitas est in eis consimilis:incepit declarare similitudinẽ:& dixit quoniã quia rectum est in te &c.& in doctrina inuenitur aliquod simile necessario qđ est in generatione:quoniam ex esse propositionum sequitur ex conclusiõis. Verbi gratia quia angulus extrinsecus in triãgulo valet duos intrinsecos sibi oppositos: & cum angulo sequenti valet duos rectos:hæc est causa ut hoc qđ anguli trianguli sunt æquales duobus rectis.propositiones igitur sunt illa propter quæ est res:conclusio vero est illud quod est ante illud propter quod est:& intendebat per rectũ triangulum rectorum interum:& intendebat per tale hoc:quod extrinsecus valet duos intrinsecos:& cũ sequẽte valet duos rectos. D.d.& non qa hoc est tale:fuit illud tale.i.& nõ:qa anguli triãguli valẽt duos rectos:est necesse vt angulus extrinsec? sit talis.i.qm̃ hæc nõ est causa illi?. D.d.sed si hoc nõ fuerit &c.i.si nõ fuerint anguli æquales duob? rectis triãgulus nõ erit rectorũ laterũ. D.d.& illa quæ sunt ,ppter aliqđ &c.i.& dispositio cõclusionis cũ propositionibus est dispositio eorũ quæ sunt ,ppter aliqđ & cũ illo ,ppter qđ sunt:cũ em̃ fuerit finis ,ppter quẽ sunt in actu erunt illa in actu:& si fuerit finis in potẽtia:illa erũt in potẽtia: licet nondum sint in actu:& hoc intendebat cũ dixit:& si nõ sunt.& similiter cũ conclusio fuerit in actu:,ppositiões erũt in actu:& si cõclusio fuerit in potẽtia:,ppositiões erũt in potentia. Et cũ declarauit quod ita se habẽt propositiones cũ cõclusione: sicut finis cũ his quæ sunt ante finẽ, & dixit.& quãdmodũ illic &c.i.quãdmodũ si nõ fuerit cõclusio:nõ erunt propositiões.licet si nõ fuerint illa quæ sunt ante finem nõ erit finis: illa em̃ quæ sunt in doctrina quasi finis sunt propositiones: & illud qđ est quasi illa quę sunt ante finẽ est cõclusio. D.d.hoc em̃ est principiũ &c. & inuit propositiones quæ sunt principiũ doctrinæ. D.d. sed nõ principiũ operationis sed cogitationis:& præseruat se ne quis dicat q nos videmus quod ad quædã principia sequunt vltima:& sunt principia doctrinæ:& hoc est cõtra positũ in natura: & responsio ad hoc est: qm̃ hoc nõ est principiũ operatiõis:sed principium cogitatiõis. sermo aũt est de principijs operationũ: & accidit vt ex principio cogitatiõis sequat illud ,ppter quid:principiũ: a in cogitatione est finis in operatione.& finis in cogitatione est principiũ in operatione. D.d. & principium illic &c.id est in doctrina speculatiua.& dixit hoc: quia doctrinæ operatiuæ accidit eis vt illic sint duo principia:principiũ.s.cogitatiõis & principiũ ogationis: & sic finis cogitatiõis & finis operatiõis

Quare si erit dom? hæc necesse est fieri: aut existere:aut esse aut omnino materiam quæ propter hoc: vt lateres & lapides esse

Hã Principiũ in cogitatione & finis in opatiõe. & finis in cogitatione est principiũ in operatione. Idem.7. met. cõ.21. Et.5. de aĩa. te. com.49.

esse si domus:non tamen propter hoc est finis: sed aut sicut materiæ:nec; est propter hæc:omnino tamen si non sint non erit: nec; domus nec; serra. hæc quidem nisi sint lapides: illa verò nisi sit ferrum:neque enim ibi principia sunt nisi triangulum duobus rectis. Manifestum igitur est quod est necessarium in physicis:quod sicut materia dicitur & motus ipsius.

Necesse est igitur.vt si domus erit vt ista sint necessario, aut vt sint:aut quod erunt præsentia & vltr materia quę est propter aliquid, Verbi gratia, quoniam lapides erunt si erit domus:sed non propter ista est finis intenta:sed secundum q̃ est materia: sed illa si non fuerint non erunt ista:domus igitur non erit si lapides non fuerint:nec; serra erit si ferrũ non erit:illic em̃ principia nõ erunt:& si anguli triãguli non fuerint æquales duob? rectis. Manifestum est igitur q̃ necessarium in rebus naturalibus est illud quod dicitur de materia & eius motibus.

Id est,necesse est igitur si domus fuerit in actu: vt illa ex quibus domus fit sint ad domũ.et hoc intendebat cũ dixit.vt sint necessario.i.vt ista ex quib? domus fit sint necessario in esse:aut generata ante generationẽ domus.& hoc duobus modis:aut vt sint præsentia cũ ea:aut qđ erunt præsentia. D.d.& vniuersaliter materia.i.& vniuersaliter ista est dispositio materiæ cũ illo ,ppter qđ fuit materia. D.d.V.g.i. V. g.qm̃ lateres & lapides necesse est vt sint;si domus fuerit:sed nõ ex lateribus & lapidibus sequitur necessario vt sit finis intentus. V. g. domus nec; habet interitum in fine nisi secũdũ materiã.s.secũdũ q̃ materia est vna causarum rei cuius ex materia. D.d.&c.nõ erit propter ista.i. & forma nõ erit per naturam:sed per agẽs. D.d.sed illa.i.materia. D.d.si ista nõ fuerint.i.forma & finis. D.d.illic em̃ &c.& q̃ accidit ex hoc in generatione est simile ei q̃ accidit in doctrina.in doctrina enim etiam nõ erunt ,ppositiones si cõclusio nõ fuerit. V.g.qm̃ ,ppositiones ex quibus declaratur quod anguli trianguli valent duos rectos nõ erunt si nõ fuerint æquales duobus rectis:& iam prædixit hæc: sed iteranit illud ad rememorationem. In libro vero Alex.nec; illic etiam erunt principia si triangulus habuerit angulos æquales duobus rectis. i. qm̃ nõ sequitur quod si cõclusio sit:quod propositiones sint. Deinde dixit: manifestum est igitur quod necessitas in rebus naturalibus notat materiã: & illud quod sequitur materiam de motibus: & non notat formam: scilicet quoniam materia inuenitur propter formam:non forma ,ppter ipsam:cum non sequitur materiam.

90

Idem supra te.c.89.

Idem supra 87.et q̃ ibi.

Et vtrũq; physico dicendæ sunt causæ:magis aũt quæ cuius causa:causa em̃ hæc materiæ est:sed nõ hæc finis. Et finis qa cuius causa & principiũ à diffinitione à ratione est:sicut ī his quę secũdũ artẽ:qm̃ si domus talis est:oportet hoc fieri ex necessitate & esse:& quoniam hoc est sanitas:hoc oportet fieri ex necessitate et esse sic:& si hoc est homo hoc:si autem hoc & hoc.

Et oportet naturalem intendere has duas causas: sed magis debet intẽdere causam quæ est propter quid: quoniam ista est causa materiæ: ipsa autem non est finis propter quem: & principium est de diffinitione & ratione: sicut est in rebus quæ sunt per artem. Verbi gratia, quoniam quia domus est tale: necesse est vt sit hoc: & hoc quia sanitas est talis: necesse est vt sit hoc & similiter quia homo est talis necesse est vt sit hoc.

Et oportet naturalem reddere vtrãq; causam: quia constitutio rei naturalis est ex ambobus, s. ex materia: & ex illo propter quod est materia. Deinde dicit: sed magis debet &c. id est, oportet naturalem solicitari magis circa causam finalem cum propter causam finalem est causa materialis: & non propter causam materialem est causa finalis. Deinde dicit & principium est ex diffinitione & ratione, id est, & principium ex quo sequitur si fuerit necessitas materiæ: & illud quod continet diffinitio & forma in rebus compositis.

91

Et intendebat per hoc quod cum diffinitio rei fuerit posita: sequitur materia necessario in esse eius. diffinitio enim continet formam communem & propriam. Deinde dixit, sicut est in rebus artificialibus, id est, Verbi gratia, quia diffinitio domus est continens cooperiens defendens a calore & frigore: necesse est vt sit composita ex tecto & parietibus & quia diffinitio hominis est animal rationale necesse est vt sit compositum ex carne et osse: quia diffinitio sanitatis est dispositio in membro qua agit suam actionem in membro: necesse est vt ista dispositio sit complexio & hoc intendebat cum dixit quod domus est tale &c.

I

L

Diffinitio cõtinet formã cõmunẽ & ppriam Idẽ. 7. met. 43.

Fortasis autem & in ratione est necessarium: determinatur enim opus serrandi: qm̃ diuisio huiusmodi est: hoc autem nõ est: nisi habeat dentes huiusmodi: hi autem non: nisi sit ferreus. sunt autem in diffinitione quædam partes vt materia.

Et rectum est vt necessarij intret in diffinitione etiã: & hoc erit quando diffinierimus actionem serrationis: qm̃ est scindere tali modo q̃ nõ aptatur nisi serra habeat dentes tali modo: & hoc impossibile est vt sit hoc modo nisi sit ex ferro: in diffinitione enim etiam quædam partes sunt quasi materia.

92

In diffinitionib⁹ natura lib⁹ apparet materia vel manifestiꝰ cõsecutiue. Vide idẽ supra cõ. p̃cedenti.

Quia diffinitiones continent genera & differẽtias: & genera sunt forme vniuersales differentiæ formæ proprie: & est declaratum q̃ materia sequitur necessario ex forma: & rectum est vt diffinitiones in hac scientia sint principiũ apparentiæ necessitatis materiæ: & quia ex quibusdam diffinitionibus non solum modo apparet consecutio materiæ: sed etiam in eis intrat materia. Dixit: & rectum est vt in quibusdam diffinitionibus non sequitur necessarium expositione diffinitionis: sed intrat in diffinitione quasi pars: in talibus igitur diffinitionibus apparet materia quasi pars nõ secundũ cõsecutionẽ. D. d. si ẽm diffinierimus &c. hoc est exemplum diffinitiõis: in qua apparet materia: serratio enim quia nõ cõpleatur nisi per formam & materiam serre: ideo intrat materia in diffinitione: serra ẽm si dixerimus ipsam esse instrumentũ habens dentes: non erit diffinito: donec dicamus ipsam esse ex ferro.

Cõsuetudo sicut dixit Aristo. in secũdo metaphysi. est maxima causa impediens a pluribus rebus manifestis q̃ se: quæ admodũ ẽm cum homo fuerit assuetus ad aliquas actiones: licet nocent illi erunt faciles illi: & credit q̃ sint vtiles. sic⁹ cũ fuerit assuet⁹ credere sermones falsos a puericia. erit illa cõsuetudo causa ad negandũ verũ manifestũ sicut q̃dam cũ vsitati sunt comedere venenum intantum qd̃ erat eis cibus. sic accidit modernis dicentibus q̃ gñatio fuit ex nõ ente: & causa istiꝰ existimatiõis fuit cõsuetudo. Et tu potes scire hoc ex hoc q̃ dixit Aristo. q̃ omnes antiqui cõueniunt in hoc q̃ nihil generatur ex nihilo. & tam videbat quosdam socios dubitantes in hac quæstione. tamen obuiauit huic aliquãtulum in tractatu de substantia orbis. Et ista mala cõsuetudo auferri potest per hanc consuetudinem audiendi contraria sua. quemadmodum igitur malitie acquisite per malam consuetudinem obuiamus per consuetudinẽ habituũ bonorum oppositorum illis: similiter credere res falsas destruitur per habere consuetudinẽ rerum verarum: & ista consuetudo est impediẽs multos intellectus pfectos recipere veritatẽ.

M

Et primo de anima. c. 16. & q̃ibl. Arist. 2. me. t. c. 14. Idẽ primo ph. cõ. 71.

N

Primo ph. tex. cõ. 34.

Et ideo videmus modernos loquẽtes dicere: q̃ qui in principio addiscit philosophiam nõ potest addiscere leges: & qui primo addiscit leges nõ ei abscondentur post alie scientiæ. & bene dixerunt: in quo ẽm congregatur consuetudo & comprehensibilitas veritatis: ille non habet impedimentum a veritate: sed impedimentum semper a falsitate: vel falsem ab eo in quo non est veritas neq; falsitas vt in legibus. sed qui habet consuetudinem recipiendi falsum: aptus est vt impediatur a veritate: quemadmodum in quo cõgregatur cum nutrimento panis qui est cibus tẽperatus cõsuetudo nutrimenti: rectum est vt non impediatur in aliqua hora ab hoc quin nutriatur ab eo: & quin non accidat ei nocumentum: sed qui assuetus est ad aliquid aliud quã panem: bene potest impediri a nutrimento illius. Et ex hoc modo. scilicet per consuetudinem estimatur q̃ apologi propositi ciuitatum corrũpunt multa principia nature: & hoc est per assuetudinem. Et ideo fides vulgi est fortior cẽ fides philosophorum. quoniam vulgus nõ assuescit audire aliud: philosophi autem audiunt multa. & ideo quãdo disputatio & cõsideratio cõsequens est omnibus: corrumpitur fides vulgi: & ideo quædam leges prohibent disputare. Et potest bene videre quantum operatur audire res extraneas in opinione quæ est per consuetudinem & hoc tẽ pore. homines ẽm multi cũ intrauerũt res speculatiuas & audierũt res extraneas eis cũ fuerint assueti statim corrũpetur opinio: quã habuerũt ex assuetudine: & nõ fuerint tantum assueti ad istas res extraneas vt possint recipere: & fuit destructa apud eos maior pars legum: & multiplicati sunt homines apud eos qui dicebãtur zenodic: Et Algazel fuit maior cã huius cũ suis cõpatriõibus mixtis. Et diximus hoc. Finit li. 2.

O

P

Incipit liber Tertius physicorum Aristotelis.

Summa. 3. lib. phy. secundum Aver.

A textu primo vsq; ad. 24. differit de motu: & de eius speciebus.

A textu. 24. vsq; in finem facit longam narrationem de infinito.

Tractatus primus de motu.

De diffinitione motus. Cap. j.

A Ignorato motu necesse est naturā ignorari.

QVoniam autem natura est principiū motus & mutationis: scientia aūt nobis de natura est: oportet nō ignorare quid sit motus. necessariū est enim ignorato ipso & ignorari naturam. Determinantibus igitur de motu: tentādum est eodem aggredi modo: & de his quæ consequenter sunt. Videtur autem motus cōtinuorum esse: sed infinitum apparet in primum in continuo vnde & in diffinientibus continuum: contingit primum indigere multotiēs ratiōe infiniti: cū infinitū diuisibile cōtinuū sit.

B Infinitū apparet primū in continuo.

Quia natura est principium motus & quietis & transmutationis: & in hac scientia intēdimus naturā: oportet nos narrare primo motum quid sit: deinde cū determinauerimus hoc: determinabimus vnumquodq; consequentiū hoc modo: & existimatur qđ motus est de rebus continuis: & primo eorū quæ sequuntur scientiam de continuo est deinfinito: & ideo accidit multotiēs cū diffinierimus continuū vti in eius diffinitione infinito: illud enim quod diuiditur in infinitum est continuum.

C Continuatio. Principium q̄ est primꝰ motor non potuit perscrutari niū post pscrutationē de motu. Idem 8. phy. 4. 5. & 6. c.

INcepit notificare causam propter quam contingit ei loqui in hoc libro de motu: & de rebus quæ sequuntur motum: quoniā cōsideratio eius est de natura: cuius diffinitio est principium motus & quietis: fuit necesse ei declarare secundum quot modos dicitur de materia & forma: sed primū principiū materiale quod est principium potuit declarare anteqū perscrutaretur de motu & accidētibus motus. principiū aūt qđ est primꝰ motor nō potuit perscrutari de eo niū post perscrutationē de motu: & incæpit hic declarare q̄ ex diffinitione naturæ apparet q̄ perscrutatio de motu est necessaria: & quia oportet naturalem perscrutari de vnaquaq; illarū partium acceptarū in diffinitione. Dixit: q̄ natura &c. ideſt & quia iam apparuit ex prædictis q̄ diffinitio naturæ est principium motus & quietis. ideſt & trāsmutationis: & nō transmutationis: & intendimus in hoc libro perscrutari de natura: cum intentio huius libri sit loqui de rebus communibus omnibus rebus naturalibus: & iam locuti sumus de primo principio qđ est quasi materia omnium rerum naturalium: oportet nos igitur loqui de motu quid sit: & cum determinauerimus, ideſt diffinierimus motum determinabimus post vnumquodq; eorum quæ accipiuntur in diffinitione motus & quæ sequuntur motum. Et cum dixit hoc incæpit dicere illa quæ ita se habēt ad vnūquodq; eorū quæ accipiuntur in diffinitione motus: & quæ sequūtur motū: & eū dixit hoc incepit dicere illa quæ ita se habēt ad motū. & dixit. & existimatur &c. i. vtū diuiditur in diuisibilia semp, aut in aliqua diuisibilia. Deinde incæpit narrare etiam qđ cōsideratio de cōtinuo exigit etiā cōsiderationē de infinito: & dicit & primū eorū &c. i. & primū eorū q̄ apparēt ex cōsideratione de cōtinuo est cōsiderare de infinito. Deinde dedit causam in hoc: & dixit & ideo

& ideo accidit multotiens &c. i. quia infinitū cōtingit cōtinuo: aut est differētia eius: accidit multotiēs q̄ cū diffinierimꝰ cōtinuū accipere in sua diffinitiōe infinitū. cōtinuū em est illud qđ diuidit in infinitū. Deinde induxit testimoniū sup hoc & dixit: q̄ a em diuidit in infinitū est cōtinuū. i. & diximus q̄ diffinitio cōtinui est illud qđ diuidit in infinitū: qa illud q̄ diuidit in infinitū est infinitū: qđ em prædicatur secū dū quid qñ cōuertit est diffinitio. Et dixit, vt mihi videt accidit multotiēs q̄ ista diffinitio cōtinui apud dicētes ipm cōponi ex partib⁹ indiuisibilibus nō est cōcessa: dicētes em q̄ cōtinuū cōponit ex partib⁹ indiuisibilib⁹ nō cōcedōt hāc diffinitionē. Et. i. d. & ideo accidit pluribus eorū qui vtunt diffinitione cōtinui: accipere in diffinitione eius infinitum. Et forte dixit hoc: quia continuum potest habere aliam diffinitionem vt in qua dicitur. cōtinuum est illud in cuius medio potest poni terminus communis duabus partibus.

D a Continuum diuiditur in infinitū. idē infra. 31. com. & quæ ibi. idē. 3. phy. t. c. 69. idē in p̄dicamēt. c. de q̄ritate.

Adhuc autem sine loco: & vacuo; & tēpore: impossibile est esse motum manifestum igitur est quod & propter hoc: & propter id: quod omnia sunt communia: & vniuersaliter hoc oīb⁹ intendendum prærargumentātibus de vnoquoq; istorum: posterior autem de proprijs speculatio ea quæ de cōmunibus est.

E Speculatio de proprijs posterior ea quæ de cōmunib⁹ est.

Et cum hoc impossibile est vt motus sit, si locus & tempus non fuerit. manifestum est igitur quod propter hoc: & propter hoc quod ista sunt communia omnib⁹: opottet perscrutari de vnoquoq; eorum: consideratio enim de proprijs est post considerationem de rebus communibus.

F

Cum declarauimus qđ ex differētia naturæ apparebit q̄ oportet naturalē perscrutari de motu & cōsequētibus motū. & dixit: q̄ illorū q̄ sequunt motū quæ sunt propinqua substātiæ eius est cōtinuū: & quod infinitū sequit cōtinuū incæpit dicere etiā: qñ quia locus & tēpus sequuntur motū in rei veritate & vacuū: & dicūt quidā naturales, oportet etiā cōsiderare de istis tribus cū cōsideratione de illis tribus prædictis. Et dixit. & manifestū est igitur &c. i. manifestū est igitur qđ ex hoc qđ diximus qđ ista apparēt in diffinitione naturæ: & quia etiā ista sunt cōmunia omnibus rebus naturalibus: oportet nos in hoc libro loqui de istis rebus: cum iste liber sit primus liber in quo loquitur de rebus naturalibus de cōmuni oportet loqui priꝰ quā de proprio. & ideo fuit necesse loqui de istis rebus in hoc libro. Et hinc expressit suā intentionē in hoc libro: & illa quæ sunt substātia istius cōsideratio nis: & sunt causę cōes & accidētia cōia q̄ apparēt ex diffinitiōe naturę.

2 Oportet prius loqui de cōi quā de proprio. idē. pioqo suo super. 1 G phy. & ibi. dē. cō. 27. & tex. idē. 2 H de aīa. com. 30. & ibi. c. 1. idē. 1. de partib⁹ aīalium. c. 1. & 2. de generatiōe & corruptione. i. cō. 51.

Primū aūt sicut diximꝰ de motu: est igit aliqd q̄ endelechia tātū est: aliud aūt potētia: & eorū q̄ sunt actu hoc quidē hoc aliquid: aliud vero quantum: aliud vero quale: vel aliquod aliorū entis prædicamentorū: sed & eius qđ ad aliquid: aliquid quidē secundū superabundantiā & defectum dicitur: aliud autem secundū actiuū & passiuum; & oīno motiuum & mobile: motiuum

b idē supra. c. 1. quę ibi.

tiuū eñ motiuū mobilis est: & mobile amotiuo est mobile.

Et incipiem⁹ sicut dixim⁹ de motu: & dicam⁹ ꝙ rerū quæ dā sant in pfectiõe: & quædā in potentia: & istorū quoddā demonstrat esse hoc & quoddā demonstratur esse huius quātitatis: & quoddā demonstrat esse huius dispositiõis: aut attribuit hoc modo alicui aliorū prædicamentorū entis: relationis quæ dā dicunt secundū magis & minus: & quædā secundū agens & patiẽs: & vniuersaliter secundū mouens & motū: mouens enim est mouens motum: & motum est motum a mouente.

a Mot⁹ est actio motoris in moto: & nõ habet esse nisi in moto. Idem 3.ph.c.3. & 8.phy.c.4. idē infra in L

Cum voluit diffinire motū: incepit de illis quæ ita se habẽt ad id qđ vult diffinire quasi propositiones: & incepit primo diuidere ens secundum actum & potentiã: & sunt duo genera extra quæ non potest mot⁹ esse: aut non esse mediũ inter illa: deinde posuit secũdam propositionẽ & est. quod entia diuiduntur in decem prædicamẽta: ad hoc quod vult etiam declarare quod motus inuenitur in quatuor eorum tantũ. Deinde posuit tertiam propositionem: & est quod prædicamentum relationis quandoq; relatio in eo est secundũ magis & minus: vt duplũ & dimidiũ: & multũ & paucũ: & qñq; est relatio in eo secundũ agens & patiens: quẽadmodũ eñ duplũ dicitur in respectu dimidij: & dimidiũ in respectu duplici. Similiter agens dicit in respectu patiẽtis: & patiens in respectu agẽtis. Et induxit hoc ad declarandũ qđ motus a est actio motoris in moto: & quod non habet esse nisi in moto: & ideo accepit rem motam quasi differentiam motus. D.d. & quoddã demonstratur esse hoc. i. indiuiduũ substantiæ: quoddã huius quãtitatis. id est indiuiduum quãtitatis: & quoddam huius dispositionis. i. indiuiduum qualitatis. D.d. secundũ magis & minus. i. relatiuũ quod in quantitate. D.d. agens & patiens: & intendit relatiuum quod inuenitur in prædicamento agere & pati. Et dixit: & vniuersaliter secũdum mouẽs & motum: quia mouens & motum sunt priora quã agens & patiens: cum omne agens sit mouens & non conuertitur.

b Mouens & motũ sũt pfectiora ꝙm agens & patiens: cum omne agẽs sit mouens & non ecõtra. idem. 1. de ghatiõe. t.cõ. 45. & 12. met. cõ. 23.

Non est aũt: motus pręter res: mutat eñ semp id qđ mutat: aut secundũ subiectũ: aut secundũ qualitatẽ: aut secundũ quãtitatẽ: aut secundũ locũ. Cõe autẽ in his nullũ est accipere sicut dixim⁹: quod neq; hoc neq; quãtum: neq; quale sit: neq; aliorũ p̃dicamẽtorũ nullũ: ẽre neq; mot⁹ neq; mutatio nulli⁹ est extra ea quæ dicta sunt: eũ nihil sit extra p̃dicta. Et non est motus extra ipsas res: transmutatũ c eñ semp transmutat: aut in substãtia: aut in quãto: aut in qualitate: aut in loco: & nihil inuenit aliud eõe istis: quasi dicat quod nõ est ita: neq; vnũ aliorum prædicamentorum. vnde necesse est quod nõ est motus: neque transmutatio omnino alicuius, nisi istorum quæ diximus.

N c Mot⁹ secundũ substãtiã: quãtitatẽ: qualitatẽ & vbi.

Et nõ est. Hoc etiã est quartũ fundamentũ ad hoc qđ vult de diffinitiõe mot⁹: & est qđ mot⁹ inuenit in plurib⁹ vno prędicamẽto. Et dixit. & nõ est mot⁹ & c.i. & nõ inuenit motus extra decẽ prædicamẽta: quoniã

O

quoniã trãsmutatũ semper trãsmutatur: aut in prædicamẽto substãtię: aut quãtitatis: aut qualitatis: aut vbi: aut in alio prædicamẽto, & trãsmutatio nõ inuenitur nisi in trãsmutato: ex quo sequit vt motus sit in pluribus vno prædicamento. Et iste sumo cõponitur sic, motus est mo, & motũ est in pluribus vno prædicamẽto, ergo motus est in pluribus vno prædicamento, & nihil inuenitur &c. id est, impossibile est inuenire aliquid vnũ cõmune istis prædicamẽtis in quibus inuenitur motus. V.g. aliquod cõmune istis quatuor qđ nõ sit vnũ eorũ neq; aliorũ prædicamẽtorũ: ex quo sequitur vt motus sit in alia natura a prędicamẽtis: ũ dicatur vniuoce. Et intẽdebat declarare qñ quia motus non dicitur vniuoce: ideo nõ habet diffinitionem dicãm vniuoce: sed secundam prius & posterius: sed tamẽ talẽs diffinitiones intrant in aribus demõstratiuis. Et d quæritur de hoc qđ dixit hic: qđ motus nõ inuenitur in vno prædicamẽto, & dictũ est in libro de prædicamẽtis: ipsum esse in prædicamẽto passionis, & secũdũ hoc aut nõ debemus cõputare prædicamẽtum passionis: aut nõ debemus dicere ipsum inueniri in pluribus vno prædicamẽto, Ad hoc autẽ dicamus: quoniã motus a secũdũ qđ nõ differt a perfectione ad quã vadit nisi secũdũ magis & minus: necesse est vt sit de genere illius perfectionis, motus eñ b nihil aliud est quã generatio partis post aliã illius perfectionis: ad quã intẽdit motus donec perficiatur & sit in actu. Vnde necesse est vt motus qui est in substãtia inueniatur in genere substãtiæ, & motus qui est in quãtitate in genere q̃titatis, & similiter qui est in vbi & qualitate, secũdũ autẽ qđ est via ad perfectionẽ quæ est alia ab ipsa perfectione: necesse est vt sit genus per se, via eñ ad rẽ est aliud ab ipsa re, & secũdũ hoc fuit posituũ prædicamẽtũ per se, & iste modus est famosior: ille autẽ est verior, & ideo Arist. induxit illũ modũ famosum in prædicamentis, & istum modum verum in hoc libro.

d Digressio qua quęrit vtrũ motus sit ſ plu ribus: prędicamentis.

Vnũquodq; aũt dupliciter inest oſb⁹: vt hoc: aliud qdã eñ forma ipsius: aliud vero priuatio. Et secũdũ qualitatẽ: hoc quidẽ eñ albũ: illud aũt nigrũ. Et secũdũ quãtitatẽ: aliud quidẽ perfectũ: aliud vero imperfectũ. Similiter aũt & secũm loci mutatio nẽ hoc qdẽ sursum: illud vero deorsũ: aut aliud qdẽ graue: aliud vero leue: quare mot⁹ & mutatiõis tot sunt spẽs quot & entis.

a Mot⁹ nõ differt a perfectione ad quã vadit nisi secũdum P magis & minus, & ideo necesse ẽ vt sit de genere illius perQ. fectiõis. Idẽ 5. phyſi. cõ. 9. &. 17.

b Mot⁹ nihil aliud est quã generatio partis post aliam illius perfectiõis ad ꝙm intẽdit motus donec ꝙficiat & sit in actu. Sed oppositum 5

Et vnũquodq; istorũ oſm est duobus modis. V.g. qñ illud ꝙ demõstratur esse hoc demõstrat per formã, & demonstrat per priuationẽ. Et similiter in qualitate: aliquid eñ est albũ, & aliqđ nigrũ. Et similiter in ꝙtate: aliqđ est pfectũ & aliqđ diminutũ. In trãslatione aliqđ est superi⁹ & aliqđ est inferi⁹: aliud leue & aliqđ graue: vnde necesse est vt tot sint species motus trãsmutatiõis quot sunt species entis.

Et vnũquodq;. Cõ posuit ꝙ diffinitio mot⁹ est ambigua: ꝙa inuenit in pluribus prædicamẽtis vnotincepit declarare etiã qđ nõ, ꝓpter hoc solũ est motus talis: sed & qa mot⁹ inuenit in vnoquoq; generũ motus in duo: vnũ nobilius & aliud vilius, motus eñ qui est in eodem genere

1 4 de

Universidad de Deusto
Biblioteca

videtur] dicere. 4. ph. cō. 24. vide cōsimile in cui hoc. 5. phy. cō. 57.

de viliori oppositorū ad nobilius est nobilior. & qui est a cōtrario est vilior: vt mor⁹ de nō esse in esse, & de esse in nō esse. Et dixit, & vnūquodq; istorū &c. id est, & vnusquisq; quatuor motuū inuentī in eodē prædicamēto duobus modis: quoniā trāsmutatiū in substātia: cuius mutatio est cōpleta: quādoq; demōstratur in esse, id est, in forma & qñ demōstratur in priuatiōe formæ: motus em̄ in cuius fine demonstratur qd̄ motū habet formā dicitur generatio, & in quo priuatur forma dicit̄ corruptio, & similiter in fine trāsmutatiōis in qualitate: quādoq; demōstratur secūdū qd̄ est albū, & quā doq; secūdū qd̄ est nigrū, & similiter in quātitate: quādoq; secūdū qd̄ est diminutū: & quādoq; secūdū qd̄ est perfectū, & similiter in trāsmutatione: quādoq; finis trāsmutationis est esse superius, & quādoq; est inferius. D. d. & aliquod leue, & aliquod graue, forte est exēplū de motu in vbi, id est, qd̄ mouetur in loco quādoq; mouetur ad hoc vt sit leue etiā in actu, id est, ascēdens super illa corpora, & quādoq; vt sit graue in actu, id est, vt sit sub aliis corporibus. Et forte est exēplū de generatione & corruptione. Elementa em̄ trāsmutātur de grauitate in leuitatē. & de leuitate in grauitatē. D. d. necesse est igitur ex hoc &c. id est, necesse est igitur ex hoc qd̄ diximus vt species vltimæ motus sint tot quot sunt species rerū motarum, & sunt octo: vt hic apparebit: duæ scilicet in vnoquoq; prædicamēto: vtrum autē inueniatur motus in alio prædicamento ab istis quatuor perscrutabitur in quinto.

Prima expositio.

Secunda.

3. phy. tex. cō. 10.

Cap. 2.

A

Motus est actus entis in potentia secūdū qd̄ in potentia idē infra. 5. cō. 7. 9. & 10. & 16. & 23.

Diuisio autē secūdū vnūquodq; genus hoc quidē esse endelechia aliud autē potētia in potētia exilitētis endelechia secūm qd̄ huiusmodi est motus est: vt alterabilis quidē inquātū est alterabile: alteratio est augmētabilis autē & oppositi: nullū em̄ cōmune nomē vtriusq; augmētū & decremētū: generabilis autē & corruptibilis gñatio & corruptio: loco mutabilis loci mutatio.

Et cūvnū quodq; istorū generū diuidatur in illud qd̄ est actu & illud qd̄ est potētia, tūc motus erit perfectio eius qd̄ est in potētia secūdū qd̄ est tale. V. g. qm̄ perfectio alterati quādo alteratur est alteratio, & perfectio augmēti & sui oppositi, & est diminuti, & habēt vnū nomē cōmune ambobus qd̄ est augmentum & diminutio, & perfectio generati & corrupti est generatio & corruptio, & perfectio translati est translatio.

6

Idē. 4. met. cō. 28.

Documentum.

B

Et cū vnūquodq; Cū numerauit illa quæ debēt præcedere hoc qd̄ dicit de diffinitione motus: incepit diffinire eū & dixit, & cū vnūquodq; Q. & c. id est, cū vnūquodq; generū motus diuidatur in potētiā & actū: qm̄ vnūquodq; eorū quādoq; est in potētia quādoq; est in actu, & manifestū est qd̄ motus est perfectio rei motæ: ergo manifestū est si nō fuerit perfectio eius secūdū qd̄ est in actu necessario erit perfectio eius secūdū qd̄ est in potētia. Et addidit in diffinitione secūdū qd̄ est in potētia: q̄a omne motū secūdū qd̄ est in actu & habet potētiā, habet duas perfectiones, perfectionē scilicet in actu nō secūdū qd̄ est motū, perfectionē secūdū qd̄ est in potētia quæ dicitur motus. Deinde incepit demon

2

demōstrare cōuenientiā istius diffinitionis vnicuiq; generū motuū, & dixit. V. g. qm̄ perfectio alterati &c. id est. V. g. qm̄ perfectio alterati secūdū qd̄ est in potētia est illud qd̄ dicitur alteratio, & perfectio augmēti & diminuti: secūdū qd̄ sunt in potētia est illud qd̄ dicitur augmēti & diminutio, & perfectio generati & corrupti secūdū qd̄ sunt in potētia est generatio & corruptio, & perfectio trāslati secūdū qd̄ est in potētia est illud qd̄ dicit̄ trāslatio. Et manifestum est qd̄ ista diffinitio motus est cōmunis motui nouo & æterno, & similiter etiā apparet ex hac diffinitione cōtinuatio motus: motus em̄ qñ quieuerit erit perfectio eius qd̄ est in actu: vnde videmus qd̄ motus augmēti & alterationis sūt plures motus. nō em̄ possumus dicere qd̄ augmētatū est motū vno motu de initio augmēti vsq; ad fin̄: apparet em̄ motus eius in tēpore sensibili, & similiter est dispositio in pluribus alterationibus, & impossibile est vt in toto tēpore augmēti sit motū & non cōprehēdat a sensu. Motus igitur augmēti de initio motus ad fin̄ cōponitur pluribus motibus & pluribus quietibus, in vno autē motu translati qui est de principio ad fin̄ nō interponitur quies, & ideo cōtinuatio est, manifestior in eo, & credimus hoc in augmēto & alteratione: quia videmus aliqua augeri per annū vno digito, & remotū est vt ille digitus diuidatur per omnes partes temporis illius anni: quoniam minimum tempus sensibile non habet ex eo partem sensibilem.

Digressio. Diffinitio. motus cō. C

munis. 2 motui nouo & antiquo.

Motus augmēti de initio D

tio mot⁹ ad finē cōponitur ex pluribus motib⁹ & ex pluribus quietibus. vide p hoc octauo phy. cō. 23.

Quod aūt hoc sit mot⁹ actu abhinc manifestū ē cū ædificabile inquātū huiusmodi ipsū dicimus esse actu secūdū q̄ ædificatur & est hæc ædificatio, similiter aūt & doctrinatio & medicatio, & saltatio, & adulescentia, & senectus.

Et declarabit̄ q̄ mot⁹ est hoc ex hoc q̄ narrabo. ædificatū em̄ nō dicit̄ ædificari in actu: nisi dū nos ædificam⁹, & hoc est ædificari, & similiter addiscere & medicari & labi & titubare.

7

Et declarabit dixit, & declarabitur qd̄ motus est perfectio rei potētis secūdū q̄ potest ex inductione trāsmutabilis. ædificatū em̄ nō dicitur esse ædificatū quādo cessat ab ædificatione: neq; quādo nōdū ædificatur: sed dum ædificatur, & illud est perfectio ædificati, & ædificatū est nō ædificatū nisi qd̄ habet potētiā, & similiter est de addiscente & medicinato & de ipso: dicimus enim in vnoquoq; istorū esse tale: dum habet illā speciē transmutationis secūdū qd̄ est in potētia. Cū igitur ædificatio est perfectio ædificati secūdū qd̄ est ædificatū, & similiter in aliis transmutationibus manifestū est quod motus est perfectio moti secundum quod est motum, & quia non est motum nisi secundū quod est in potentia: manifestum est quod motus est perfectio mori secundum quod est in potentia.

B

Mot⁹ est perfectio moti secūdū qd̄ est in potentia vide cō. 28. 4. met.

F

Quoniā aūt quædā eadē sūt potētia & actu q̄uis nō simul nō secūdū idē, sed vt calidū quidē potētia, frigidū aūt endelechia multa iā agunt & patiunt adinuicē. Omne em̄ est simul actiuū & passiuū: ergo & mouens physice mobile est: omne em̄ huiusmodi mouet cū mouet & ipsum. Videt quidē igit

15 qui

G quibusdam omne moueri mouens: sed de his quidem ex alijs manifestum quomodo se habent: est enim quoddam mouens tium & immobile.

Et quia videm⁹ aliqua eadē esse in potētia & in actu: sed nō insimul secūdū idē. V.g. calidū actu & frigidū potētia: sūt enī plura quæ agūt in inuicē, & patiūtur abinuicē. Omnia enī ista sunt ex eis quæ agūt insimul & patiuntur: vnde necesse est vt quicquid mouet naturaliter moueat. Et quidā existimauerunt quod omne cp mouet mouet: sed hoc declarabitur alio modo ab hoc: est enim aliquid quod mouet, & non mouetur.

Impossibile est vt idē secūdū idē & eodē modo: qm̄ impossibile est aliquid esse calidū in actu, & calidū in potētia secundō eūdem modū, sed idē in respectu eiusdē quandoq; est in potentia, quādoq; in actu. Verbi gratia quoniā aqua quādoq; est calida in actu: & quādoq; calida in potētia: in respectu aūt duorū est in potētia, & in actu scilicet in potētia respectu alterius, & in actu respectu reliqui, & similiter in respectu eiusdē est duobus modis. Verbi gratia, quoniā cibus est agēs in corpus secundū quod est panis in actu & patiēs ab ipso secundū qd̄ est corpus in potētia, necesse est igitur vt sint hic aliqua quæ mouēt se abinuicē & mouētur abinuicē, & qd̄ hæc duo sint vera, scilicet agere & pati inimutt sed in respectu duorū nō in respectu eiusdē. Deinde. d. necesse est igitur &c. id est, cū sint aliqua in quibus inuenitur potētia & actus insimul necesse est vt illud qd̄ mouet secundō hūc modum vt moueatur. Be intendebat quum dixit naturaliter: aliud quod mouet secundum quod est in potentia mouens. Deinde induxit, & quidam existimauerunt &c. id est, sine hac determinatione scilicet vt sit compositum de potentia & actu: sed non est verum: sed in fine a istius libri declarabitur quod hic est motor qui non mouetur omnino, quum in eo non sit aliqua potentia, & inuit Platonem.

Sed potentia existētia cū endelechia ens agat aut ipsum aut aliud inquantum mobile motus est. Dico autem hoc inquantum sic: est enim ens potētia statua: sed tamen non ārīs, endelechia & inquantū ens est motus: nō enim idem est hęri esse & potentia alicui mobili: quoniam si idem esset simpliciter, & secūdum rationē esset vtiq; ārīs inquantū est endelechia motus: non est autem idem quēadmodum dictum est.

Motus autē eius quod est in potētia est in eo quod est: quando illud quod est in perfectione agit: aut per se: aut per aliud se cūdum cp est motū: & intelligo per hoc quod dico secūdū cp est motū: hoc quod narrabo: cuprū, scilicet est in potētia idolū: sed perfectio cupri secundum quod est cuprum non est motus, quiditas enim cupri, & ipsum esse motum per aliquam potentiam non habet eandem intentionem: & si haberet eandem intentionem simpliciter: tunc etiam in definitione cupri esset motus: sed intentio eorum non est eadem.

Quū declarauit quod entia naturalia sunt in potētia & actu insimul aut in duob⁹ ēpibus in respectu eiusdē: aut in eodē tpe respectu duorū: aut eiusdē: sed duob⁹ modis: & qd̄ mot⁹ est in hoc gñe: incepit declare qd̄ mot⁹ est pfectio entis secundū qd̄ est in potētia: nō secundū qd̄ est in actu. Et dixit: motus aūt est &c. i. motus aūt est⁹ qd̄ est in potē tia. i. est⁹ qd̄ exit de potētia in actū inuenit in illo quod est in actu: & qm̄ illud qd̄ est in actu agit: & hoc est secundū qd̄ est motū: & nō secundū qd̄ est in actu. V.g. qm̄ cuprū est in actu cuprū: & in potentia idolū: & qd̄ est in actu, secundū qd̄ est cuprū nō est motus: qm̄ tūc qditas pfectio cupri in actu secundū qd̄ est cuprū nō est motus: qm̄ tūc qditas est⁹ esset in motu: sed actio cupri quæ est mot⁹ est actio ei⁹ secundū qd̄ est in potētia idolū: intēdit qm̄ quū potētia aliqd̄ fuerit aliud ab actu: & mot⁹ nō est pfectio res secundū qd̄ est in actu: necesse est vt sit perfectio ei⁹ secundū qd̄ est in potētia, & si motus esset pfectio actiōis, tunc quiditates rerū essent motus: sed motus nō est perfectio actiōis: & quia quiditas cupri quæ est perfectio eius in actu nō est quod habeat potentiam ad motū. qm̄ si hoc esset: tunc potentia & actus essent idem.

I 9 Entia naturalia sunt in potentia & actu simul altero trīū modorum.

L Si mot⁹ est perfectio actionis eē qditates rerū essent motus. Idē infra. com. sequenti.

Manifestū est aūt & in cōtrarijs posse qd̄ eē sanari: & posse laborare alterū est: & nāq; si laborare qd̄ & sanari idē esset: subiectum aūt & sanabile & infirmū: siue humiditas, siue sanguis, vnū & idē est: qm̄ aūt nō est idē quēadmodū neque color idē & visibile: possibile inquantū est possibile endelechia manifestū qd̄ sit motus. Si intērio eorū nō est eadē vt diximus: & hoc manifestum est in cōtrarijs: sanū in potētia: aliud est ab infirmo in potētia secundū illū sermonē debent habere eādem intentionē: subiectū enim eorū: & illud quod sanat & infirmatur: siue sit humor: aut sanguis, est idem: & quum hoc non sit idē sicut color & visibile nō sunt idē: manifestū est quod perfectio ei⁹ quod potest aliquid secundū quod pōt illud est motus.

Si posse sanari & posse egrotare essent idem sanitas & egritudo essent idem. 10

M a Potentie rerū cōtrariarum sunt contrarie. Cōtra primo ce. com. 119. &. 121.

Et intentio actus cum potentia in re demonstrata non est eadem: & si subiectū sit idem: & hoc est manifestū in contrarijs. subiectum enim est idem & sunt in maxima diuersitate. Verbi gratia, quoniam hoc demonstratum est esse in potentia: sanum est aliud a dicere ipsum esse in potētia infirmū: & si duo diuersa essent idē: propter hoc qd̄ subiectum eorū est idē: cōtingeret vt potētia ad infirmitatē esset eadē cū potentia ad sanitatē: & si hoc esset tunc sanitas & infirmitas essent eadem: quoniam potentie rerum contrariarū sunt contrarie. Deinde dixit. & secundum illū sermonē &c. i. & esset necesse vt si aliqua duo essent idē quia subiectū est idē. i. quod aliqd esse sanū in potētia & infirmū in potentia essent idē: quia subiectum sanitatis & infirmitatis est idem. Verbi gratia. Humor aut sanguis &c. quum aliquid esse in actu & in potentia nō est idē: quia subiectū illius est idē sicut color & visibile nō sunt idē: & si subiectū sit idē: manifestū est cp pfectio ei⁹ quod pōt aliquid secundū quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod potest illud est motus: nō pfectio actiōis esset motus: tūc quidditas esset motum: & tunc quiditates ipsarum rerum esset motus vt dixit.

N Quod qdē igit̄ est hoc: & quod accidit tunc moueri quāndelechia: vel ipse & neq; pri⁹: neq; posteri⁹ ostēsum est. Contingit em̄ vnūquodq; opari qdē: aliq̄n aūt nō vt ædificabile: ædificabilis actus inquantum est ædificabile ædificatio est actus em̄ huius est ædificatio actꝰ aut domus: sed quāmdiu domus sit, nō ampliꝰ ædificabile est: ædificat aūt ædificabile. Necesse est ergo ædificationē esse actū: ædificatio aūt motus quidem est. at vtrum cadē conueniet ratio in alīs motib⁹. Et declaratū est quod intentio motus est hæc: & quod esse eius debet esse in pfectione illius: vtrūq; em̄ est impossibile. s. vt actus cadat, aliqua horum & nō cadat. V.g. ædificatū: perfectio em̄ ædificati secūdū quod est ædificatū est ædificatio. ædificatio enim est actio ædificantis aut domus: sed quāmdiu domus est: tunc nō est ædificatio: ergo necesse est vt ædificatio sit actio. ædificatio enim est aliquis motus: & iste sermo est conueniens in cæteris motibus.

II Et declaratum est quod diffinitio motus est ista, scilicet quod debuit esse in actiōe quæ est in potentia dum est actio: neq; ante neq; post. Deinde dixit. vtrumq; est impossibile &c. id est & hoc necesse est quod vtrūq; istorum est possibile in moto, scilicet vt actio sit in eo: in alia horā cadens: & vt non cadat in alia: & impossibile est vt in eo sit motus anteqū actio cadat ex eo. Verbi gratia. quoniā dicimus quod pfectio ædificati secundum quod est ædificatum est ædificatio quæ est motus ædificati non ante neq; post. ante autem impossibile est: quia nō habet actionem quæ est ædificatio: remanet igitur vt ædificatio sit: aut actio ædificati: aut actio eius quod iam ædificatum est. Verbi gratia, domus: sed domus nō est ædificatum neq; transmutatū: ergo necesse est vt ædificatio sit actio ædificati secundum quod est ædificatum, id est secundū quod est etiam in potentia ædificatum.

CAP. II.

Pythagoricorum sententia.

QVod autem bene dictum sit manifestū est ex quibus alīq; de ipso dicunt: vt ex eo quod non est facile diffinire aliter ipsum: neq; em̄ motū ponere in alio genere pōt vtiq; aliquis. Manifestū aūt intendentibus quā ad modū ponunt quidam ipsum alteritatē & inæqualitatē: & quod nō est dicendum esse motum: quorū nullum necessarium est moueri: nisi alterum sint neq; si inæqualia: neq; si non sint. Et declarabitur etiam hoc esse rectum, ex hoc quod alīq; dixerunt: & quia difficile est ipsum diffinire alio modo. impossibile enim est ponere motum & transmutationē in alio genere: & iste sermo est rectus.

Et hoc manifestum est ei qui considerauerit ipsum secundū quod

quod alīq; posuerunt ipsum: dixerūt enim quod motus est alietas & exitus ab æqualitate: & quod nō est: & nullum illorum necesse est moueri: neq; illud quod est aliud: neque illud quod est non æquale: neque illud quod non est.

DIcit. & declarabit etiā &c. i. & apparet etiā qd̄ hoc qd̄ dixi- 12
mus de diffinitiōe motus est rectū qū aliquis sciuerit quid alij dixerūt de illo: & qa sermo aduersarij nō est cōtradictorij⁹ verus. dixit. & quia difficile est &c. i. & qa impossibile est diffinire motū alio modo ab eo quo nos diffiniuimus ipsum: quia nullus pōt ponere motum sub alio genere ab eo sub quo nos posuerimus ipsum.

Et quum narrauit hoc: incepit declarare errorem aliorum: & dixit: & iste sermo est rectus &c. id est ei qui considerauerit diffinitionē quā alij diffinierūt: ipm quidā enim dixerunt ipsum esse alietatem: & quidā exitum ab æqualitate: & quidam ipsum esse non ens: sed nullō istorum est motus: quoniam si esset: tunc quod diceretur aliquod istorum esse: esset motum: si igitur motus esset alietas: tunc omne aliud esset motus: & si esset exitus ab æqualitate: tunc omnis exitus ab æqualitate esset motum: & est magis remotum vt sit non ens: quoniā non ens a nō transmutatur. Deinde dixit. & nullum istorum mouetur, id est & si aliquod istorum esset diffinitio motus: necesse esset quod quicquid dicere tur esse aliquod illorum ipsum habere motum. Et debes scire quod ista diffinitio nō est manifesta per se: sed tantū debet inueniri per aliquā viam earum in quibus inueniuntur huius generis diffinitiones: aut per viam diuisionis: aut per viam compositionis: diffinitiōes autem ignote naturaliter necesse est vt in elevatur quis syllogismo: aut in declarādo diffinitionē & diffinitū esse quando vtrūq; fuerit ignotum: aut in declarando quod diffinitio est diffiniti quando diffinitum fuerit manifestum per se: & diffinitio ignorata. Arist. igitur in declarando diffinitionē motus tribus, scilicet diuisione & inductione: & via accepta a contrario in qua declarauit quod si est impossibile vt perfectio quę est motus rei more sit secundum quod est in actu est perfectio eius secundum quod est in potentia: & est dissolutio quæstionis in illo loco.

a Non ens nō transmutatur. Idem pri. physi. com. 71. Et Q. te. com. 75. & 77. Documentum. Diffinitiones naturaliter ignote necesse ē vt in eis vtaē quis syllogismo &c. Idem. 2. de ala. com. 2.

Sed neque mutatio: neque in hoc: neque ex his magis est, cū ex oppositis. Causa etiam in hoc ponere quod indeterminatum quoddā videtur esse motus: alterius autem coordinatiōis principia ex eo quod sunt priuatiua indeterminata sunt: neque enim hoc, neque tale, neque vnum ipsorum: quia neque aliorum prædicamentorum. Et etiam transmutationem ire ab ista & fieri ab istis non est dignius quā fieri ab oppositis. Et causa propter quam posuerunt motum in istis intentionibus est: quoniam motus videtur non habere terminum apud quē cessat: & quod principia alterius partis quum sit in capitulo priuationis non habent diffinitionem: nullus enim eorum est demonstratum esse hoc: neque esse in hac dispositione; neque

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in alijs prædicamentis.

13 Dicit: & etiã &c.i. etiã dicere ꝙ transmutatio est de non ente ad ens non est dignius ꝙ dicere ipsum venire de ente ad ens. videmus enim etiam quod transmutatio venit de formã in formam: sicut venit de albedine in albedinem: ista igitur omnia sunt accidentia motus: non quod per ista substantia motus constituatur. Et quum destruxit diffinitiones quibus utebãtur in motu: incæpit narrare causam ꝓpter quã diffinitibi motũ istis diffinitionib⁹. & dixit. & causa &c.i. & cã propter quã illi diffiniebant motum istis diffinitionibus est: q ̃ mot⁹ quum sit de rebus manentib⁹: & ꝙ si haberet diffinitionẽ. cessaret & destrueret: &c. q.d. ꝙ motus videtur nõ habere terminũ apud quẽ cesset: ut innate sunt res permanere apud suas diffinitiones. Quã igitur existimauerũt ꝙ motus nõ habet diffinitionẽ: & qd̃ ista ꝙ sunt principia partis cõtrarie parti essentialis nõ habẽt diffinitionẽ. i. pars priuationis: existimauerũt ꝙ sequit ex hoc vt motus sit sub hac parte quæ est pars priuationis. Et potẽs illius sermonis est ex duabus affirmatiuis in secũda figura: & verꝫ propositio est falsa. mot⁹ enim habet diffinitionẽ vt declaratũ est: & priuationes etiã quodãmodo habẽt diffinitiones. Et intẽdit ꝓparẽt hoc qd̃

§ Priuatiões quodammodo habent diffinitiones.

pythagorici opinabant ꝙ principia rerũ diuidunt in duas partes cõtrarias: & ꝙ vna pars cõtinet magis illa opposita ꝙ sunt magis in capitulo priuatiõis: & alia pars cõtinet illa ꝙ sunt magis in capitulo habitus: & imponebant in vna parte decem. i. bonum & æquale: & par & vnũ & rectũ & lumen & masculum & motum: & rectum & quadratum: & opposita istorum in capitulo priuatiõis: & quia omnia apud istos sunt in altera istarum duarum partium: & motus non est in capitulo entis: ergo est in capitulo priuationis: quæ est non æquale & aliud.

Videri autem indeterminatum motum esse causa est: quia neꝫ in potentia eorum quæ sunt generum: neꝫ in actu est ponere ipsum: neꝫ enim possibile est quantitatem moueri ex necessitate: neꝫ quod actu quantum est.

Et causa in hoc existimauerunt qd̃ motus non habet diffinitionem est: quia impossibile est ipsum poni in potentia entium: aut in actione eorum simpliciter: qd̃ enim est in potentia aliquod quantum non est necesse ipsum moueri: neꝫ illud quod est aliquod quantum in actu.

14 Quum declarauit quod causa in hoc quod posuerunt motũ in principio capituli priuationis est: quia existimabant ipsum esse priuationẽ incæpit dare causam existimationis. Et dixit. & causa in hoc quod existimauerunt &c.i. quia impossibile est ponere quod genus eius est potentia simpliciter: aut actus simpliciter. nullus enim potest dicere in eo quod adhuc mouetur in potẽtia ipsum moueri in actu. Verbi gratia: quoniam illud quod est in potentia aliquod quantum: nondum mouetur in quanto: neꝫ illud quod est in actu etiam quantum mouetur: quia iam quieuit. & quum motus non est sub potentia simpliciter: nec sub actu simpliciter: & hæc duo sunt duæ partes entis. ergo nõ est in capitulo

Latuit antiquos actus medius inter potentiã & actum, con-

T

tulo entis sed in priuatione: & latuit eos actus medius inter potentiam & actum qui est perfectio potentiæ secundum quod est potentia. sic. 1. ph. c. 78.

Et motus quidem actus videtur esse: imperfectus aũt: causa autem est qm̃ imperfectum quod possibile cuius est actus. & propter hoc ergo difficile est ipsum accipere quid sit: aut enim in priuationem necesse est ponere ipsum: aut in potẽtiam: aut in actum simplicem: horum autem nullum videtur cõtingẽs: relinquitur autem igitur prædictus modus: actum quidẽ quendam esse. Sed huiusmodi actum qualem diximus difficilem quidem videre contingentem autem esse.

V & primo de aia. cõ. 43. Imperfectũ est qd̃ pole est.

Et existimatur ꝙ motus sit actio aliqua: sed actio imperfecta. & causa in hoc est: qm̃ illud quod est in potentia motum: & est illud cuius actio est motus: est non perfectum: & ideo scire quid sit, est difficile: necesse est enim ipsum poni aut in priuatione aut in potentia aut in actu simpliciter: & manifestũ est, qm̃ impossibile est ipm̃ poni in aliquo istorũ: remanet igitur modus quem posuimus: & ipsum esse est esse in actu, sed intelligere ipsum esse actum secundum modum quem narrauimus, est difficile, sed tamen possibile.

15 Quum declarauit causam ꝓpter quã antiqui posuerũt motũ sub genere priuationis: narrauit qd̃ mot⁹ est posit⁹ in actu nõ in priuatione: sed est actus nõ perfectus. vñ antiqui existimauerũt ipsum esse sub priuatione: qñ actus nõ perfectus sit, ꝓpinquus priuationi. D. d. qd̃ ẽm est in potẽtia &c. i. & causa in hoc qd̃ motus est actio non perfecta est: qm̃ illud cuius actio est motus: est non perfectũ: quia est in potentia: & quia est actus non ꝓfectus: ideo difficile scitur quid sit. Deinde inducit rõnem super hoc quod est actus non perfectus. & dixit. necesse est enim &c. i. sed apparet necessario ipsum esse actum non perfectum. necesse est enim ipsum poni sub priuatione: aut sub potẽtia: aut sub actu perfecto: sed non potest poni sub aliquo istorum: ergo remanet ipsum poni in actu non perfecto: & est actus potentiæ. D. d. sed intelligere &c. id est. sed ipsum intelligi actum est difficile: quia est imperfectus in se: difficile enim in a cognitione quandoꝙ est propter rem latentẽ: & hoc erit propter imperfectionem suæ naturæ. accidit igitur motui imperfectio propter communicationẽ eius cũ potẽtia: & ideo eius diffinitiuo latuit antiquos. sed licet sit difficilis: tamen est possibilis.

X a] Difficultas in cognitione qñdoꝙ cõtingit ꝓpter latẽtẽ. & Y hoc erit ꝓpter imperfectionẽ suæ naturæ.

Mouetur autem & mouens omne sicut dictum est, quum sit potentia mobile, & cuius immobilitas quies est, & cui enim motus inest huius immobilitas quies est adhuc. agere enim inquãtũ huiusmodi ipm̃ mouere est hoc aũt facit tactu: quare si mouet & patitur: vnde motus est actus mobilis inquãtũ est mobile. Et omne quod mouet naturaliter mouet vt diximus, cum in potentia fuerit mouens, & necessario eius à motu fuerit

ebile de te
pore habef.
4.ph. & de
numeris.c.
131. Et in
hoc.3.phy.
16
c.56. Et de
relatiõe.12.
met.c.21.
Vide amp'e
de hac mate
ria.2. met.
cõ.primo.

rit quies.cessatio eñ eius cuius est mot⁹ est quies ei.actio enim eius est versus hanc intentionem: & secũdũ cp est tale est move re: & facit hoc p cõtrariũ: ergo necesse est vt patiat cũ sua actione: & ideo etiã motus est perfectio moti secũdũ qd est motũ.

Dicit cp omne quod mouet mouetur &c.i. & quia motus rei est secundum quod est in potentia ideo omne quod mouet mouetur: quoniam in potentia fuerit mouens. s. mouens quandocp & quandocp non: tunc latio enim huius motoris de potentia in actum est transmutatio: & ipsi est proprium huic motori quod est cessatio a motu est quies: quia quies inuenitur in eo quod recipit motũ: & ideo exigit istam secũdam diffinitionem in eo: potentia enim & habitus sunt mouẽtis in potentia: quia aliquando mouent & aliquando non: sed non dicuntur quiescere quia non sint corpora. & dixit. & cessatio ei⁹ &c. & .q.d. & oñe quod mouet ex eis quæ mouent in potentia quando cessant a motu & cessatio eius fuerit vera quies: non mouet nisi moueatur: sed actio motoris non est moueri. illud enim quod agit motum secundum quod cessatio eius ab hac actione est quies: actio eius propria sibi secundum quod est mouens in actu est mouere non moueri: sed quia non agit hoc nisi perfectum cum sit corpus: ideo contingit et necessario moueri ab eo quod mouet: sed hoc non est secundum quod est mouens, id est, secundũ qđ est in actu: sed secundum quod est in potentia mouens & tale motus & motum sunt illa quorum materia est eadem. vt declaratum est in libro perigeneos: & ideo corpora celestia non mouẽtur ab illis quæ mouent. Et quũ notificauit hoc dixit. & ideo, motus &c. id est. & propter hoc quod diximus quod motor mouetur per accidens: ideo motus est perfectio moti per se. id est, secundum quod est motum nõ perfectio motoris. Et induxit hanc differentiam ad hoc quod diffiniat motum per istam aliam diffinitionem quæ est notior prima: sed prima demonstrat magis subiectum motus. ista enim diffinitio est materialis: prima autem est secundum formam.

Primo de
ğnitione &
cõruptiõe
2.cõ.43.
Documẽtũ

Z

Semp existi
mabit aliq
species mo
uens.

Accidit aũt hoc tacta motiuũ quare simul & patitur: species eñ semper existimabit aliqua mouens: aut eñ hæc aut qualis aut, & quanta: quæ erit principiũ & causa motus quũ mouet acta homo facit ex potentia existente homine hominem.

Et hoc semper accidit per cõtactũ motoris: & forma semp inducit illud quod mouet, aut ad hoc, aut ad hãc dispositionem aut ad hanc quantitatem: & est illud quod est principiũ & causa motus quãdo mouet. Verbi gratia, qñ homo qui est in perfectione facit hominem ex homine qui est in potentia.

17
Oppositũ
de qualitate
& quãtita-
te. vide. 7.
met. tex. cõ.
32.

Dicit: & mot⁹ fit in moto p cõtactũ motoris: & motor mouet p suã formã: & forma semp inducit illud qđ mouet. s. motũ ad illud ad qđ naturale inducit. si igit forma fuerit demõstrata simpr. in substãtia mobile ad substãtiã demõstratã: & si fuerit qualis mouebit ad qualitatẽ demõstratã: & si fuerit quanta mouebit ad quãtitatẽ demõstratã: & si habuerit naturã mouẽdi ad aliquẽ locũ mouebit ad illũ. D.d. & est illud qđ est principiũ. i. & illud qđ est in actu in motore per quod mouet: est illud per quod motor induxit illud quod est in potẽtia in actũ. Verbi gratia, quoniam homo qui est in actu facit. Verbi gratia, de sanguine menstruoso: qui est homo in potentia hominem in actu. Et inducit hoc ad declarandum cp motor a non mouet nisi secundum quod est in actu: & quod motum mouetur secundum quod est in potẽtia: & ideo si motor mouetur: per accidens non secundũ quod est motor. ergo motus est perfectio moti secundum quod est motum.

a Motor non mouet nisi secundũ qđ est i actu & motum mouet vt ẽ in potentia. Idem. 2. de aĩa. t. c. 54. &. 3. de aĩa. A cõ. 4. Et in 2. de gene. t. cõ. 53. Et. 9 me. t. cõ. 10 Idẽ. 8. phy. tex. cõ. 40. Idẽ est actũ motiui & mobilis.

Capitulum in quo manifestat quoddam dubium ex prædictis vtrum scilicet motus sit in mouente: aut in mobili. CAPVT III.

ET dubium aũt manifestũ est cp motus est in mobili. actũ eñ huiusmodi & ab hoc. motiui aũt actũ nõ alius est: oportet quidẽ eñ esse actũ vtriscp. motum quidem eñ in ipso posse: mouẽs aũt in ipso operari vel agere: sed est actiuũ mobilis: quare similiter vnus vtriscque actus sicut idem spacium est vnum ad duo: & duo ad vnũ & ascendentis & descendentis. hæc enim sunt quidem vnum: ratio autem non vna. similiter est & in mouente & in moto.

18
Quæstio. 1.
B
Actio agentis & passentis est vna i subiecto & C
duo in diffinitione: & sic est i motore & moto. Et vide i oĩb⁹ relatiuis oppoſitis.

Apparet igitur ex hoc illud in quo accidit quæstio: & est qñ mot⁹ est i moto: & est pfectio ei⁹ qđ est a motore: & actio motiui nihil aliud est cp hoc: debet eñ esse perfectio vtriusq; motor eñ. est motor ei⁹ quod põt ad motũ: & mouet secundũ quod agit: & ita se habet ad motũ sicut ages. actio igitur vtriusq; est eadẽ & eodẽ modo: quemadmodum idem spaciũ in respectu duorũ inter quæ est vnũ erit in respectu vnius est duo: & similiter ascẽdere & descẽdere: hęc eñ duo sunt idem: sed diffinitio eorum non est eodem: & eodẽ modo est de motore & moto.

ET cum sit manifestũ qđ motor agit per suã formã: & secũdũ qđ est in actu: & motum mouetur secũdũ qđ est in potẽtia: dissoluit quæstio in qua dicitur: vtrum motus sit in motore: aut in moto: et apparuit ex hoc ipsum esse in moto: & ipsum esse actum & perfectionem in motore: & impossibile est vt hoc sit aliter: necesse est enim vt motus sit eadem perfectio vtriusq;. s. motoris & moti: & non qđ mouẽs sit aliud a moueri omnibus modis. s. aliqđ existẽs in essentia motoris: quẽadmodũ mot⁹ est in essentia mot. actio eñ motoris q est mouere est ei⁹nõ in eo. & hoc intẽdebat cũ dixit: motor eñ &c. i. actio eñ motoris est facere motũ in aliũ. D.d. & ita habet se ad motũ sicut ages ad patiens. s. qñ sicut actio agẽtis & patientis est vna in subiecto & duo in diffinitione sic est de motore & moto: & vbi in oĩbus relatiuis oppositis: quẽadmodũ essi idẽ, spaciũ a sursum ad deorsum: qñ accipiẽ secũdũ qđ est ppor tio inter duo erũt idẽ: & qñ accipiẽ secũdũ qđ illa duo sunt oppositæ erũt duo: vnũ eñ dicit superi⁹ & alterũ inferius: & hic duo sunt opposita: & sic idẽ motus per illud spaciũ dicit in respectu inferioris descensus: pportio eñ est eadẽ & illa duo quę sunt subiẽtia pportionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt diuersa secundum diffinitionem. Et dicit: quoniam quemadmodum idem spacium & æ.id est, quemadmodum spacium inter duo loca diuersa. Verbi gratia, superius quãdo accipitur secundũ quod est proportio inter duo erit vnum: & quando accipitur secundum quod illa duo sunt diuersa erit duo. D.d.& in respectu vnius est duo, id est, & quã accipitur secundum respectum vnius ad duo erit duo: proportio enim primi ad secundum est alia a proportione secundi ad primum. proportio enim inter vnum & duo est eadem secundum quod est inter duo: & est duæ secundum quod est proportio vnius ad duo quod est dimidia: & est alia a proportione duorum ad vnum quæ est dupla: & similiter ascensus & descensus sunt idem secũdũ quod sunt motus inter duo & sunt duo: quoniam in respectu superioris dicitur ascẽsus: & in respectu inferioris dicitur descensus: diffinitio tamen non est eadem ascensus & descensus: licet ambo sint idem secundum subiectum: & secũdum hoc est de motore & moto: quoniam actio facta inter illa est eadem: sed in respectu alterius dicitur mouere: & in respectu reliqui dicitur moueri. D & sunt valde oppositi.

Habet autem defectum rationalem: necesse enim est fortasse sit quendam actum esse actiui & passiui: hinc quidem enim actio: illinc autem passio: opus enim & finis huiusmodi quidem actio illius autem passio. Quoniam igitur vtraque sunt motus: si quidem alteri in aliquo sunt: aut enim vtraq; in moto: & patiente sunt: aut in agente sunt vtraq;: aut actio quidem in agente: passio autem in patiente est: si autem oportet & hãc actionem vocare: æquiuoce vtiq; fuit: sed si hoc est in mouente motus erit: eadẽ enim ratio est in mouente & in moto: quare aut omne mouens mouebitur: aut habens motum non mouebitur. Si autem vtraque in moto sunt & in patiente: & actio & passio: & doctio & doctrina cum duo sint in addiscente: primum quidem actus vniuscuiusq; nõ in vnoquoq; erit: posterius & inconueniens est per duos motus simul moueri: quædam namq; erunt alterationes duæ vnius: & in vnam speciem: sed impossibile est. Sed si vnus erit actus: sed irrationabile erit: & duorum & alterorum secundum speciem eundem: & vnum esse actum & est siquidem doctio & doctrina idem & passio & actio & docere cum addiscere idem & agere cũ pati: quare necesse est omnem docentem addiscere: & agentem pati.

E Passio est motus. Idem 2. de aia. t. 6. 139.

Et in hoc est locus quæstionis logicæ: qm̃ forte de necessitate agentis: & actũ habent aliquã actionẽ: quæ dicitur agere: et hoc dicitur agi: & erit actio ipsa operatio: & perfectio: illius actus est actio: illius vero est passio: si igitur ambo sunt motus: & sunt diuersi: in quo igitur sunt: qm̃ aut ambo sunt in eo qd patit: aut in eo quod agit: & trãsmutat: aut agere est in eo qd agit: & agi in eo quod patitur: & si est necesse vt passio etiã dicatur actio: sunt æquiuoca. Si igitur sit secundum hoc: motus erit in eo quod mouet: eadem enim ratio dicitur in eo qđ mouet & mouetur: & sic aut omne quod mouet: mouetur: aut habet motum & non mouetur: si igitur ambo sunt in eo qđ mouetur & patitur scilicet agere & agi: & in addiscente erunt ambo scilicet docere & addiscere: primo autem actio alterius erit in vtroq;: deinde inopinabile est vt moueat duob9 motib9 insimul: impossẽ em̃ est vt due alterationes vni9 rei ducãt ad vnã formã: si igitur aliquis dixerit immo est possibile: dicemus necesse est vt actio sit vna & impossibile est vt actio duorũ diuersorũ secundum formã sit eadem & necesse est si doctrina & disciplina sint idem sicut actio & passio sunt idem: vt docere & addiscere sint idẽ: & agere & pati similiter & sic docens necessario erit addiscens: & omne agens necesse est vt patiatur.

stēntium in actu quæ non sunt in subiecto. Deinde dixit. necesse est enim vt quodcunq; acceperis &c. i. quācunq; partem. Deinde induxit causam super hoc & dixit. quoniam si infinitum &c. i. qm̄ si infinitum fuerit substantia & nō dicitur in subiecto: tunc definitio eius quod dicitur infinitum & diffinitio infinitatis erunt eędem. ex quo sequitur necessario si fuerit diuisibile vt ponunt: vt diffinitio totius & partis sit eadem. para enim infiniti si diffinitio dispositionis & dispositi est eadem: necesse est etiam vt sit infinita. Diffinitio enim partium substātiarum cōsimilium partium: & diffinitio substantiæ sunt eadem. V. g. quoniam pars aeris est aer, & pars aquæ est aqua. D. d. & sic erunt plura &c. i. & cum pars infiniti est infinita erunt plura infinita: sed impossibile est vt infinita sit magis q̄ vnum. D. cōfirmauit hoc & dixit. quemadmodum. n. pars aeris est. &c. i. & simile necesse est vt pars infiniti sit etiam infinita secūm q̄ accidit substantiæ principio. D. d. erit igitur indiuisibile. i. & cum hoc impossibile contingit si fuerit diuisibile. ergo est indiuisibile: sed impossibile est vt aliquid qđ est in actu infinitū sit indiuisibile. qđ est infinitū necesse est vt sit aliquātum habēs quantitatem: & sic ponunt ipsum antiqui & cum posuit quod illud quod dicitur infinitum: necesse est vt sit quātum: incepit declarare quid sequitur ex hoc.

D Diffinitio partiū substātiarū cōsimiliū partiū, & diffinitio substātiæ sunt eadem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundumergo accidens est infinitum: sed si sic est dictum est quod non contingit ipsum dicere principiū: sed in illud cui accidit vt aerē aut partē: quare inconuenienter vtiq; enunciant idem dicentes: sicut pythagorici dicunt. simul enim substantiā faciunt infinitam & partiuntur.

Per accidens igitur est infinitum: si igitur est secundum hūc modum. Iam diximus quod impossibile est ipsum dici principium: sed principium est illud quod cui accidit: & est aeri aut pars: apparet igitur ꝙ iste sermo est inopinabilis: cū cōueniat ei quod dicunt pythagorici: dicentes enim ipsum ponunt infinitum substantiam: & cum hoc diuidunt ipsum.

38 Dicit. & cum infinitum est quātum vt ponunt: & scd'm ꝙ est in se tunc esse infinitum scd'm ꝙ est infinitum est per accidens: qm̄ sinum esse essentiale est scd'm qd' est quātum: & accidit in ꝑto: ꝙ fuit infinitum. D. p. si est igitur hoc modo &c. i. quia nihil dicitur principiū scd'm qd' accidit ei aliquid p accidēs. Et dixit vt mihi videt: iam diximus inuendo illud qd' prædixit: qm̄ si infinitum dicitur de illo qd' innatum est recipere finitatem neq; infinitatem: et fuerit elementum scd'm hunc modū necesse est vt elementum sit elementū per accidēs. potentia. n. illius sermonis & potētia istius quā phauit hic: & si posuerint ipm esse ꝑtum est eadem potētia: qm̄ si posuerit ipsum esse quātum: & nō fuerit omne quātum infinitū: tunc infinitū erit accidēs quāto: & nō erit in eo scd'm quod est quātum: & sic si ꝑtum ponatur elemētū scd'm qd' est infinitum: tunc elementum erit elemētū scd'm accidēs: & siue illud accidēs fuerit propinquum aut remotum. si aūt infinitū esset accidēs essentiale quibusdā speciebus quāti non cōtingeret eis ista redargutio. est enim aliquod elemētum scd'm accidēs qm̄ illud accidēs fuerit essentiale vt dicimus ꝙ ignis & aqua sunt elementa scd'm primas qualitates. D. d. apparet igitur &c. i. apparet igitur ꝙ iste sermo est improbabilis cū sit conueniens ei quod dicunt pythagorici. ponūt enim infinitum esse substantiam liberatam a quantitate. D. diuidunt illam.

B Sed fortassis hæc est vniuersalis quæstio magis si contigit infinitum & in mathematicis esse: & in intelligibilibus & in nullam habentibus magnitudinem. nos autem intēdimus & de sensibilibus: & de quibus facimus scientiam: vtrum in ipsis est: aut non est corpus infinitum in augmentum.

Sed perscrutatio: vtrū sit impossibile vt infinitum sit in ma thematicis & intellectis quæ non habent mensuram omnino sit perscrutatio vniuersalis. & perscrutatio nostra sit de illo qd' est in sensibilibus: & de illo quod continetur in hac arte: & est considerare vtrum in istis sit corpus infinitum in augmento aut non.

39 Cū destruxit vt infinitum sit substātia existēs per se denudata a quā dicato

litate: & ista perscrutatio non est propria huic scientie: sed est de mathematica. Dixit: sed perscrutatio &c. i. sed perscrutatio de vtrum inuenitur infinitum in intellectis aut in quantitate scd'm ꝙ est non in materia est scientiæ diuinæ, quæ perscrutatur de infinito in intellectis scd'm ꝙ considerat de intellectis scd'm ꝙ sunt intellecta scilicet scd'm ꝙ sunt abstracta a mensura: & perscrutatur de infinito in mensuris scd'm quod sunt abstracte a materia: & est principium quod ponit mathematicus. scilicet infinitum esse in tribus mensuris. possibile est enim apud ipsum lineā exire in infinitū: & similiter superficiē & corpus. naturalis vero per scrutat de infinito qd' accidit mēsuris secundum quod sunt in materia.

Et hoc intēdebat cū dixit: & pscrutatio nostra est de infinito &c. i. vtrū sit mēsura sensibilis infinita: & primo vtrū corpus sensibile infinitū sit: qm̄ si hoc fuerit: erit linea sensibilis infinita: & superficies sensibilis infinita: & ga ista scta cōsiderat de infinito ꝙ est in actu: & qd' est in potētia dixit: & ista scta cōtinet &c. & intēdit p augmentū additionē.

Rationaliter quidē igitur speculantibus ex hmōi videbitur nō vtiq; esse si enim corporis ratio qd planitie terminatū est; nō vtiq; erit corpus infinitum: neq; intelligibile: neq; sensibile.

Qui aūt cōsiderat de hoc cōsideratione logica: ex istis videt qd' nō est in eis: cum ratio corporis sit ipsum esse terminatū p superficiē: impossibile est igit vt aliquod corpus sit infinitū: neq; intelligibile neq; sensibile.

Cum declarauit ꝙ propria perscrutatio huius scientiæ est: vtrū sit hoc corpus sensibile infinitum in actu: incepit destruere hoc

Et dixit. hoc enim corpus quandoq; vtitur ipso secundum modum sermonum dialectice: & quādoq; secundum sermones disputatiuos. Et iste sermo componitur sic. Omne corpus continetur ab vna superficie aut a pluribus. Et omne quod continetur ab vna superficie aut pluribus est finitum. Ergo omne corpus est finitum: & hoc in prima figura. Et propositio dicens quod omne corpus cōtinetur ab vna superficie: aut a superficiebus: declaratur sic. Omne corpus est figuratum. Et omne figuratum aut est rotundum aut non ergo omne corpus aut est rotundū aut nō. Sed omne rotundū cōtinet ab vna superficie. Et non rotundū continetur a superficiebus finitis pluribus vna. Ergo omne corpus continetur ab vna superficie aut a superficie aut a superficiebus. Sed omne quod est tale est finitū ergo omne corpus est finitū. Sed qui cōcessit corpus infinitum esse: non concessit ipsum habere figuram. Et hoc videtur manifestum per se: omne enim corpus aut habet figuram sphericam aut non: & ideo si posuerim? hoc esse corpus infinitum: non erit verum dicere ipsum esse sphericū aut nō sphericū: sicut nō est verum dicere punctum esse sphericum aut nō sphericum. Deinde dicitur terminatum per superficiem id est terminatum per vnamquamq; superficierum aut rectam aut rectam.

At vero neq; numer? sic est: sicut separatus & infinit?. numerabile. n. numer? est aut hūs numerū: si ergo numerabile cōtinuum

Communes rationes.

Nō est corpus infinitū neq; intelligibile: neq; sensibile. Id 6 prim. dece. 35.

40 C

Oē corpus cōtinet ab vna superficie aut a H pluribus

Oē corpus est figuratum: sed oppositum vide de elemētis. 3. ce. cō. 67. & tex. Quod nūmerus non sit infinitus actu.

I

git numerare & trāsire vtiq; posibile erit infinitum. Neq; numerus etiam potest esse separatum & infinitū. numer⁹ enī & illud cuius est numerus est numeratum: si igitur numerari potest numerari: posibile est peruenire ad infinitum.

41 Cū declarauit vniuersaliter qđ infinitū nō est quātum continuū: incepit declarare etiam vniuersaliter qđ infinitū nō est quātū discretū. Verbi gratia numerus. Et dixit: neq; numerus &c. id est neq; etiā est posibile inuenire numerū in actu separatum a materia: aut non separatum esse infinitū: numerus enim & numeratū in actu est numeratum in actu: aut est posibile vt numeretur in actu scilicet vt perficiatur numerari: & cum posuerimus qđ omnis numerus est numerabilis: & omne numerabile posibile est vt numeretur: tunc cum posuerimus qđ innititur aliquis numerus infinitus: necesse erit vt infinitum numeretur qđ est imposibile: ergo non hic numerus infinitus. Et forte etiam ista propositio est de genere propositionum notarum per se scilicet q̄ omnis numerus est numeratus: & quod omne numeratum in potentia cū fuerit in actu: posibile est vt sit numeratum in actu: sed ista propositio est communis non essentialis: quod autem infinitum impossibile est vt sit numeratum in actu manifestum est per se.

Physice aūt magis cōsiderātib⁹ ex his manifestū erit: neq; eī cōpositū posibile est esse infinitū neq; simplex. cōpositū M qđē igit nō erit infinitū corpus: si finita sint elemēta multitudine: necesse est eī plura esse & æquare elemēta semp cōtraria: & nō est vnū eorū esse infinitū: si nāq; cp̄tumcūq; deficiat q̄ in vno quoq; corpore est potētia a potētia alteri⁹: vt si ignis finit⁹ sit: aer aūt infinitus. est autem æqualis ignis aeri equali potentia quātūcunque duplicatus: solum autē numerū habens: tunc manifestum est cp infinitum excellit & corrumpit finitum.

Qui autem posuit suā cōsiderationē magis naturalē ex istis declarabit: qm̄ impossibile est corpus infinitū esse: neque cōpositum neque simplex: compositū vero si elemēta fuerint finita in numero: necesse est enim vt contraria valeāt sibi semp. imo posibile igitur est vt vnū eorū sit infinitū: si potētia quæ est in aliquo illorū eorū fuerit diminuta a potentia q̄ est in alio corpore secundū aliquā quātitatē: & ignis, verbi gratia, fuerit finitus: & aer fuerit infinitus: & mensura ignis fuerit multiplex mensuræ aeris in potentia quacunque multiplicate: manifestū est quod infinitum excedet finitum & corrumpet ipsum.

42 Cum destruxit hoc per sermones dialecticos: incepit destruere hoc destructione propria scientiæ naturali: qui autem ponit suam considerationem magis propriam scientiæ naturali ex istis propositionibus declarabit. D. incepit dicere qđ impossibile est corpus infinitū esse cōpositū aut simplex, &, q. d. & signū eius qđ impossibile est corpus naturale

naturale esse infinitū: est, quoniā si fuerit: aut est cōpositū: aut simplex: sed nō est cōpositū neq; simplex, ergo corpus infinitū est. Deinde incepit declarare ipsum esse non cōpositum: & dixit, si igitur fuerint infinita numero &c. id est, & compositum infinitum necesse est vt sit infinitum: aut quia vnū elementorum ex quibus componitur: aut plura vno sunt infinita in magnitudine: aut quia elemēta ex quibus cōponitur fūt finita in magnitudine: sed infinita in numero. Deinde incepit destruere ipsum esse infinitū: quia vnū eorū est infinitū in magnitudine: deinde dixit, si igitur elemēta &c. id est, si cōpositū fuerit cōpositū ex elementis finitis. Verbi gratia, quinq; aut sex: & possibile est vt vnū eorū sit infinitū, id est, in magnitudine. Deinde induxit rationē super hoc & dixit: necesse est enim &c. & iste sermo est in prima figura sic. Elementa sunt cōtraria. Et cōtraria debent esse æquipotentia. Ergo elementa ex quibus cōponitur corpus cōpositū infinitū sunt æquipotētia. Sed æqui potentia impossibile est vt quædā sint finita: & quædam infinita. Ergo elementa quæ sunt in cōpositū impossibile est vt vnū eorū sit infinitū. N O

Contraria dicunt esse æquipotentia.

Deinde induxit rationē super hoc qđ elemēta sunt æquipotētia & dixit: quoniā si potentia &c. id est, quoniā si potētia contraria qua est in altero illorū elemētorū existente in magnitudine æquali alicui magnitudini alterius elemēti fuerit minor potētia existente in magnitudine æquali alterius elemēti: & debilior illa in quantitate terminata. Verbi gratia, qđ potētia in vna palma ignis fuerit dupla potentiæ quæ est in vna palma aeris: quoniā tunc si totus ignis fuerit finitus: & totus aer fuerit infinitus: cōtinget necessario vt aer corrūpat ignē: & sic elemētū finitum nō obseruabitur cum elemento infinito: quare mundus corrumpetur. Et posuit qđ potentia partis terminate elementi finiti est maior potentia partis æqualis illi ex infinito: quia potest aliquis dicere quod totū elementum infinitum nō corrumpet finitum: nisi posueri mus quod potentiæ duarū partium æqualiū in quantitate sint æquales in qualitate: & ideo dixit quod idem sequitur & si potentiæ partium æqualiū in quantitate sunt diuersæ in cōtrarietate, nō enim accidit vt quædā excedāt quādā nisi quātitate finita: cū sit manifestū per se quod quātomagis augmētatur quātitas corporis: tāto magis augmentabitur potētia eius: & cū corpus debile habuerit quātitatē infinitam necessario habet potentiā maiorē corporis finiti maioris. Et omnes iste propositiones sunt manifeste per sermōi propositio dicens elemēta esse cōtraria: & accepit illā: aut secūdū famositatem aut cōcessam quia declarabitur in hac scientia, & hoc est rectius, quia sic cōtradictio erit demōstratiua non disputatiua: & cum destruxit partē dicentē: compositū esse infinitum: quia vnum elementorum ex quibus componitur: aut plura vno sunt infinita in quantitate: reuersus est ad secūdam partem scilicet vt vnum eorum sit infinitum.

Est manifestū per se q̄ quantomagis augmentatur quātitas corporis: tāto magis augmentabitur potentia eius. P 2. de generā

Vnumquodq; autem infinitum impossibile est esse: corpus enim penitus habens dimensionem: infinitum autem interminate distans est causa: quare infinitum corpus vbiq; erit distans in infinitum.

Et impossibile etiam vt vnum quodq; eorum sit infinitum

ione & corruptione t. cō. 49. & 1. cō. 44.

corpus enim est illud quod habet dimēsionē ad omnes partes & infinitū est illud quod habet dimēsionē infinitā: ex quo sequitur vt corpus infinitū habeat dimēsionē infinitā ad omnes partes: & sic elementorum vnum infinitorū implebit totum: vbi igitur erunt reliqua.

43 Dicit & impossibile est etiā vt cōpositū sit infinitū: quia vnū quodq; elemētorū ex quibus cōponitur est infinitū: quādo corpus est illud quod habet dimēsionē in omnibus partibus: & infinitū est illud qđ habet dimensiones infinitas: ex quo sequitur vt corpus infinitū sit infinitus in omnibus partibus. Et hoc necesse: qm̄ cū aliquid fuerit cōpositū ex duobus: necesse est vt diffinitio illius cōpositi sit cōposita ex diffinitionibus illorū duorū. Verbi gratia, qm̄ quia diffinitio corporis est illud qđ extenditur ad omnes partes: & diffinitio infiniti est illud qđ nō habet finē ideo diffinitio corporis infiniti est illud qđ extenditur ad omnes partes in infinitum. Et iste locus est verus: & quia si vnū elementorū fuerit infinitū: impossibile erit vt cū ipso sit aliud elementū; finitū: nedū infinitum, dixit: & sic vnū elemētorū infinitorū &c. Et hoc qđ dicit manifestū est ex hoc qđ posuit qđ infinitū debet esse infinitū in omnibus tribus dimēsionib?: & sunt sex partes & hoc intendebat per omnes partes: & si nos poneremus qđ infinitū est infinitū in quadā parte: cōsequet infinitū esse maius infinito, possibile ēm esset ponere in parte in qua est infinitum: aliud corpus contiguum: & tunc congregatū ex duobus corporibus erit magis vno corpore: & vtrūq; est infinitū scilicet congregatum & ipsum infinitum quod est impossibile.

Quæ aliquid fuerit cōpositū ex duobus necesse est vt diffinitio illius cōpositi sit cōposita ex diffinitionibus illorū duorū, vide cōsimile. 2. de aia con. 158.

ex hoc patet contra modernos vnū infinitū nō esse maius alio alio mō: qa cum aliqđ corpus fuerit infinitū secundum quid statim erit infinitū simpliciter: sicut ex hoc loco colligitur, idem tacta.

At vero neq; vnū & simplex esse cōtingit infinitū corpus neq; sicut dicūt quidam etiam extra elementa esse: ex quo hæc generantur neq; simpliciter. Sunt enim quidā qui hoc faciunt infinitum: sed nō aerem: aut aquā: quatenus nō alia elementa corrūpantur ab infinito: habent enim adinuicē cōtrarietatem: quorū aer quidem humidus vel frigidus aqua vero frigida: ignis vero calidus: quorum si esset vnum infinitū: corrūperentur iam alia, nunc autem dicunt alterum esse ex quo hæc sunt.

Quod autē impossibile est quod infinitum sit vnū corpus simplex sic declarabitur, hoc enim non est possibile: neq; secundum dicentem ipsum esse aliquid extra elemēta: ex quo res generantur: neq; simpliciter. Quidam enim ponunt infinitū vt diximus: & nō ponunt ipsum aquā aut aerem: ne illud quod ponunt infinitū corrumpat alia. Sunt enim cōtraria adinuicē. Verbi gratia, quoniā aer est frigidus & aqua humida: & ignis calidus: & si aliquod istorum esset infinitū: tūc alia corrumperentur: nūc igitur dicūt hoc esse aliquid ex quo generātur ista.

44 Cum destruxit qđ corpus infinitū sit compositū: quia illa ex quibus cōponitur sunt infinita in magnitudine: incepit destruere antequā destrueret

destrueret secundam partē de composito infinito: & est illud quod est infinitum: quia partes eius sunt infinitæ in specie: incepit destruere corpus simplex esse infinitum. Et dixit: quod autē impossibile est &c. id est, ex hoc quod dicam: & quia hoc intelligitur duobus modis: aut quia illud corpus est extra quatuor elementa: & ex eo generantur elementa vt quidam dicunt: aut quia illud corpus est vnum elementorum quatuor: dixit: nō enim est possibile &c. id est, & impossibile est vt corpus infinitum esset siue secundum ponentes ipsum esse extra mundum siue supra, scilicet si quocunq; ponatur siue extra siue intra: siue; vnum elementorum siue aliud. Deinde narrauit causam propter quam quidam posuerunt ipsum extra elemēta & dixit, quidā enim ponunt infinitum &c. id est, in modo in quo potest plus cōseruari, scilicet vt sit extra elemēta & sermo eius in hoc manifestius est: quoniā manifestum est ista esse contraria, quare si vnū eorū erit infinitum: necessario corrumpentur reliqua: & ideo isti fugerunt in hoc quod sit vnū elementorum.

Impossibile autem est esse huiusmodi nō quia infinitū, de hoc enim cōmune quiddā dicendum est: & de omni similiter & igne & aqua & quolibet. Sed quia nō est huiusmodi corp? sensibile extra vocata elementa: omne namq; ex quo est, resoluitur in hoc: quare esset vtiq; hoc corpus extra aerem & ignē & terram & aquam, videtur autem nullum huiusmodi. R

Et impossibile est aliquid esse tale nedum vt sit infinitū: sed de hoc dicemus sermonē cōmunem omnibus eodem modo aeri & aquæ & aliis elementis: & impossibile est corpus simplex esse ex quo elemēta generātur: sed nos dicemus in hoc loco in destructione eius sermonem cōmunem contra eos qui ponunt ipsum aliud ab elementis: aut vnū eorū: q? nullū corpus est tale, omne enim ad illud ex quo fit, dissoluitur: quapropter necesse est hoc esse aliquid præter aerem & ignē & aquā & terram: sed non videmus aliud.

Cum premisit sermonem communē in destruendo corpus simpliciter esse tale: incepit primo destruere ipsum extra elementa. Et q? dixit: qđ nullum corpus est tale &c. id est, & impossibile est corpus infinitū esse aliud a quatuor elementis: & hoc intendebat cum dixit: tale: quoniam si hoc corpus esset aliud ab elementis quatuor ex quibus componeretur: tunc necesse esset cum corrumperentur vt viderentur sensu dissolui in illud: & hoc non videtur. Et hoc intendebat cum dixit: quapropter &c. id est, quapropter necesse esset hic esse aliam naturā in qua dissolueretur aer & ignis & aqua & terra: & cum destruxerit elemētū simplex esse extra quatuor elementa simpliciter nedum infinitum incepit destruere vnum elementorum esse infinitum. 45

tamē phoc primo cell cō. 39. quo modo corpus infinitū imaginari queat & q? modo non. Impossibile est esse aliud corp? extra elemēta. Idē. 2. de gener. text. cō. 3.

Neq; igitur ignem neq; aliorum elementorum nullum infinitū contingit esse aliquod: omnino enim & præter id quod infinitum sit aliquod ipsorum impossibile est esse: & si infinitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum sit: aut esse aut fieri vnum aliquod ipsorum, sicut Eraclitus dicit omnia aliquando fieri ignem.

Et impossibile est vt ignis aut aliquid elemẽtorũ sit infinitum: quoniã vniuersaliter si nos diximus ꝙ aliquod eorũ est infinitum impossibile erit vt omne totum fiat: & si sit finitum vnũ eorũ: vt dicit Eraclitus ꝙ omnia fiẽt in aliqua hora ignis.

46 Dicit & impossibile est vt vnũ elemẽtorũ sit infinitũ: quoniã illud elementũ vinceret totũ: & totus mũdus tũc conuerteretur in illud elementũ, vniuersaliter eñ est impossibile hoc: si nos dixerimus aliquod elementorũ esse infinitũ: nõ vt ponit Eracli. omnia esse finita: & opinatur qđ omnia reuertuntur in ignẽ. Et dixit hoc narrãdo qđ ista positio quæ sequitur si vnũ elementorũ fuerit infinitũ est impossibilis: si aliquis posuerit illã: nisi ponat qđ aliquod elementorũ est infinitũ, vt fecit Eraclitus, sed debes scire qđ ponẽs vnũ eorũ esse infinitũ contingit ei mundũ fuisse corruptũ necessario: ponens autẽ omnia esse finita: sed qđ in aliquo eorũ sit potentia excedens alias quæ exigit corruptionẽ aliorũ: vt Eraclitus dicit de igne: nõ cõtradicitur huic: sed declarabitur hoc cũ declarabit qđ impossibile est mũdũ corrũpi naturaliter.

T

Eadẽ autẽ ratio & de vno est & de alio ꝙ faciunt extra elemẽta physici: omne nãq; mutatur ex contrario in cõtrariũ: vt ex calido in frigidũ. Oportet autẽ de omni & ex his cõsiderare: si cõtingat aut nõ contingat corpus esse infinitũ sensibile.

Et hoc idẽ dicimus de vno vt naturales ponũt ipsum extra elemẽta, si igitur quodlibet trãsmutatur de cõtrario in cõtrariũ. Verbi gratia, de caliditate in frigiditatẽ: & ex istis oportet cõtingere i vno quoq; quatuor elemẽtorũ vtrũ possit vt sit aut nõ.

47

V

Cũ destruxit vnũ elemẽtorũ esse infinitũ: quia tũc corrũpet reliqua, omnes enim cõcedunt qđ elemẽta sunt cõtraria, incepit narrare eñ ꝙ istud impossibile contingit dicẽtibus ipsum esse extra elemẽta, scilicet hoc cõtingit dicentibus elementũ esse infinitũ: necesse est enim vt illud corpus exterinsecũ sit cõtrariũ elemẽtis secundũ qđ ponũt ꝙ ex eo generatur elemẽta: & si fuerit cõtrariũ infinitũ necessario corrumpet reliqua. Et dixit: & hoc idẽ &c. id est, & hoc impossibile cõtingens ponẽtibus elemẽtũ aliquod esse infinitum: continget similiter ponẽtibus vnum corpus esse extra elemẽta infinitũ: & cũ narrauit qđ idẽ cõtingit in hoc: incepit declarare hoc, & dixit: si igitur quodlibet transmutatur &c. id est, quoniã si vnũ trãsmutatur in elemẽta: & omne quod trãsmutatur de cõtrario in cõtrariũ: necesse est vt illud corpus vnũ sit cõtrariũ elemẽtis: quapropter si ponatur infinitum: contingit illud idem qđ cõtingit si vnum elementorum fuerit infinitum: & ipse expressit in hoc sermone maiorem propositionem & tacuit minorem: & cõclusionem.

Deinde dixit & ex istis rebus &c. id est, & ex considerationẽ de hoc qđ elementa sint contraria: oportet considerare de vnoquoq; eorum vtrum sit possibile vt sit finitum aut infinitum,

Quod

Quod autẽ omnino impossibile sit esse corpus infinitũ sensibile, ex his manifestũ est. aptum est enim natum omne sensibile alicubi esse & locus est aliquis vnius cuiusq; & idẽ est partis & omnis: vt totius terræ & vni⁹ glebe: & ignis: & scintille. Quare siq dẽ sit eiusdẽ speciei immobile erit aut semp mouebit: qđ etiã impossibile est: qđ eñ magis deorsum aut sursum aut aliquo dico aũt vt si gleba sit vbi ipsa mouebitur: & etiam vbi manebit. locus enim infinit⁹ erit sibi & cognati corporis: vtrũ igitur cõtinebit totũ locum aut quomodo: quæ igitur & vbi mãsio & motus ipsius: aut si vbiq; manebit: nõ ergo mouebitur: aut si vbique mouebitur non ergo stabit.

X

Quod autem impossibile est vniuersaliter corpus sensibile esse infinitũ ex his declarabit. omne enim corpus sensibile habet vbi: & vnũ quodq; habet aliquẽ locũ & vnus locus est loc⁹ partis & totius: & qñ locus totius terræ est locus vnius glebe: & locus totius ignis est locus scintille. Si igit infinitũ totum est vna species: erit immobile: aut cõpelletur semper: sed hoc est impossibile: descẽdere enim nõ est dignius ꝙ ascẽdere; aut ire ad alium partem: & intelligo vt si posuerint ipsam glebam: quo igitur mouebitur ista & vbi quiescit; locus eñ corporis qui est huius generis est infinitus vtrum igitur occupat totum locum: & quomodo erit hoc: quomodo quiescit & mouebit: & vbi erit: hoc autem est in omni loco quiescens & mota.

[idẽ est loc⁹ totius & partis. idẽ infra ti. com. 52.

Cum dixit proprie dicentibus infinitum esse corpus simplex extra elementa. & similiter dicentibus ipsum esse vnum elementorum: incepit cõtradicere eis communiter vt promisit: & proposuit ad hoc propositiones. quarum prima est: quod omne corpus sensibile habet vbi. secunda autem est quod vniuscuiusq; corporum sensibilium locus partis naturalis in quo quiescit & locus totius sunt idẽ numero. tertia vero est: quod omne corpus habet locum naturalem & locum non naturalem: & quod in naturali quiescit & extra ipsum mouetur ad ipsum. & excutit istam tertiam: quia sequitur ex secunda. Deinde fingit istis propositionem, id est corpus simplex esse infinitum: & induxit ad impossibile: infinitum enim habet vnum locum infinitum: quapropter si innatum est quiescere in illo vbi necesse est vt moueatur: quia nõ habet locum extra suum locum naturalem: sicut habent corpora simplicia quæ mouentur motu recto: aut mouebitur semper per suas partes: quod est impossibile. & iam enim posuim⁹ qđ pars naturaliter mouet secundũ qđ totũ: sed totũ nõ habet locum distinctũ naturaliter ab illo quod est extra naturam. ergo non habet motũ. ergo neq; pars habebit motũ: quia tunc nõ dignius mouebitur magis ad aliquã partẽ quam ad oppositam. Et hoc intendebat cum dixit. aut compelletur semp. id est mouebitur semper per suas partes naturaliter ad superius aut ad inferius:

48

ferius:sed descendere non est dignitas ꝯ ascendere:sed causa in hoc est quia non habet duo loca:scilicet locum naturalem & innaturalē. Vtrū hi gratia:quoniam si terra esset infinita:tunc gleba non haberet duo loca in quorum vno moueretur & in reliquo quiesceret.locus enim terre esset vnus quia est infinitus.et ideo dixit vtrum igitur occupet totum locum,id est vtrum igitur pars implet totum locum: & si non implet quomodo mouetur & quomodo quiescit:id est quomodo potest quis dare causam in motu partis illius corporis quādoq; & in quiete illius quandoque: & vbi quiescit & vbi mouetur: quod enim est tale habet duo loca:sed infinitum habet vnum locum.

Deinde dixit.aut est in omni loco &c.id est & ponens hoc necessario debet concedere hanc diuisionem:quoniam aut ponet quod locus quietis est alius a loco motus:aut quod locus quietis & motus est idē: ex quo sequitur quod in eodē loco quiescat & moueatur insimul: aut vt neq; quiescat neq; moueatur.

Et iste propositiones sunt verę in corporibus mobilibus motu recto:& in motibus qui sunt corporis ex se non ex extrinseco. a corpus autem cęleste quod non mouetur recte non continetur in hac declaratione:& ideo iste sermo non est communis simpliciter:sed secundum quod est notum in primo aspectu de natura corporum nondū est declaratum est vtrum sit hoc corpus habens naturam extra istam naturam:aut non. b & ideo iterat hanc quęstionem in cęlo & mundo illic enim erit sermo communis simpliciter. cum illic declarabit naturam specierum corporum simplicium. c Et ideo potest impugnari per corpus sensibile nō qualibet sensu:sed tactu. d corpus enī cęleste est sensibile visu.s.partes eius luminose:& est nō tāgibile omnino.

Declaratum est igitur ex hoc sermone vniuersaliter quod impossibile est corpus simplex tāgibile infinitū esse: siue sit elementum siue non.

Si autem dissimile est omne:dissimiles & loci sunt & primum quidē nō vnum corpus omnis est: sed aut in tangendo postea aut finita hæc erūt:aut infinita specie:& finita quidē nō esse possunt:erunt enim alia quidē finita: alia vero nō: si omne infinitū est vt ignis & aqua:corruptio enim huiusmodi in cōtrarijs esset;sicut dictum est prius: & ꝓpter hoc nullus vnum & infinitum ignem facit:neq; terram physiologorū; sed aut aquam aut aerem aut horum mediū: quia locus vniuscuiusq; manifestus erat determinatus: hic autē determinatur ad duas partes:sursum & deorsum:si autē & infinita & simplicia sunt & loci infiniti & erunt elementa infinita.si autem hoc impossibile est & loci finiti sunt:& totū finitū esse necesse est:impossibile nāq; est nō cōparere locū & corpus neq; eī locus ois maior est,ꝯ quātumcūq; contingit corpus esse:similiter autē neq; infinitū erit corpus: neq; corpus maius est quā locus:aut enim vacuū est aliquod aut corpus nusquā aptum natum est esse.

y

a Corporis celestis non est locꝰ naturalis & violentus.

b Propꝛ qd philosophꝰ iterauit istā qōnē in .1. cc.& mūdi. 33.te. & infra vide cō. 31. primi de cc.

c Per corpus sensibile qlibz capit tangibile, idē infra com.54.

d Corpꝰ celeste est.

Et si totum infinitum fuerit non consimile:loca eius autem erunt non consimilia:& sic corpus totius non erit vnū nisi secundū cōtactū:& postea ista corpora aut erunt finita aut infinita in se:sed impossibile est vt sint finita: quoddā enim erit finitum:& quoddam non:cum totum fuerit infinitum:& impossibile est vt vnum elementorū sit infinitum:vt ignis aut aqua: & qd est tale corrumpitur per contraria: & ideo nullus posuit vnum infinitum ignem neq; terrā: sed aquā aut aerē aut medium:quoniā locus vtriusq; est terminatus.& hæc declarauit ad vtraq; partē in superiori & in inferiori. si igitur simplicia etiā fuerint infinita:loca eorū etiam erunt infinita:& sic & elementa erunt infinita.si igitur hoc sit impossibile:quia loca sunt infinita totum erit finitum: impossibile est enim vt locus non sit nisi corporis:impossibile est eīm vt locus totalis sit maior quātitate corporis:ex quo sequitur vt corpus etiā sit infinitum: & impossibile est etiā vt corpus sit maius loco.contingeret enim ex hoc aut vacuum esse:aut aliquod corpus sine loco.

A

Sēsibile sensu visus & nō est tangibile oino.

49

Destruxit corpus compositum infinitum esse:ita quod vnū corporum ex quibus cōponitur aut plura vno sunt infinita:& remanet secundum diuisionē vt sit infinitum:ita quod sit cōpositū ex corporibꝰ infinitis in specie:licet sint finita in magnitudine:reuersus est ad destruēdū hāc partē. Et dixit si igif totū &c.i.si igif totū cōgregatū secūdū cōtactū ex corporibꝰ simplicibꝰ fuerit infinitū : qa illa corpora ex quibꝰ cōgregat sunt dissimilia.s.sunt diuersarū diffinitionū.vt ignis & aqua: hæc loca totꝰ erūt dissimilia:& ista ꝓpositio apparet ex hoc: qa omne corpus simplex habet locū & locū naturalē. D.& si corpꝰ totius &c. id est si cōtingat dicentibꝰ hoc vt totus mūdus nō sit vnus: qa cōtinet ab vno corpore:sed est vnū secundū cōtactū tm. Et cū induxit hoc improbabile:induxit impossibile qd sequit ex hac ꝓpositiōe:& incipit diuisionem a principio: & dixit. Deinde hæc corpora &c.& dixit hoc ad rememorationē de illo qd prædixit:declaratū est eīm ꝙ impossibile est corpꝰ infinitū esse cōpositū ex corporibꝰ finitis in forma: nisi vnū eorū aut plura fuerint infinita in magnitudine:& si nō totū erit finitū:& hoc intēdebat cū dixit.quoddā eīm erit finitū:& quoddā nō.i. cōringeret eīm dicentibꝰ corpꝰ infinitū cōgregatū ex corporibꝰ infinitis in forma esse:vt qdā sint finita in magnitudine:& qdā nō: cū totū sit congregatū.D.d.vt ignis & aqua.i.& illud infinitū i sua magnitudine necesse est vt sit cōtrariū vt ignis & aqua:ex quo sequit vt ipm corrūpatur. Et ipse ponit in hoc sermone qd simplicia debent esse cōtraria: & hoc nō est verū nisi de corporibꝰ q̄ mouent motu recto:& hoc significat qd ꝓcrutatio eius hæc est de hac natura qm nō apparuit hic alia natura esse. Et cū dixit qd si corpus infinitū magnitudine fuerit necesse est vt corrūpat reliqua.quia est cōtrariū. narrauit qd ꝓpter hoc suggerēt antiq huiusmodi corpꝰ poni alterū extremorū elemētorū: inter

B

Simplicia sunt cōtraria,habetve ritatem de corpibus q̄ mouent motu recto.

ter quæ apparet cõtrarietas magis sc̃m vnũ mediorũ.media eñ vtrũ
que quasi materia extremorũ:& dixit:& ideo nullus &c. & intendit per
hoc qđ dixit.quia locus vtriusq; &c.i.quia ignis nõ habet nisi leuitatẽ
tantũ q̃ est causa motus ad superius:& locus eius est terminatus:& ita
terra nõ habet nisi grauitatẽ tantũ quæ est causa motus ad inferius: &
locus eius etiã est terminatus:sunt igit valde contraria.aqua aũt & aer
habẽt vtriusq;.s.grauitatẽ & leuitatẽ.aer enim est grauis in loco aquæ &
in grauitate assimilat aquæ:in leuitate aũt assimilat igni:& sic̃ est diffe-
de aqua:est enim grauis in loco ignis:& leuis in loco terræ.& hoc intẽ
debat cũ dixit:declinãt ad vtriusq; partẽ.i.aqua & aer. & intẽdebat per
vtriusq; partẽ superius simpliciter & inferius simplr. Et induxit hoc
ad declarandũ q̃ ista propositio dicẽs q̃ cõtrariũ corrũpit cõtrarium
cũ fuerit fortius illo.est propositio cõcessa ab antiquis.immo declara-
tũ est in principio isti⁹ libri:q̃ gñatio est ex cõtrarijs:& qđ inter aquã
Primo phy si.tex. con. 42.&. 43. & aerẽ nõ est corp⁹ in actu mediũ denudatũ a differẽtijs.s.aeris & aquæ
a cõtrarijs.s.calore & frigore. Et forte dixit quod antiqui dicebant
aquã & aerẽ esse infinita:qa loca eorũ nõ sunt terminata: illud esse cuius
locus est terminat⁹:manifestũ est qđ est finitũ: & qa loca illorũ duorũ
corporũ nõ sunt terminata:dixerũt ea eẽ infinita:& adiuuat hãc expõnẽ
hoc qđ dixit post qa locus vtriusq; est terminatus:cum igitur extrema
sint terminata quãtomagis media. D.reuersus est ad id qđ intẽdebat
declarare hoc.s.qñ impossibile est corpus infinitũ esse cõpositũ ex cor-
porib⁹ infinitis in specie:& quia incepit hãc declarationẽ a duabus p
positionib⁹ dicẽtibus:q̃ si simplicia fuerint diuersa in specie loca erũt
diuersa in specie:& qđ species locorũ debẽt esse sc̃m numerũ specie-
rũ corporũ simpliciũ:dixit.si igit simplicia &c. Et hæc est ista ratio
cinatio per se.elementa enim si fuerint infinita necesse est vt composita
ex eis sint infinita:aut intẽdit quod ex hoc sequitur vt motus sint infini
ti in specie. D.reuersus est ad id quod intendebat declarare.& est quod
si simplicia fuerint infinita in specie: loca erunt infinita in specie.

D.destruxit consequens & concluſit oppositum antecedentis & dixit. si igitur hoc est impossibile &c.i. sed loca sunt infinita in spe-
cie. ergo simplicia sunt finita: & hoc quod destruxit manifestum est

C vt post dicet. omnis enim locus aut est superius aut inferius: aut dexter: aut sinistr⁹: aut anterius: aut posterius. & apparebit in ce-
lo & mundo quod loca naturalia sunt superius & inferius & illa quæ
sunt inter ista: & apparebit etiam illic quod loca sunt finita in ma-
gnitudine: & ideo sermo de infinito perfectior est illic. D. indu-
xit modum ex quo certificatur quod corpora sunt secundum nu-
merum locorum: & equalia eis: & quod ex hoc sequitur: quod o-
mne corpus simplex sit finitum: & dixit. impossibile enim est &c.
ideſt impossibile enim est vt aliquis locus careat corpore sibi pro-
prio & impossibile est etiam vt aliquis locus excedat suum corpus na-
turale.aut quod corpus excedat suum locum. vnde necessario locus
est æqualis corpori. ergo omne corpus est infinitum necessario. Et
hæc est declaratio quod omnis locus est finitus in sua magnitudine: &
declaratur ex eo etiam quod omne corpus simplex est finitũ.& ideo di
xit ex quo sequitur vt nõ sit corpus infinitũ & quasi interposuit hãc alia

Sermo de infinito pfectior est in lib. de ce. Idem.1.ce. 66.33.

declara-

declarationem in suo sermone:quia sua intentio fuit hæc ad declarãdũ
quod impossibile est corpora esse finita in magnitudine: infinita in spe
cie:& cum declarauit hoc ex locis:& iam declarauit ex eis.s. etiã ;quod
impossibile est etiam corpus simplex esse infinitũ in magnitudine indu
xit hoc. Et syllogismus sic cõponit. Omne corpus simplex est in lo
co sibi equali. Omne qđ est æquale alicui est finitũ. Ergo omne corpus
simplex est finitũ. Infinitũ eñ nõ dicit æquale:neq; maius neq; minus:
& hoc qđ dixit:q̃ impossibile est vt locus sit extra corpus declaratũ
erit eñ declarabile vacuũ non esse:& sic̃ declarabile ex hoc q̃ impossi-
bile est vt vbi excedat locũ:& cũ sit declaratum q̃ loca sunt infinita in
specie:in magnitudine. ergo corpora sunt finita necessario.

D
Infinitũ nõ dicit æquale neq; maius, neq; minus.

Anaxagoras autem inconuenienter dicit de infiniti mansio
ne:fulcire enim ipsum seipsum dicit infinitum.hoc aũt quia
in seipso est.aliud enim nihil continet: tanquam vbi vtiq; ali-
quod sit aptum natum esse ibi est: hoc aut non verum est: erit
enim vtiq; aliquid alicubi:& non ibi aptum natum est esse.

B
Anaxagore probatio.

Anaxagoras autem dicit sermonem inopinabilem in quie
te infiniti.dicit enim quod sustentatur et retinet se:quoniã hoc
in eo dixit.non enim cõtinetur ab alio & quasi sit innatum vt
sit aliquod vbi:& est hoc sed sermo eius non est verus: est eñ
alicuius vbi violente:non secundum q̃ est innatũ vt sit: cum
fuerit in remotiori loco quam vt moueatur ad illũ sc̃m totũ.

Cum destruxit vt in aliquo vbi sit corpus infinitũ: & q̃ impoſ est 50
vt in eo sit quiescẽs:aut motũ:reuersus est ad illud qđ dixit Anaxa. q̃
causa quietis totius qđ est mixtũ:est ipsum esse infinitũ. & Ana. dicit:
q̃ si causa quietis alicuius corporis est:quia cõtinet ab alio quiescẽte:
& illud aliud cõtinet etiã ab alio quiescẽte necessario. tãc causa quie-
tis totius nihil aliud est nisi ipsum esse infinitũ:& ideo dixit q̃ sustenta
tur sup se & retinet se:& cũ voluit destruere sermonẽ ei⁹ in hoc. Di
xit. Ana. vero &c.i. Ana. vero dat in quiete infiniti qđ est mixtũ apud
ipsum causam inopinabilem.dicit eñ q̃ causa quietis eius est:quia su-
stentatur super se & retinetur non ab alio:qñ quia quiescens qđ con-
tinetur ab alio sustẽtatur super illud aliud:& retinet ab illo:necesse est
qđ in finitum sc̃m q̃ non continetur ab alio retineat se: & sustentatẽ
super se:& dixit:& quasi innatum est &c.i. & infinitum:quia est quies-
cens per se & continens totum.ideo est quasi aliquod vbi eorum quæ
sunt hic per se:aut intendit q̃ hoc qđ dicit:& est in entibus tale.s. loc⁹
per se & alia loca sunt quiescentia & illud. D.d.& non est verũ.i.et
sermo eius non est verus:quia qñ quieſcit aliquid in aliquo loco violẽ
te.s.quando quieverit in loco qui est remotissimus locorum ab illo ad
quẽ mouentur res naturaliter sc̃m totũ & sc̃m partes. & est locus
naturalis:& quasi intendebat quod non sequit̃ si ponatur quiescens vt
sit quiescens naturaliter:immo rectius est vt sit quiescens violente:po-
nit quod causa quietis eius est infinitum: quia nõ habet locum ad quẽ
moueatur.q.igitur caret motu violente non naturaliter.

Si quidẽ igitur quia maxime nõ mouet totũ. In seipso nãq;

fulcitur

fulcitur: & seipso est: inopinabile esse necesse est: sed quare non aptum natum sit moueri: dicēdum est. non enim sufficiens est sic dicentem liberari. sic enim vtiq; & quodlibet aliud nō esse motum: sed aptum natum esse nihil prohibet: quoniā & terra non fertur: neq; si infinita esset ferretur coercita tamē à medio: sed quia non est aliud vbi feratur manebit in medio: sed non mouetur: quia non apta nata est aliter sic: sed tamen licebit vtique dicere quod fulcit seipsam. siquidem igitur neque in terra hæc causa est cum sit infinita: sed quia grauitatem habet: quia graue manet in medio: similiter & infinitum: manetvtique in seipso propter aliam causam.

Si igitur est retentum hoc modo retentionis: & hoc est intentio retentionis in ipso: necessario est immobile. sed oportet dicere: quare nō est innatū moueri. videmus em̄ q̄ terra nō trāsferri: neq; si esset infinita: quia est impedita à motu ex medio et nō qa nō habet locū aliū ad quem vadat est quiescēs: sed quia innata est hoc: & potest quis dicere. si igitur in quiete terre si esset infinita non est ista causa: sed quia est grauis & graue figitur in medio: & terra est in medio secundum hūc modum oportet quod infinitum esset fixum per se propter causam.

51 Id est si igitur infinitū est retentū naturaliter & hæc est intentio eius quod dixit quod retinet se: necesse est vt sit immobile naturaliter: & ue sit finitum: siue infinitū. D.d. sed oportet dicere &c.i. sed cū ponat q̄ infinitum est quiescens naturaliter. Verbi gr̄a. oportet dare aliā causam præter hoc q̄ est infinita in hac quiete quā habet naturaliter. non em̄ est differētia in terra inter hoc. q̄ sit finita: aut infinita: in dando q̄d medium est causa quietis eius. finitas em̄ & infinitas accidūt quieti naturaliter: quapropter impossibile est vt ex altero eorū reddatur causa quietis eius quod quiescit naturaliter. infinitum em̄ dignius est vt sit causa quietis violenter: nō naturalis. D.d. & nō: quia non habet &c.i. si terra esset infinita: adeo q̄ non haberet locū ad quem trāsferretur: hoc non esset causa quietis terræ in medio naturaliter. sed causa quietis est hoc q̄d natura eius exigit hoc: & possibile est dicere in ea per hanc naturam ipsam retinere se. D.d. si igitur causa &c.i. si igitur nullus potest dicere quod causa quietis terræ naturalis si esset infinita est ipsam esse infinitū: sed oporteret dicere aliam causam. Verbi gratia: ipsam esse grauem: & quod graue innatum est figi in medio manifestum est quod nullus potest dicere quod causa in quiete infiniti naturaliter est ipsum esse infinitum: sed oportet dare aliam causam: quoniam si hoc esset tunc omne quod poneret quiescens naturaliter necesse esset dicere quod causa quietis eius naturalis est ipsum esse infinitum.

G Finitas & infinitas accidūt ei naturalr. Terra quiescit i medio quia nā eius exigit hoc. idē. 8. ph. 32

Sed non quia infinitum est: et non quia fulsit ipsum seipm: similiter aūt manifestū est: qa & si sit & q̄libet pars indigeat manere.

manere. sicut em̄ infinitū in seipso manet se fulciēs: sic & si q̄libet accipiat pars in seipsa manebit. totius enim & partes similes sunt loci. sicut terræ totius & glebæ deorsum: & ignis oīs & scintillæ sursum: quare si infiniti locus in seipso est & partis idē est: manet igit̄ in seipso.

Et nō quia est infinitū & q̄ sustētat se: est necesse vt figatur per suam sustētationē: & sīc vt aliqua pars eius figatur quæcunq; pars sit: qua modū igit̄ infinitū figit̄: qa sustētet se: sīc quelibet pars eius figit̄ p se. locus em̄ totius & partis est cōsimilis in spē. Verbi gr̄a. em̄ locus totius terræ & glebe est inferius: & locus totius ignis & scintillæ est superius. si igitur infinitū habet locum. ergo pars habet illum eundem. ergo figitur per se.

52 Notū est p se q̄d locus rei est aliud a re. H

Idest: & hoc qd̄ dīt q̄ sustinet se: & q̄ ipsum est suus locus: quia est infinitū nō propter hoc necesse est dicere ipsum figi naturaliter & secūdē totū: & similiter cū posueris q̄ aliqua pars eius figitur naturaliter nō poterit dare causam quā dedit in toto: & dixit hoc: qa notū est per se q̄d locus rei est aliud a re: & q̄d res nō potest sustentari sine se.

Et cū narrauit q̄ hoc q̄d dīt de infinito q̄d ipsum est suus locus nō est verū: neq; de toto neq; de parte: naturaliter icepit declarare q̄ illud q̄d dixerunt de toto: illud idem contingit eis in parte: & dixit: & quēadmodum infinitum &c.i. & si fuerit dictum de infinito ipsum figi: qa ipsum est suus locus: necesse est dicere in parte ipsam figi: qa est suus locus em̄ locus em̄ totius & partis est idem. Et intendebat q̄d si dictum fuerit de toto ipsum figi: qa est suus locus: qa est infinitū: oportet etiam dicere hoc de parte: & sic locus partium erunt partes: q̄d est impossibile. locus em̄ totius & partis est cōsimilis in specie. Et intendebat q̄d locus partis terræ q̄n est separata p se est idē in specie cum loco totius: & similiter est dispositio in alijs elementis. locus enim quē quærit gleba est idem in specie cum loco quem quærit tota terra si esset extra centrū. mediū em̄ mundi nō diuersatur sc̄dm q̄d mediū in respectu totius & partis: sed diuersatur in magnitudine & paruitate. s. q̄ locus in quo est totum est maior loco in quo est pars: & similiter locus quē quærit totus ignis: & est vt maxime dīstet a medio est idem cum eo, quem quærit scintilla: & similiter oportet intelligere de aere & eius partibus & aqua & suis partibus. Sic igitur intelligenda est ista ꝓpositio dicens: quod locus totius & partis est idem & sæpe vtitur illa & maxime in cælo & mundo. Deinde dicit si igitur infinitum &c. id est, & si ponatur quod locus infiniti est ipsum: & iam positum est q̄d ista est de toto. sicut de parte: sequitur quod pars sit locus seipsius: sed hoc non est verum. ergo locus totius non est ipsum. Et iste sermo est hypotheticus: & destruitur consequens & concludit oppositū antis.

I Locus totius & partis est sīls in spē. vide. primo ce. t. cō. 19. 58. 73. 80.

Quō debet intelligi ꝓpositio famosa q̄ dicit q̄d idē est locus totius & partis. L

Omnino autem manifestum est: quod impossibile est sic infinitum dicere corpus & locum quēdam corporibus inesse: si omne corpus sensibile, aut grauitatem habet aut leuitatem. & si graue quidem est: in medio habet natura ferri si verō le-

ue sursum: necesse est enim & infinitum corpus: impossibile autem est aut omne vtrolibet aut medium vtrunq; sustinere: quomodo enim diuidēs: aut quomodo infiniti erit hoc quidē sursum: illud autem deorsum: aut vltimum aut medium.

Et manifestum est vt q̄ impossibile est dicere corpus infinitum esse: & dicere cum hoc q̄ corpora habēt aliquem locū: cum omne corpus sensibile habet grauitatem aut leuitatem: si igitur fuerit graue: grauitas eius naturaliter erit ad medium: & si leue superius: ex quo sequitur necessario vt infinitum sit secundum hoc: & impossibile est vt totum sit secundum alterum istorum: neq; vt vtraq; medietas sit secundū vtrūq; istorum: impossibile est enim ipsum diuidi in duo æqualia: neq; potest dicere quomodo quoddam erit superius: & quoddam inferius: aut quoddam in altissimo: & quoddam in medio.

Ista est alia ratiocinatio ex qua declarat: quod impossibile est corpus tangibile simplex esse infinitum. Et dixit: & manifestum est vniuersaliter &c. i. & opinari hoc inducit ad contradictoria. s. concedere quod omne corpus est in loco: & corpus tangibile infinitū esse. Deinde dixit cum omne corpus &c. i. cum omne corpus tangibile est: aut graue aut leue. si igitur graue locus eius erit medium. si leue: superius. Deinde dixit ex quo sequit̄ vt infinitum sit secūdū hoc. id est. ex quo sequitur si corpus tangibile fuerit infinitum: vt habeat alteram istarum duarum dispositionum. Deinde dixit & impossibile est &c. id est. & impossibile est vt infinitum sit in altera istarum duarum dispositionum. nam si esset graue non esset tunc corpus leue: cum infinitum nihil sit extra ipsum: & similiter si esset leue non esset hoc corpus graue: & impossibile est etiam dicere q̄ medietas eius est grauis & in loco inferiori: & alia medietas leuis & in loco superiori. hoc enim est impossibile: quoniam impossibile est diuidere infinitum in duo æqualia. nam vtraq; pars esset infinita: & sic pars esset æqualis toti: & etiam corpus infinitum esset extra corpus infinitum: & corpus infinitum debet esse infinitum in omnibus dimensionibus. Deinde dicit neq; potest dicere &c. i. & superius & inferius: quia sunt finita impossibile est vt per ita diuidatur corpus infinitum adeo q̄ dicatur q̄ quoddam est superius & quoddam inferius. Et. q. ponit hoc notum esse per se: quia superius & inferius sunt loca naturalia & finita: quia sunt fines motuum naturalium: & hoc declarabitur in cælo & mūdo ad confirmandum si sit manifestum per se: aut ad probandum si sit ignotum: & quomodocūq; sit hoc fere manifestū est per se: qa hoc nomē medij magis notat finitum quā hoc nomē inferius: dixit: & quoddā in altissimo & q̄ddā i medio.

M Impoſe est diuidere infinitū i duo æqualia. Corpus infinitū dicit cē infinitū i oib⁹ dimensionibus. Idem supra tex. cō. 43.

N Quæ sunt dītæ loci.

Amplius oē corpus sensibile in loco est. loci autem species & differētiæ sunt sursum & deorsum: ante & retro: dextrū & sinistrum: & hoc nō solum ad nos & positiones sunt: sed ipso toto determinata sunt impossibile aūt & in infinito hoc esse.

Et etiam omne corpus sensibile est in loco. differentiæ eius sunt superius & inferius: & dextrum & sinistrum: & ante & retro. & iste differentiæ non sunt in respectu ad nos tantum & secūm positionem: sed sunt distinctæ etiam in ipso toto: & impossibile est vt iste differentiæ sint in corpore infinito.

Dicit. & omne corpus sensibile. i. tangibile est in loco &c. & intendit differentias loci: nō differentias corporis. Sed si intellexerim⁹ differentias specificas loci: tunc loca naturalia erunt ista sex: sed vt dictum est in celo & mundo: loca naturalia sunt duo tm̄. s. superius & inferius: & ipse expressit hic q̄ istæ differētiæ sunt naturales: nō positione: hoc igit q̄ isto cōtingit si intellexerimus per superius locū ignis & aeris: & per inferius locū terre & aquæ: vt dicit Themistius & alij expositores vt mihi videtur. s. q̄d dextrū & sinistrum sunt loca naturalia in mundo: & similiter ante & retro: & si intellexerimus p superius & inferius partes loci sequentes istas sex partes corporum naturalium: tūc istud non erit verum de corporibus nisi in animatis, vt dictum est in celo & mundo.

45 Obiectio

15 Vult declarare quod locus est valde similis materiæ: & ꝙ hoc induxit Platonem ad existimandū locū esse materiā. Et dixit: sed cū vero qđ existimat &c.i. qui aūt existimat qđ locus est tres primæ dimēsiones quæ primo existūt in materia: nihil habet pro loco nisi materiā q̄ defert dimēsiones. D.d. dimensio eīm &c.i. & causa in hoc: qm̄ qui existimat dimēsiones esse locū debet existimare ꝙ materia est locus & est causa: qm̄ dimēsiones in se nō sunt corpus determinatū: & forma est determinās dimēsiones & materiā. s. quæ dat eis terminū: & vltimū. V. g. superficies cōtinētes corpus: & sic existimāt ꝙ dimēsiones sunt materia: cōuenīt in hoc qđ determinantur a forma: & in se nō sunt determinatæ. D.d. qm̄ cū tu auferes a materia &c.i. & est necesse vt materia sit diuīsa in potentia: quoniam cum abstuleris a materia vltimū & signatum nihil remanebit in ea nisi dimensio nō determinata. s. quæ est corpus in potētia: & cū fuerit determinata per vltima. s. per superficies fit corpus in actu. Et debes scire ꝙ vidit Arist. ꝙ dimēsio nō separat a materia in magnitudine nedum in esse qm̄ quādo a materia auferuntur superficies nihil remanet in ea nisi dimēsio: sed ista dimēsio fuit in potētia: & cū determinat per superficies fit dimensio in actu. s. corpus: & cum auferunt superficies fit dimēsio in potētia: ergo proprium est materiæ vt habeat dimēsionē in potētia: & locus antequā in eo existat locatum secundū Arist. & in veritate est dimēsio in potētia. & potētia. & propter hanc similitudinē existimauit Plato locū esse materiā. Et cum numerauit similitudines quæ faciunt opinari locū esse materiā dixit. & ideo dixit Plato &c.i. & propter hanc similitudinē inter locum & materiam existimauit Plato locum esse materiā vt inuenitur in Timeo. dicit enim illud quod recipit mutationē & successionē formarum: qđ est materia idē est cū loco &c. in hoc non differt in suis libris a se: sed sermo eius diuersatur in diffinitione recipientis. Et narrauit hoc ne aliquis existimet quod diuersitas sermonis eius in diffinitione recipientis est opinio diuersa in hoc. s. qđ recipiens est locus apud ipsum: & dixit: sed disposuit &c.i. sermo eius non diuersus est in hoc ꝙ illud qđ recipit mutationem & successionem formarum est locus: sed diuersatur in hoc: quia in Timeo diffinit recipiens alio modo ab eo quo diffinit ipsum in suo libro qui dicitur sine titulo. Et similitudo inter locum & materiam est quoniam materia fundamentum est successionis formarum & loco subiectum successionem corporū: & ideo existimatur ꝙ locus est materia.

B Forma est determinās dimensiones & materiā. idē primo ca. de subiecta orbis

F Documentum. Nota hic q̄ sint termini dimensionū interminatarum.

G Dicunt enim omnes aliquid esse locum. quid autē est hic solus conatus est dicere. Merito autē ex his intendentibus vtique videtur difficile esse cognoscere quid sit locus: siquidem horum quodcūq̄ est siue materia siue species: aliter quidem eīm altissimam habet speculationem: & sensu ab alijs non facile est ipsa cognoscere.

Omnes enim dicunt locum esse aliquid: quid autem sit iste solus vir voluit narrare: & rectum est vt recte qui considerat ex istis

ex istis existimatur vt sciat locus quid sit: si fuerit alterum istorum aut forma aut materia: quoniam considerare de ipso inducit ad considerationem vltimorum: & quia cognitio istorū duorum alterum absolutum a reliquo non est facilis.

Cum declarauit similitudinē inter locū & formam & materiā: & ꝙ hæc fuit causa in hoc ꝙ Plato posuit materiam & locū esse idem: incepit declarare quātū habebant antiqui de hoc: & difficultatem accidentē apud cōsiderationem de substantia loci existimantibus locum esse materiam aut formam. Et dixit. omnes enim dicunt locum esse aliquid &c.i. & omnes antiqui nihil dixerūt de loco nisi ipsum esse. Plato autem post illos solus quæsiuit narrare: quid sit locus & diffinire ipm.

16 Plato posuit materiā & locū idem esse. Idem infra cōmē. 59.

Et cum notificauit illa quæ inducunt ad opinandū ꝙ quiditas loci est materia aut forma: narrauit difficultatem considerationis de loco accidentē in hoc quærentibus scire quiditatē eius hoc modo: & quasi in hoc excusat Platonē & dixit & rectū est &c.i. qui opinatur locum esse alterū istorū. s. materiā aut formam: rectum est vt sit difficile et scire quid sit locus. Deinde dedit causam in hoc: & dixit: quoniam considerare &c.i. qm̄ cōsiderare de quiditate loci hoc modo inducit ad scīē dum quæ sunt vltimæ causæ entium. materia enim & forma sunt prima principia simplicia entium: & scire quiditates principiorū vltimorum est difficile & scire formam absq̄ materia & materiam absq̄ forma impossibile est. Et intēdit ꝙ scire alterum nō potest esse sine scītia alterius: & innuit non sciri ea: & cum narrauit difficultatem accidētem considerantibus de quiditate loci hoc modo incepit narrare ꝙ le uiter posset sciri ꝙ locus non est alterū istorū: vt declararet ꝙ ista difficultas quæ accidit istis in loco est accidens.

H Scire quiditates principiorum vltimorū est I difficile & scire formā absq̄ materia. & materiam

At vero qđ impossibile sit in quodlibet horum esse locum non difficile est videre: species enim & materia non separantur a re locum autem contingit: in quo nanq̄ aer erat & in hoc iterum aqua sicut diximus sit. trāsmutatis adinuicem aere nēq̄ & terra & alijs corporibus similiter: quare neq̄ pars neq̄ habitus: sed separabilis est locus ab vnoquoq̄: & videtur huiusmodi aliquid esse locus vt vas est eīm vas locus transmutabilis. vas autem nihil est rei.

L absq̄ forma impossibile est. cō simile primo phy. 69. & ibi.

Scire vero quod locus impossibile est vt sit alterum istorum non est difficile: forma enim & materia non separantur realiter ab intentione: locus vero potest separari. locus enim in quo fuit aqua sicut dixit. erit in eo aer secundum successionem: & similiter de alijs corporibus: necesse est igitur vt locus non sit pars: neq̄ forma: sed est separatum a quolibet eorum quæ sunt in eo. existimatur enim quod locus est q. vas: vas enim est locus translatus: & vas non est aliquid ex re.

17 M

Dicit. forma eīm & materia &c.i. materia eīm & forma nō numerant

Universidad de Deusto
Biblioteca

in actu sed ratione. vnū eñ eorū q̄ ponit naturalis est q̄d forma nō separatur p se, scilicet nō mutat de materia in materiā secundū q̄d corpus mutat de loco in locū: sed separatio eius a materia est corruptio: & cū formæ non separant a materia in actu neq; materia separatur a forma & locus separatur: ergo in secunda figura locus non est forma. Et etiam quando forma non separatur a materia ergo vtraq; est pars corporis: & locus non est pars corporis: cum sit separabilis ergo locus nō est alterum istorum. Et dixit. existimatur enim quod locus est, &c. vas &c. ad notificandum quod manifesta est differentia per se inter collocationem rei ad locum: & collocationem formæ ad materiam: licet vtraq; collocatio demonstretur per hanc propositionem, id est dicere enim aliquid esse in loco est: sicut dicere esse aquam in vase: & in multis differūt: nisi sicut dixit vas est locus translatus: & locus est fixus: dicere vero q̄d figura est in scamno: & rationalitas in homine: est sicut forma in subiecto. Et cum induxit propositiones ex quibus sequitur q̄d locus non est materia neq; forma generaliter incepit terminare modū ex quo sequitur quod locus non est forma neq; materia.

Secundum igitur quod separabilis est a re: sic quidem non est species: secundum autem quod continet: sic vtiq; alterum a materia: videtur autem semper quod alicubi est ipsum esse aliquid: & alterum esse vnusquisq; ab ipso. Platoni igitur dicendum est: si oportet transgredientes dicere quare non in loco & species & numeri sunt: si vere participatiuum sit locus siue magnitudinis & paruitatis participatiuum: siue materiei. sicut in Timeo scripsit.

Secundū igit quod est separatus a re secundū hoc nō est forma: q̄p secundū q̄p cōtinet, secundū hoc nō est materia, & semper existimat in illo quod existit in loco quod est aliqd: & q̄d aliud est extra ipsam. Sed oportet dicere Platoni si est rectum pertransire modicum in sermone: quare formæ & numeri nō sunt in loco. si locus est commune siue cōmune fuerit magnū & paruum: siue materia: vt vocauit ipsum in Timeo.

18 N Loc⁹ sec'm opinionem Arist. nō separat a loca to: sed corrūpit q̄ corruptionem eius.

Secundū igit q̄d locus separat a re quæ est in eo & forma nō est separata: locus nō est forma: & secundū q̄d locus cōtinet illud q̄d est in eo: materia aūt nō: nō est materia: & pōt aliqs q̄rere cū locus nō pōt dici separari: nisi secundū opinionē dicentiū vacuū esse: secundū aūt opinionē Aristo. nō separatur a locato: sed corrūpit per corruptionē eius vltimū eñ aeris in quo est aqua q̄n aqua trāsfertur ab eo: & intrat ipsum aliud corpus: corrumpitur illud vltimum: & fit illud: & cum ita sit ista propositio est remota non vera. Et forte est differentia inter separationem loci & separationē formæ: si vtraq; corrumpit: q̄n corruptio formæ est corruptio locati: & nō sequitur: si locatum separatur a loco abstq; eo quod corrumpatur. vt locus separetur a locato abstq; eo quod corrumpatur. Et cum declarauit modū ex quo apparet quod locus non est forma: & modum ex quo apparet quod locus non est materia: dixit:

Separatio loci & separatio formæ differunt.

dixit, & existimat semp̄ &c, id est, & notū est q̄p illud q̄p existit in loco aliud est a loco, & q̄d locus est aliud extra illud: sed forma & materia nō sunt extra rē quæ est in loco: sed sunt partes ipsius. Et cū cōtradixit huic opinioni ex ipsa re: incepit cōtradicere ei secundum vocem dicentē, & quia talis cōtradictio scilicet quæ est secūdū sermonē non est necessaria: dixit: sed oportet dicere &c, id est, sed oportet Platonē dicere si est rectū pertrālire in cōtradictione rē necessariam: quare formæ & numeri nō sunt in loco, contingit enim Platonē ponere q̄d formæ & numeri sunt in loco, formæ enim & numeri & omnia apud ipsū habēt rem cōmunē, & ipse vocauit locū rem cōmunē & siue cōmune fuerit apud ipsum magnū & paruum vt existimatur quod ipse dixit in quibusdā libris scilicet q̄d hęc duo sunt quasi materia, & q̄d subiectū eorū est quasi forma: aut siue cōmune apud ipsum fuerit materia, id est, subiectū: vt existimatur in Timeo intelligere per cōmune, & hoc intendebat cū dixit: siue cōmune &c, id est, siue res communis apud ipsum omnibus entibus fuerit magnū & paruū: aut siue subiectū fuerit magnū & paruum contingit enim concedere quod formæ sunt in loco, cum tam diffinijuit locum q̄d est commune, & concessit quod cōmune est omnibus entibus, & hoc cōtingit Platoni nisi vocauerit locū cōmunē secūdū trāsumptionē: qui assimilatur materiæ, & sic erit diffinitio rhetorica nō demōstratiua, quocūq; modo igitur fuerit non potest Plato vitare vitium.

O

Amplius quomodo ferrētur in suū locū si locus esset materia aut species, impossibile eñ est cui⁹ nō est motus neq; sursum neq; deorsū locū esse: quare quærēdus ī huiusmodi est locus.

Et etiā quomodo transfertur res ad suum locum: si locus sit materia aut forma, impossibile enim est vt illud cui non attribuitur motus neq; superius aut inferius sit locus: locus igitur nō debet quæri nisi in eis quibus attribuitur hoc.

19 P Notum est de loco q̄d est illud ad q̄d motus est naturalis: cū motū fuerit extra ipsum.

Per istam rationē declaratur quod locus nō est materia neq; forma notū est enim de loco quod est illud ad quod est motus naturalis cum fuerit motū extra ipsum: vt motus lapidis ad medium & ignis ad superū. Similiter est notū de loco q̄d differentię eius sunt superius & inferius, & quia manifestū est etiam q̄d materiæ & formę nō attribuitur motus eum res nō mouetur ad illud quod est pars ipsius: neq; etiam attribuitur eis superius aut inferius, ergo neq; forma neq; materia est locus secundum secundam figurā. Deinde dixit locus igitur nō debet quæri &c, id est locus igitur nō debet quæri nisi in genere entium cui attribuitur motus, & pars, scilicet superius & inferius.

Si autem seipso est locus: oportet enim si vere aut forma aut materia est: erit locus in loco: transmutatur enim simul cum re & mouetur & infinitum & species non semper in eodem: sed vbi vtiq; & res, quare loci erit locus.

Et si loc⁹ est in re, & hoc necesse est si loc⁹ est forma aut materia: necesse est vt loc⁹ sit in loco: trāsmutatur enim cū transmu-

tatione rei: & mouetur per suum motum: forma & intermi natum, & non sunt semper in eodem loco: sed vbi est res, ergo necesse est vt locus habeat locum.

20 Q Materia & forma sunt partes rei secūdū quātitatē nō secūdū quātitatem.

Ista est tertia ratio, & dixit, & si locus est in re, id est, & si est pars loci aut corporis. Deinde dixit, & hoc est necesse & c. id est, & hoc est necesse secūdū ponētes locū esse formā aut materiā, vtraq; em̄ istarū est pars rei locate, & hoc secūdū qualitatē: nō secūdū quātitatē. Deinde dixit necesse est ex hoc vt locus sit in loco, id est sequit ex hac positione impossibile scilicet q̄ loc⁹ indigeat loco: qm̄ cōtingit in illo loco illud q̄ cōtingit in primo, & ita ꝓcederet in infinitū q̄d est impossibile: aut dicam⁹ q̄ manifestū est per se q̄ locus nō habet locū. Et cū narrauit impossibile sequēs ex hac positiōe incepit declarare modū: ex quo cōtingit impossibile, & dixit, trālmutat em̄ & c. id est, sequit, em̄ ex hac positiōe: vt locus trāsferat per trāslationē locati & .d. qm̄ secūdū q̄ locus est pars rei sine formæ necesse est vt moueat per motū rei: qm̄ materia & forma mouent per motū rei. D. d. interminatū scilicet materia. D. d. & non sunt in eodē loco scilicet materia & forma: sed vbi est res id est, corp⁹ cōpositū ex materia & forma. Sed pōt aliqs quærere & dicere q̄ iste sermo cōponit ex ꝓpositiōib⁹: quarū prima est q̄ forma & materia mouent p motū corporis cōpositi ex ambob⁹. Sed a aūt est qm̄ sc̄m q̄d mouētur indiget loco. Tertia vero est q̄ si altera earū est locus: necesse est vt locus habeat locū. Sed a aūt & tertia sunt vere. Prima ꝓ nō, sequit em̄ ex ea q̄ forma & materia sint in loco: q̄ nō dicit Ari. declarabit em̄ in sexto, q̄ omne trālmutabile est corpus: & cū ita sit materia igit & forma nō mouent nisi p accidēs, ergo si indiget loco est p accidēs: & est nō impossibile vt locus habeat locū per accidēs ex hoc igit apparet q̄ ista cōtradictio nō est vera necq; essentialis. Sed q̄ illud q̄d est per accidēs est duob⁹ modis scilicet semp & raro. videtur q̄ illud q̄d est semp inueret quoquo modo in numero demōstrationū: rarū nō essentialiū quæ dicūtur demōstrationes dialecticæ, & ista contradictio est hui⁹ generis sermonū, materia ei & forma licet, moueāt per accidēs scilicet secūdū q̄ sunt pars motis tamē motus accidētis in ueniūtur in eis semp cū motu corporis: ex quo sequit vt inueniat in eis semp locus: licet per accidēs, sequit igit si fuerit locus habeat locū sem per ex necessario scilicet formā & materiā: licet p accidēs, sed est manifestū q̄ locus nō habet semp necq; per se necq; per accidēs: nisi sit de genere accidētis q̄d accidit raro, & qñ acciderit vltimo cōtingēt rē moueri per motū corporis: cuius est vltimū: tūc igitur potest attribui loco motus per accidēs: sed illud accidens est raro. ex hoc igitur modo iste sermo potest esse de numero sermonū cōtradictiū demōstratiuorum.

R Materia & forma mouētur p motum rei. digressio.

S Solutio. Illud q̄d est per accidēs est duobus modis, semper & raro. Sed vi. oppositum. 8. phy. cō. 36. vbi habet q̄ illud q̄d est p accidēs nō est necessariū necq; semper &c.

Et Alex. rūdet, qm̄ cū fuerit positū q̄ forma aut materia est locus & locus est de quātitate: q̄ est æquale ei q̄d est, i eo: sequit q̄d cū trāsfertur vt sit æquale loco in quē trāsfertur, & sic forma erit in loco per se. locus em̄ qui est forma aut materia est æqualis corpori trālato scilicet habēti formā & materiā, & corpus est æquale loco in quē trāsfert, & sic forma aut materia vtra earū sit locus erit æqualis loco in quē corpus trāsferē. quia est æquale æquali et, & oē q̄d est æquale loco est in loco essentialiter. Et hoc q̄d dixit Alex. nō est sine dubitatiōe: quo nā locus secūdū q̄d est quātitas nō mouetur: sed locus secūdū q̄d est locus per se est non mobilis naturaliter & essentialiter.

T Contra Alex.

Amplius cum ex aere aqua fiat, perditur est locus, non enim in eodem loco sit corpus: quid igitur corruptio? Et etiam cū ab aere sit aqua destruetur locus, non enim est possibile vt corpus fiens sit in illo eodem loco: quid igitur corrumpit ipsum?

Iste sermo videtur esse cōtradictio propria dicentibus locū esse formam, & intentio huius sermonis est talis & etiam cum dixerimus lo- 21
cum esse formā: & posuerimus aquam fieri ab aere: contingit vt locus corrumpatur: qui est forma aeris, nō enim possibile vt aqua facta sit in loco aeris: qm̄ forma eius est alia a forma aeris, & iā diximus q̄d forma est locus. Contingit igitur dicentibus hoc cum aliis impossibilib⁹ dare causam propter quā debet locus corrumpi in motu locali: sicut forma corrumpitur in generatione scilicet cum aqua succedit aeri, & nō generatur ex eo, & maxime si locus fuerit æqualis, & accidit hoc vt trānsitio sit corruptio. Et potest esse cōtradictio dicentibus locum esse materiā, & sic intentio erit talis & etiā notū est: quoniā quando ex aere demōstrato fiet aqua q̄d locus aeris primus corrūpitur per suam trānsmutationem ad locū aquæ propriū primū scilicet per suā diuersitatē in quātitate, impossibile esu est vt corpus factū sit in illo⁹ eo- Primo phy
dē loco in quo fuit corpus ex quo fitmusi aliquis dicat q̄d locus est ei sico. tex. c.
secūdū speciē nō secūdū numerū: cū ita sit & locus est materia: cōtin- 82.
gat dicētibus hoc vt materia corrūpatur apud corruptionē formæ aeria & generationē formæ aquæ: quid igitur corrumpit ipsum & materia declaratū est q̄d necq; est generabilis necq; corruptibilis.

Ex quib⁹ igitur necessariū est aliquid esse locū, & iterum ex quib⁹ dubitabit vtiq; aliquis de substātia ipsius dictū est: post hoc aūt accipiendum quot modis aliquid in aliquo dicitur.

Iam igitur numerauim⁹ illa ex quib⁹ apparet q̄ locus debet esse aliquid, & illa ex quib⁹ dubitat in substātia & esse eius & oportet post narrare aliqd esse ī alio scdm quot modos dr. 22

Cum cōpleuit sermōes famosos ex quibus apparet locū esse aliquid & sermones qui faciūt dubitare, in suo esse, fecit rememorationem de hoc & narrauit illud a quo debet incipere de loco, & est secūdū quot modos dicitur aliquid esse in alio: quoniā istis modis determinatis apparebit modus secūdū quē dicitur aliquid esse in loco, & dissoluentur plures quæstiones accidētes in hoc. Et dixit in substātia & esse ei⁹: quoniā dubitare in esse eius accidit apud cōsiderationē & de substātia & quiditate eius: illa em̄ quæ existimātur primo aspectu esse substātia loci: quia quando perseuratur de eis: videntur nō esse substātia eius: existimatur locus non esse aliquid.

In quo premittit quædam quæ sunt necessaria ad considerationē veritatis de loco, videlicet, quot modis dicitur aliquid esse in aliquo, & vtrum aliquid possit esse in seipso, & soluit

etiam quædam prius dubitata.

CAPVT. III.

A NO quidē igitur modo sicut digitus in manu & omnino pars in toto est:alio autem sicut totum in partibus:non est enim præter partes totum & alio modo sicut homo in animali & omnino species in genere:alio vero sicut genus in specie, & omnino pars speciei in speciei ratione:adhuc sicut sanitas in calidis & frigidis,& omnino species in materia:adhuc sicut in rege quæ sunt græcorū,& omnino motū in primo motore: amplius sicut in optimo,& omnino sicut in fine:hoc est autē cuius causa sit:omnium autem maxime propriū est sicut in vase,& omnino in loco. Vnus igitur illorū modorum est sicut digitus in manu & vniuersaliter pars in toto, & alio modo sicut dicitur totū in partibus,nō em̄ est totū nisi partes eius, & alio modo sicut hō in ānali,& vniuersaliter sicut species in genere,& alio modo sicut genus in specie,& vniuersaliter pars speciei in sua diffinitione,& etiā sicut sanitas in rebus calidis & frigidis,& vniuersaliter forma in materia,& etiam sicut dicis ꝙ cōstitutio dispositionū græcorū est in rege, & vniuersaliter in primo motore,& etiā secundū ꝙ est in bono,& vniuersaliter in fine intēto, & hoc est illud:propter quid & dignior omniū istorū & magis principalis est:aliquid esse in vase, & vniuersaliter in loco.

Quot modis aliquid dicitur esse in alio.

23 ISTI modi quos hic numerauit sūt vniuersaliter octo:quatuor secūdū totū & partē & vniuersale & particulare,& quatuor secundū quatuor causas sed dimisit materiā,quia est ꝓpinqua parti in toto,& spēs in genere:quatuor igit primi sūt pars in toto,& ecōuerso,& particulare in vniuersali,& ecōuerso:quatuor aūt secūdi sunt forma in materia,& materia in cōposito ex materia & forma, & res in agēte & in fine,& omnia ista dicūtur trāsumptiue:sed illud qđ dicitur vere,& principaliter est res in vase & in loco,& alia dicūtur scām similitudinē istius,& ꝓpinquior illorū huic est forma in materia:deinde pars in toto:deinde particulare in vniuersali ista em̄ assimulātur ad aliquid esse in vase:totū vero in suis partibus assimilat formæ in materia. est igit simile similiter vniuersale in particularib⁹,& remotius est res in suo agēte,& suo fine:vt diximus bonū in rege & bonū in fortuna. Et numerauit istas intēciones ad distinguēdū naturā:de qua perscrutatur, & est aliquid esse in loco,& aliquid esse in vase,videtur em̄ qđ dicere aliquid esse in loco,& aliquid esse in vase sit in eodē ordine sic primæ positiones idiomatis,& ideo numerauit hæc duo quasi vnū & accepit alterū,scilicet aliqua esse I vase,in expositiōe alteri⁹,scilicet aliqđ esse in loco,vt notius accipiatur in expositiōe latētioris secūdū famositatē.

Dubita

Dubitabit autēm aliquis: vtrum vnum: & idem aliquid in seipso cōtingit esse:aut nihil:sed oīa:aut nusqm̄: aut in alio esse. dupliciter autē hoc est:aut secundū se: aut secūdum alterū. Cū enim sint quidem partes totius:& hoc in illo:& illa in hoc: dicetur totum in seipso.dicetur enim & per partes:vt albus:quia superficies alba:& scīs:quia ratiocinatiōū. amphora quidem igitur nō erit in seipsa:neq; vinum:vini autem amphora erit: quod nāq; est:& in quo est vtraque eiusdem partes sunt. B Idē in seipso ē dupliciter ꝓt contingere: aut secundū se aut secūm alterum.

Et dubitatur etiam:vtrum est possibile: etiā aliquid esse in se:aut nihil est in se:sed omne:aut non est invbi oīno:aut est in alio:& hoc duobus modis:aut per se:aut per aliud. Cū igitur illud in quo est aliquid:& illud quod est in eo fuerit partes totius:dicet quod totū est in se:dicitur enim in eo illud quod dicit in suis partibus. Verbi gratia,quoniā dicitur album:quia superficies eius est alba;& dicitur sciens propter rationalitatē: & vas nō est in se:neq; vinū: scyphus autem vini est in se quādo homo vtitur nominibus transsumptiue: ipsum enim & illud quod est in eo insimul sunt partes eiusdem.

Cum numerauit modos famosos: secundū quos dicitur esse aliquid in aliquo secundū qđ artifex demōstrationis distinguit nola æquiuoca:incepit perscrutari etiā de quodā modo significationis qui vtebatur apud eos:dicebant em̄ aliquid esse in se. Verbi gratia, hominē esse in se: & dolium in se:& quia iste modus erat famosus apud eos:dicebant em̄ aliquid esse in se:& est alius a numeratis: & facit existimare aliqđ esse in se: & sic locus res non esset aliud ab ipsa re. Dixit: & dubitatur &c.id est quoniam si aliquid non fuerit in se : contingit alterum duorū necessario:aut vt nihil sit in loco omnino:autvt sit in alio. Deinde dixit:& hoc duobus modis:aut per se:aut per aliud: & hoc est principiū perscrutationis de aliquid esse in se, id est aliquid esse in se intelligitur duobus modis:quorum vnus est:vt aliqui sit in se primo: alius aūt est: vt dicatur ipsum esse propter suam partem. Et cum narauit quod illud quod intelligitur ex hoc est duplex:incepit declarare modum possibilem ex istis duobus : & est aliquid esse in se non principaliter : sed secundario & propter suam partem : & dixit. cum igitur illud in quo est &c.id est cum igitur fuerint duo : quorum vnum existit in altero: quæ duo sunt partes alicuius vnius quod est totum eorum : & hoc totum fuerit nominatum a nomine partis : dicitur tunc illud esse in se. Et cum narauit hoc declarauit modum famosum secundum vsum qui est possibilis in talibus rebus:in dicēdo aliquid esse in se: & dixit. dicitur enim in eo illud quod dicitur in suis partibus &c. id est & est possibile in talibus dicere aliquid esse in se transsumptiue,quādo enim totū disponit ꝑ illud:per qđ disponit pars. Verbi gratia,qm̄ dicit corpus albū:ga superficies est alba:& si ipsum totū nō est albū.& sīc dicitur homo scīs:si nō secūdū totū est scīa: sed secundum partem rationalem 24 Artifex demonstratiu⁹ C distīguit nomina equoca qđ quō sit intelligē dū vide.cō. pri.tertij & etiam quid met.

a Quando fūt duæ partes: qrū altera est in altera: & fuerit partes alicuius vni⁹ qđ est totū possibile est vt illud totum disponatur p illud: per quod dispo nunfille partes & hoc non accidit nisi qñ totū nolaf a nole ptis: vt ifra dicit. Idem cō. sequēti. Documentum.

nalem tantum: & dicitur infirmus gratia alicuius membri: & cum ita sint duæ partes: a quarum altera est in reliqua fuerint partes alicuius vnius quod est totum: possibile est vt illud totum disponatur per illud p qđ disponuntur ille partes: & quia disponūtur ille partes per hoc quod altera est in altera: possibile est vt totum disponatur per illā dispositionem: quando totum nominatur nomine partis. Verbi gratia, quoniam cum rationalitas inuenitur in corpore hominis: & rationalitas & corpus sunt partes hominis: & homo disponitur per rationalitatem: possibile est dicere rationale esse in se. Et intendit quoniam cū pars dicitur esse in toto: & totum dicitur esse illud quod dicitur esse pars: possibile est totum dici esse in se, id est, in suo toto: vt dicitur homo esse infirm⁹ partis. Verbi gratia, oculi. Deinde dixit scyphus igi

D tur &c. id est dicere autem aliquid esse in se principaliter non: sed dicitur propter partem. Verbi gratia, quoniam vas in quo est vinum nō dicitur esse in se: neq; vinum quod est in vase dicitur esse in se: quia non accidit vt in eo sint duæ partes: quarum altera est in reliqua. congregatum autē ex eis econuerso. Verbi gratia, doliū aut scyphus dicitur esse in se: quoniam pars ex eis est in toto: & est in toto: quia est in secunda parte: & hoc non accidit nisi vbi totum nominatur a nomine partis.

Et iste modus transumptiuus vtitur in omnibus idiomatibus, scilicet vt aliquis dicatur gratia sue partis: sed ista transumptio nō est vsitata apud arabes, scilicet dicere rationale esse in se: & si secūdum suum idioma deberet esse: quoniam totum apud eos disponitur per dispositionem partis.

Sic igitur contingit idem aliquid in seipso esse: primū autē non contingit: vt album in corpore: superficies em̄ in corpore: scientia autē in anima. secundū autem hoc sunt appellationes cū partes sint sicut in homine: amphora autem & vinum cum seorsum sint non partes sunt. Simul autem cum sint partes erit idem in seipso: vt album in homine: quoniam in corpore: & in hoc quontā & in superficie. in hac autē nō amplius secūdum aliud est: & altera specie hæc sunt: & alterā naturam habent vnum quoq; & potentiam: vt superficies & album.

Secundū igitur hunc modum potest esse aliquid in seipso. principaliter vero nō superficies em̄ est in corpore: & scientia in anima: & secundū ista quæ sunt partes. Verbi gratia in hoc erunt nomina: scyphus autem & vinum cum fuerint separata non erunt partes: sed cum fuerint insimul. Et ideo cum fuerint partes erit ipsum in se: vt album in homine: quia est in corpore eius: & est in corpore eius: quia est in superficie: ipsum autem esse in hoc non est propter aliud: & hæc duo diuersantur in forma & vtrūq; habet naturam & potentiam aliam a natura reliqui: & a potentia eius, scilicet superficies & album.

25 Dicit: secūdū igiſ hunc modū &c. i. ꝓpter hoc qđ aliquid disponit per

per illud: per quod disponitur aliud: propter hoc quod disponitur aliquid per illud quod inuenitur in illo primo. Deinde dixit, principaliter vero &c. id est quoniam albedo in corpore non est principaliter: neq; scientia in homine: sed albedo principaliter est in superficie: & superficies in corpore: & scientia in anima. Deinde dixit, & secundū ista &c. i. & in omnibus inueniuntur due significationes prima. s. & secunda sicut in rebus. Deinde dixit, scyphus vero & vinum, i. vas autem in quo est vinum: & vinum cum fuerint separata. s. qñ vinum non fuerit in vase non erunt partes alicuius vnius: sed erunt partes alicuius vnius cum fuerint insimul: & ideo cum fuerint partes alicuius vni⁹ erit possibile vt illud vnum: quod est compositum dicatur esse in se non principaliter: sed quia aliqua pars eius est in alia parte: vt dicitur quod homo est albus & homo non est albus nisi propter suam partem: albedo enim est in homine: & quia est in corpore: & in corpore: quia est in superficie. Deinde dixit, ipsum autem esse in hoc &c. id est superficiem autem esse in corpore non est propter aliud: sed est ei principaliter: sed impossibile est: vt superficies & corpus in quo est sint idem: ita quod res inueniatur per se in se. sed res inuenitur per se in alio. superficies enim, verbi gratia, & corpus in quo est superficies sunt duo in forma: & vtrūq; habet naturam aliam a natura reliqui: & potentiam aliam a potentia eius. & similiter est dispositio albedinis cum superficie. albedo enim existit in superficie per se. Et cum narrauit quod impossibile est aliquid esse in se: & aliquid esse in alio dicitur multis modis præter hunc modum: vt prius numerauit: incepit narrare quod impossibile est aliquid esse in se aliquo modo eorum quibus dicitur esse aliquid in aliquo.

Neq; igitur inductiue cōsiderantib⁹ nihil in seipso videm⁹ secundū nullū determinatorū: & ratiōe manifestū est qđ impossibile est: oportet em̄ vtraq; vtrūq; esse: vt amphorā vas: & vinū esse vinū. vinū autē vinum & amphorā: si contingit qđē ipsum in seipso esse; quare siquidē maxime in alterutris esset: amphora quidē acciperet vinum: nō secundū quod ipsa vinū est: sed inquantū illud vinū est: & vinū inerit in amphora: nō inquantū amphora ipsum est: sed secūdū quod illa amphora est. Igiſ secundū qd esse quod alterū sit manifestū est: alia nāq; ratio est eius, quod est in quo: & alia illius quod est in hoc.

Et nō inuenim⁹ aliqd esse in se aliquo modo eorū quos determinauim⁹: cū ꝓcesserim⁹ via inductiōis: & declarabit etiā ex diffinitiōe qđ hoc est impossibile: secūdū em̄ istū sermonē erūt ambo vtrūq;. Verbi gra, qm̄ doliū erit vas & vinū: & vinū erit doliū: sed sic possibile aliqd p se esse in se: si igit est possibile aliquo modo vt alterū eorū sit in reliquo: doliū erit recipiens vinū nō secundū quod doliū est vinū, sed secūdū qđ vinū est vinū: & vinū erit in dolio nō secundū quod doliū est vinū:

E Ex isto textu & sequenti sumiſ qđ nihil est in seipso.

&d

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed secundum quod dolium est dolium. Declaratum est igi-
tur quod hæ duæ intentiones sunt diuersæ in esse: diffinitio eñ
eius in quo est res est alia a diffinitione illius in quo est.

26 Cū declarauit ꝙ impossibile est dicere aliquid esse in se: scd'm hoc
quod significat aquam esse in vase: incepit declarare ꝙ impossibile est
aliquid esse in aliquo. Et dixit. non inuenimus aliquid esse in se &c.
i. & cum nos induximus omnes modos scd'm quos dicitur aliquid esse
in alio erim' certi: ꝙ nihil est quod dicitur esse in se. D. narrauit. & hoc
etiam apparet alio modo ab inductione magis certe. s. scd'm diffinitio
nem. Et dixit. & declarabit etiā scd'm diffinitionē &c i. & declara-
bitur etiā scd'm diffinitionē rei quæ inuenitur in aliquo & diffinitionē
rei in qua inuenit: qđ est impossibile vt aliquid sit in se: scd'm enim hoc
aliquid. s. esse in se illud quod est in aliquo: & illud in quo est aliquid
vtrūq; est reliquū: adeo ꝙ diffinitio vtriusq; est diffinitio reliqui: & est
manifestū necessario quod diffinitiones eorū diuersantur. D. d. v. g.
vt doliū sit vas & vinū &c. i. v. g. quoniā cōtingit dicere quod aliquid
sit in se: vt vas in quo est vinū sit vas & vinū insimul: & vinum sit vas
& vinū insimul: qđ est impossibile. D. d. si igit est impossibile alio mo-
do &c. i. qm̄ si aliquid per se: oportet vt nō recipiat illud nisi scd'm ꝙ
diffinitiones eorū sunt diuerse. v. g. qm̄ dolium non recipit vinum nisi
secundum ꝙ vinum est vinum: non scd'm qđ est dolium: & vinum est
in dolio non scd'm qđ dolium est vinum: sed scd'm ꝙ dolium est dolium.

F At vero neq; scd'm accidens cōtingit: simul aūt duo corpo-
ra in eodem erunt: ipsa quoq; amphora in seipsa erit si cuius
natura receptiua est: hoc contingit in seipso esse: & adhuc illud
cuius receptiuū est: vt si vinū vini. Neq; etiā est possibile vt
sit per accidēs: cōtingit eñ ex hoc vt duo insimul sint in eodē:
dolium enim erit in se, si illud cuius natura est recipiens fuerit
in se. possibile est igitur vt aliquid sit in se: & etiam illud quod
recipit. v. g. quoniam illud quod recipit vinum est vinum.

27 Dicit. & impossibile est vt aliquid recipiat se per se aliquod accidēs
sibi: nisi ponat ipm recipere se essentialiter. vt declaratū est prius. cōsin
git enim ex hoc vt recipiat in se duo insimul: qm̄ si fuerit aliquid qđ ha
beat naturam: vt recipiat se per accidēs in se: possibile est vt recipiat ꝑ
accidēs illud qđ est in eo: quēadmodū si recipit se essentialiter recipiet
aliud in se. & sic dolium recipiet vinū & se insimul aliqua hora. ergo
dolium erit dolium & vinum insimul & adunabuntur: quoniam quan-
do aliquid receperit in se essentiam alicuius adunabuntur duæ essentiæ
necessario: & sic res recipiet se: quod est impossibile: siue hoc fuerit po-
situ essentialiter aut accidentaliter id est in aliqua dispositione. Hæc
est intentio istius capituli: & debet legi sic, quoniam dolium & illud ꝙ
recipitur est vinum: quoniam ist inuenitur aliquid cuius natura reci-
pit accidens per se: & possibile est vt aliquid sit in se: & etiam illud qđ
recipit: & sic contingit primum impossibile: quod est aliquid recipere
se. V. g. quoniam recipiēs erit vinum: quod est impossibile.

Hic videtur cō. dicere qđ impoſſe est rē recipe re se siue ꝑ se siue ꝑ ac/

Quod

Quod igitur impossibile sit in ipso aliquid esse primo ma-
nifestū est: quod autē zeno opposuit ꝙ si locus est aliquid in
aliquo erit solucre non difficile erit: nihil aūt prohibet quidem
in aliquo primo esse locum: non tamen in illo sicut in loco: sed
sicut sanitas quidem in calidis: vt habitus: color autē in corpo
re est sicut passio: quare non necesse est in infinitum abire.

Manifestum est igitur quod impossibile est: vt aliquid sit
in se principaliter. Zeno autem ponebat quæstionem hoc mo
do: & dixit: si locus est aliquid: necesse est vt sit in aliquo: ergo
locus non est. Et dissolutio illius non est difficilis: quoniam
nihil prohibet: vt locus qui dicitur primo sit in alio: sed non
secundum quod sanitas est in rebus calidis secundum formā:
& calidum in corpore secundum positionem: & corpus in lo
co secūdū vas: & non sequitur ex hoc processus in infinitum. 28

Cum declarauit secundum quot modos dicitur aliquid esse in ali-
quo essentialiter: potuit dissolnere ex hoc. & opinibe eius in loco quæ
stionem zenonis: & similiter sermonem dictum locum esse materiā:
aut formam. Et dixit. zeno vero &c. id est, zeno vero negabat locū
esse hoc modo: dicebat enim quoniam si locus est: necesse est: vt sit in
aliquo: & omne quod est in aliquo est in loco: ergo locus est in loco.
Deinde reuertetur interrogatio de hoc loco secundo: & sequitur: vt
sit in loco tertio: sic in infinitum: et sic inuenientur loca in actu infinita:
& cum hoc est impossibile: sequitur quod locus non sit. Deinde in-
cepit dissoluere hanc quæstionem: & dixit: & dissolutio illius non est
difficilis &c. id est, quoniā propositio dicens: quod locus est in aliquo
est vera de primo loco scilicet de primo corpore contento: & hoc intē
debat cum dixit principaliter: sed dicere locum esse in aliquo: non est
idem quod dicere corpus esse in loco: & aquam in vase: vt post decla-
rabitur de loco. Deinde dicit sed sicut sanitas est in rebus calidis &c.
id est, sed locū esse in aliquo est sicut in subiecto. Verbi gratia sicut sa-
nitas in temperantia calidi cum frigido: & sicut calidum et frigidum in
corpore: corpus vero in loco est sicut aqua in vase: termin' igitur me-
dius quo zeno vtebatur in syllogismo non est vnus: ergo non sequitur
ex eo illud quod existimauit sequi scilicet loca esse infinita: & hoc in-
tendebat cum dixit: & non sequitur ex hoc procedi in infinitum. Et
ista solutio est possibilis secundum Aristotelem dicētem quod locus
est superficies corporis continentis. Superficies enim est forma in cor
pore: qui vero ponit locum esse dimensiones existentes in quibus di-
sponitur locatum nō potest euadere a quæstione zenonis: & ideo hoc
est vnum eorum: quibus vtitur in destructione istius opinionis scilicet
dicentis locum esse inane & vacuum: quod est inter species vasis non
ipse superficies vasis: sed qui ponit locum esse in corpore & omne cor
pus est in loco: contingit et necessario corpora esse infinita in actu: aut
ponere quod corpus continens eorum non est in loco essentialiter, &
hæc est opinio Aristotelis.

Illud

cidens. Sed vide oppoſitū de intel-lectu. t. c. 8. 3. de anima.

G Locum esse in aliquo ē sicut forma in subiecto.

Documentum.

Illud autem manifestum est: quia quoniam nihil est vas eius, quod est in ipso: alterū enim primo: & quod est: & in quo est: non erit vtiq; materia: neq; species locus: sed alterum. illius enim aliquid hoc vtrūq; est: & materia, & forma.

Et manifestum est: q̄ cum vas non est illud quod est in eo: non illud quod dicitur principaliter est aliud ab eo quod est in eo: locus non est materia: neq; forma: sed aliud. hæc enim duo sunt ex re existente in eis. scilicet materia & forma.

Cum etiā declarauit q̄ impossibile est: vt aliquid sit in se principaliter. 29 primo & essentialr: & aliquid esse in loco dicitur sicut aqua dicitur esse in vase: incepit declarare qm̄ cōtingit ex hoc vt non sit forma: nec materia. Et dixit: & est manifestum &c. 1. & est manifestū per se: quia cum dicitur aliquid esse in loco est sicut dicere aquā est in vase: & vas nō est aliquid ex eo quod est in eo: sed aliud: manifestum est quod locus non est aliquid ex illo quod est in eo: sed aliud cum sit declaratum quod illud quod dicitur esse in loco essentialiter: & primo est aliud ab illo quod dicitur esse in eo: ergo locus nō est materia: neq; forma: materia enim & forma vtrāq; est pars rei quæ dicitur esse in eis scilicet corpus compositum ex forma & materia. Et compositio istius sermonis est in secunda figura sic: locus non est pars locati: & forma & materia sunt pars locati: ergo locus non est forma neq; materia.

In quo accedit ad determinandum veritatem de loco &c. CAP. IIII.

A Haec igitur sunt opposita: quid autem forte sit locus hinc vtiq; fiet manifestum: accipiamus autē de illo quæcūq; videntur vere secundum ipsum inesse ipsi. Dignum igitur est locum esse primū. quidem continens illud cuius locus est: & nihil rei esse amplius primum: neque minorem: neque maiorem esse: adhuc neque deficere vnicuique: & separabilem esse: adhuc autem omnem locum habere sursum & deorsum: & fieri natura: & manere in propriis locis vnūquodq; corporum. hoc autem facere: aut sursum: aut deorsum.

Tantum igitur accidit in hoc de quæstione: locus verò quid sit: hoc modo apparebit: & accipiamus de illo ab eis quæ existimantur re vera esse ei essentialiter. Dicamus igitur quod omnes conueniunt in hoc quod locus primo continet illud: cuius est locus: & non est aliquid illius. & post quod primus locus non est maius: aut minus illo: & etiā non est extra aliquod singularium: & separatur ab eo: & cum hoc est omne: de quo dicitur superius & inferius. & vnum quodque corporum mālis fertur naturaliter ad illud: & figitur in suo loco proprio. & hoc

est hoc: aut superius: aut inferius.

Cum cōpleuit sermones famosos: ex quibus apparet locū esse: & 39
sermones qui faciūt dubitare in suo esse: & dissoluit quasdā alias
dubitationes incepit cōsiderare de natura eius ex rebus essentia B
libus ei quæ sunt manifeste per se: ex talibus potest aliquis scire subsā Illa q̄ cōpe
tiā eius: & soluere omnes quæstiones accidentes in eo. illa vero quæ in- tūt loco es
uenimtur in loco essentialiter & primo sunt sicut dixit quinq;. Pri- sentialr sūt
mum vero est q̄ locus continet locatum: ita q̄ nō est aliquid de loco: quinq;.
& in hoc differt a forma: forma enim & si cōtinet tamē nō est aliud a locato: & in hoc differt a vacuo: vacuum enim non cōtinet. Secundū aūt est: qm̄ locus est æqualis locato. Tertium vero est: qm̄ locus separatur a locato: & in hoc etiā differt a materia & forma: & hoc indebat cū dixit. & ē est extra quodcūq; singulariū: & separat ab eis. Et in lib. Alex. habetur loco istius: & etiā nō est extra aliqd singulariū: & est separatū: & hoc est magis verū: sed nō est notum per se de loco. aūt est: qm̄ dicūt locū esse vacuū separant locū a locato: & remanet locus in actu. & Alex. exponit hūc locū: q̄a Aristot. intēdebat q̄ locus nō excedit locatum: & exponit ipsum etiā secundū suū modum. & dicit. q̄ nō accidit ei hoc qd̄ dixim⁹. s. q̄ nō est notū p se de loco. Quæ aūt vero est: qm̄ differentiæ loci sunt superius & inferius: & in hoc differt a vacuo in vacuo enim non est superius: neq; inferius naturaliter. C
Quintū vero est: qm̄ locus est illud ad quod transfertur locatum naturaliter: & q̄ ista trālatio est quorūdam corporū superius: & quorūdam inferius: & hoc etiam demonstrat q̄ nō est vacuū: & hoc intēdebat cū dixit: & facit hoc. i. facit translationem: ita q̄ est causa finali. ei.

Suppositis autem his reliqua considerāda sunt: oportet autem tentare intentionem sic fieri: vt quicquid sit reddatur: & quæcunq; opponuntur soluantur. & quæ videntur loco inesse inerant. & amplius discholiæ causa & oppositorum ipsorum erit manifesta. sic em̄ vtiq; pulcherrime demōstrat vnūqdq;.

Oportet igitur nos ponere considerationem de cæteris: ita quod ista sint posita nobis: & oportet nos quærere: vt perscrutatio nostra sit talis: vt per illam compleatur locus quid sit. ita quod omnes quæstiones dissoluantur: & illa quæ existimantur esse ei sint. & apparet cum hoc causa difficultatis eius: & in quæstionibus accidentibus in eo. hoc igitur modo declarabitur sua diffinitio melius.

Cum declarauit quod oportet ponere principium perscrutationis de loco: a principijs notis naturaliter: deinde cum numerauit illa incepit declarare. cuiusmodi oportet esse diffinitionem quam nititur dare de loco ex istis reb⁹: cum hoc enim quod diffinitio dat quidditatem loco: debet habere tria ꝓpria. Quorum vnum est: vt per illam dissoluā tur quæstiones accidentes in eo. Secundum vero vt per illam appareat causa esse rerum existentium in loco per sensum. scilicet causa omnium accidentium sensibilium in eo. diffinitiones enim complete in-

Quæ & q̄t sunt ꝓprie diffinitiōis alicuius.

Diffinitiones q̄ dant qdditatem debēt habere tria ꝓpria. vide primo. de 31.

D

aia. 11.2. de aia. 12.26. 4.cc.2.

Et primo de aia. cō. 25.

natæ sunt reddere causam omnium accidentium existentium in re: sed non conuertitur. scilicet qm̃ non omne ex quo redduntur causæ accidentium est vera diffinitio & ideo existimatur quod hæc est regula destruens diffinitiones non verificans. Et hoc intendebat cum dixit: & illa quæ existimant esse in eo sunt. scilicet de causis apparentiũ. Verium vero proprium est vt ex diffinitione data appareat difficultas accidens in hoc. Et hoc est proprium diffinitionibus rerum difficilium diffiniri: & ista tria necessaria sunt in diffinitione quærẽda in hoc loco: qm̃ si vnũ eorũ diminuitur: aut omnino nõ erit diffinitio: aut si erit nõ erit perfecta: & ideo dixit: hoc ergo modo &c. i. qm̃ p̃scrutando & sciendo diffinitiõe & sciendo illa declarabitur quid sit locus: bene & p̃fecte.

Nõ q̃rere locꝰ nisi motus aliquis esset secꝺm locum.

B

Eorũ q̃ per accñs mouent aliq̃

F

p̃ se moueri possunt alia vero minime &c.

G

Primum igitur oportet intelligere quod non quæreretur locus, nisi motus aliquis esset secundum locum: propter hoc enim & cælum maxime in loco opinamur: quia semper est in motu. huius autem aliud quidem est loci mutatio: aliud vero augmentum & decrementum: & nãq; in augmento & decremento transmutatur: & quod prius erat hic iterum transmutatum est in maius aut minus. Est autem quod mouetur quidem per seipsum actu: aliud vero secundum accidens ipsum: aut quod secundum accidens est: alia quidem sunt contingentia moueri per se: vt partes corporis & in naui clauus: alia vero non contingentia: sed simpliciter secundum accidens: vt albedo: & scientia: hæ enim sic transmutant locum: quia id in quo sunt transmutatur.

Dicamus igitur quoniam sciendum est primo: quod locus non esset perscrutandum de illo si motus non esset in loco: propter hoc enim existimamus cælum proprie esse in loco: quia est semper in motu. & iste motus alius est translatio: & alius augmentum & diminutio. res enim transmutatur secundum augmentum & diminuttonem. Illud igitur quod hic erat trãslatum attribuitur ad vbi minus aut maius. motum autẽ aliud mouetur per se: & aliud mouetur per accidens: & illud quod mouetur per accidens aliud est quod potest moueri per se. verbi gratia. membra hois & clauus in naui: & aliud non potest: sed semp mouet per accidẽs. Verbi gratia. albedo & cognitio: ista enim nõ mutãt sua loca: nisi qa illa in quib⁹ sunt trãsferuntur.

32

a Motꝰ est notior quiete nam motꝰ

H

tus est habitꝰ: & quies est priuatio ex q̃ vr habitum non

1

tiorẽ esse priuatione. Sed vide in stantiam. 8. ph. c. 27. Com. 43.

Translatio fecit cognoscere holes locum esse. idem supra cõ. 3. & infra. 38. 61.

Pars quando diuidit a toto & sit totum p̃ se moueri. Idem. 5.

L

ph. c. prio

M

Accidentia & vlr oia q̃ sunt i subiãtia sicut forma i subiecto impossibile est vt p̃ se moueri possint Idem. 5. ph. cõ. primo. & 6. phy. cõ. 86.

Cũ incepit p̃scrutari de diffõne loci: incepit dicere prio illud qd̃ mouet holes ad credẽdũ locũ esse. & est motꝰ localis. Et sic dixit. p̃prie motus & nõ q̃ere. licet vtrũq; signet locũ esse. q̃a motꝰ a est notior quiete: eo enim est priuatio: & motꝰ habitꝰ. & dixit dicam⁹ igit &c. i. scit dũ est ergo q̃ cã in hoc q̃ holes credũt q̃ locꝰ est vnũ entiũ de q̃bus p̃scrutandũ est: est motus rei. Loco, si hoc nõ esset nõ p̃ciperẽt ipm cẽ. D. d. propter hoc enim &c. i. qm̃ propter hoc q̃ celũ mouetur: existimatur qd̃ sequitur ex hoc: vt sit in loco: & dixit hoc. quia celũ habere locũ latet: existimatur cm̃ q̃ illud qd̃ mouet in loco debet mutare locũ secꝺm totũ: & celũ murat locũ secꝺm totũ. & ideo opinatus est Auic. q̃ nõ habet motũ in loco: & ponere q̃ mouet secꝺm partes, & modo mouetur secꝺm totũ est inopinabile. & ideo zeno negauit ipsum moueri vt post dicemus. Et cũ declarauit quod trãslatio fecit holes percipere locũ esse: declarauit modos trãslationis faciẽtis hoc: & dixit. & iste modus alius est &c. i. illud quod erat translatũ &c. i. attribuitur ad vbi magnũ & paruũ: & in quibusdam libris in loco attribuitur transferẽ. Et in, dixit hoc: quia hoc etiã debet præponi cognitioni de loco. s. quoniam locus alius est maior & alius æqualis: & qd̃ ipsum existere in maiori est ꝓpter suã existẽtiã in minori. s. in æquali: vt dictũ est. & secꝺm hoc vocauit æqualẽ minorẽ. locus cm̃ impossibile est vt sit minor locato.

Aut intendebat augmentũ & diminutionẽ in exẽplari aialis: augmentabile mouetur ad maiorẽ locum: & diminutũ ad minorẽ locũ. Et cũ declarauit q̃ motũ & motus fecerũt holes percipere locũ esse declarauit numerũ modorũ mobiliũ vt distinguat ex eis illũ modũ qui fecit homines percipere locũ esse essentialiter. & dixit. & motũ aliud mouetur per se &c. & intẽdebat per hoc innuere q̃ motũ quod de necessitate habet locũ esse motũ essentialiter. & q̃ hoc fecit holes pcipere locũ esse.

D. d. illud qd̃ mouetur per accidẽs &c. i. qm̃ membrũ qñ diuiditur a corpore potest moueri per se quiescente corpore. qñ aũt mouet per motũ totius corporis mouet per accidẽs. & sic q̃ clauus in naui mouet ꝑ motũ nauis mouet per accidẽs: & qñ mouet diuisim a naui mouetur p̃ se: & iste modus moti per accidẽs est pars cui attribuitur motus propter hoc qd̃ attribuitur toti: qm̃ id qd̃ mouet per accidens est duobus modis: sicut dixit. Vnus vero est vt motus attribuatur parti propter hoc q̃ attribuitur toti: & istud motũ per accidens potest moueri essentialiter: qm̃ pars diuiditur a toto: & sit totũ per se. Secũdus vero est: vt motus attribuatur accidenti rei mote: vt cũ attribuitur albedini & nigredini: & tale motum per accidẽs impossibile est: vt moueatur in aliqua hora per se: cũ accidentia & vniuersaliter omnia quæ sunt in subiãtia nõ possint separari: & ista dispositio est omniũ formarũ quæ existunt in subiecto: & fuit dictũ de hoc modo moueri per accidens sicut dixit. quoniam ista nõ dicunt mutare locũ & moueri: nisi quia illud in quo sunt murat locum per se: & transfertur sicut pars transfertur per translationem totius: & albedo per translationem corporis.

Quoniam autem dicimus esse sicut in loco in cælo: quia in aere: hoc autem in cælo est: in aere autem non omni: sed propter vltimum ipsius: & continens in aere esse dicimus: si enim omnis aer locus non æqualis erit vniuscuiusq; locus & vnius quodq; locatum. videtur autem huiusmodi primõ: in quo est.

Et dicimus aliquid esse in cælo: intendendo ipsum esse in loco: quia est in aere: & aer est in cælo: & dicimus ipsum esse in aere: nõ qa est in toto aere; sed qa vltimũ eius: & illud qd̃ cõtinet

ipsum est in aere: & si totus aer esset locus eius: tunc locus cuiuslibet: & quodlibet non essent æqualia: & hoc existimatur: & hæc est dispositio primi loci: in quo est res.

33 Vult declarare quid sit locus: ex illis principijs manifestis per se: & incepit in hoc etiã a principio manifesto per se: & est quoniã locus alius N est primus: & alius secundus: & res est in secundo: quia est in primo.

Et dixit: & qñ̃ dicim⁹ &c.i. & est manifestũ p se de loco: qñ̃ qñ̃ dicimus aliquid esse in cælo. i. in mundo: quia est in aere mũdi: & est in aere: quia est in vltimo fine cõtinẽte ipm. Et cum posuit q̃ finis aeris: alia est propria rei q̃ dicit esse in aere: & alia est cõis q̃ continet ipsum: & aliud. V.g. finis totius aeris incepit declarare q̃ ex quibusdam alijs propositionibus sequitur vt locus nõ sit finis cõis. s. ex propositione dicẽte q̃ locus debet esse æqualis: & dixit: & si totus aer &c.i. & si totus aer esset primus locus rei quæ dicit esse in aere: tunc locus rei & res q̃ est in eo: nõ essent æquales. sed existimat hoc esse necesse. s. locum & locatũ esse æqualia: & hoc intẽdebat cũ dixit: & existimat. i. & ficitur necessario. Et forte vocauit existimationẽ hæc: quia est de genere propositionũ quæ declarat per modicã persuasionẽ. Et forte fecit hoc: quia istis propositionibus accidit qd̃ sunt famosæ: cum hoc q̃ fuerunt necessariæ: & multotiens fecit hoc. Ari. Et compositio istius sermonis est sic in secunda figura. Primus locus est æqualis. Et aer secundum totum non est æqualis. ergo aer non est primus locus. Deinde dixit & ista est dispositio primi loci: in quo est res: ideſt & æqualitas est dispositio primi loci qui est vltimi finis aeris continentis locatum: ex quo sequitur vt ista vltima sint locus non vltima communia.

P Et compositio istius sermonis est ex duabus affirmatiuis in figura secunda: & forte fecit hoc: quia locum esse æqualem locato est proprium loco: & quando conuersio in talibus ꝓpositionibus est manifesta per se: possibile est enim in demonstrationibus: quoniam tunc potest reuerti ad primam figurã: qñ̃ cum tales propositiones cõponuntur in prima figura: tunc maior propositio erit prædicabilis nõ scd̃m materiam: & ideo componitur in secũda figura. Sed forte cõuersio in hoc nõ est manifesta per se: existimatur etiã. q̃ inane qd̃ est inter vltimos fines aeris est etiã æquale: & ideo inducit post alia principia ex quibus declarat q̃ non est inane & scd̃m hoc cum dixit: & ista est dispositio primi loci: non intendit declarare q̃ primus locus scilicet vltimus finis aeris est locus in rei veritate: sed intendebat declarare q̃ qui ponunt locũ vltimum finem concedit ei hæc propositio scilicet dicens locum esse æqualem, & non negat ei sicut accidit dicentibus locum esse totum rem: & intendebat per hoc notificare quod illa omnia principia nõ cõceduntur omnia nisi ponentibus locum esse vltimum finem aeris: & cõtinentem locatum.

Cum quidẽ igitur nõ diuisum sit cõtinens: sed continuum sicut in loco nõ dicitur in illo: sed sicut pars in toto. cũ vero diuisum sit & cõtactũ: in primo quodam est vltimo cõtinẽtis: q̃ neq̃ pars est ipsius quod est in ipso: neq̃ maius distantia: sed

æquales

æquale: in eodem enim vltima contingentia. & cum continuum sit in illo mouetur: sed cum illo: diuisum autem in illo: & siue moueatur cõtinens: siue non: nihil minus. Amplius cũ non diuisum sit: sicut pars in toto: dicitur: sicut in oculo visus: & in corpore manus: cum autem diuisum est: vt in cado aqua: & in scypho vinum: manus enim corpore mouetur: aqua autem in cado.

Cum igitur continens non fuerit diuisum: sed continuum: nõ dicemus quod illud est in eo: sicut aliquid est in loco: sed sicut pars in toto: & cum fuerit diuisum: sed continens: tunc est in vltimo continentis: sicut aliquid est in primo loco, & hoc non est pars illius in quo est qd̃ est in eo. neq̃ maius: sed æquale: quoniam vltima contingentia sunt in eadem dispositione. & cum fuerit continuum: tunc motus eius non erit in eo. sed cũ eo cũ fuerit diuisum mouet in eo: & n õmouetur cũ eo: nisi cõtinẽs moueat: qd̃ nõ dicũt: & si nõ mouet & etiã cũ fuerit diuisum dicetur ipsum esse quasi pars in toto. V.g. quoniã visus est in oculo & manus in corpore: cum fuerit diuisum erit sicut aqua in scypho: & vinum in dolio: man⁹ enim mouetur cum corpore: & aqua in scypho.

Cum declarauit q̃ loc⁹ impossibile est: vt sit finis cõis locato & alij: 34
qm̃ locus est æqualis: & finis cõis nõ est æqualis: incepit declarare etiã q̃ iste finis qui existimatur esse locus. s. continens & æqualis nõ est forma: neq̃ aliquod continuũ cũ illo quod est in eo: sicut est dispositio in parte cũ toto: & intendebat distinguere q̃ hoc inter locatũ esse in corpore: quod est vbi eius: & inter partẽ esse in toto: & hoc q̃ prius posuit: quoniã aliquid esse in loco est sicut aquam esse in vase. Et dixit: cum igitur continens &c.i. & cum posuerimus q̃ locus est continens. & continens est duobus modis: aut cõtinuum cum locato: aut diuisum ab eo: sed continens cum posuerimus q̃ locus est continens continuũ, V.g. superficies corporis tunc illud corpus non erit in illo continenti sicut aqua in vase: & si sit verum: tunc ipsum esse æquale: sed est quasi pars in toto: & iam diximus q̃ locus non est talis: & cum continẽs fuerit diuisum & contingens tunc dicetur q̃ locatum est sicut aqua in vase: & qd̃ est æquale. Continens igitur dicitur de tribus de fine contingenti: & de nõ contingenti: & de forma: & æqualitas fallitur in fine nõ contingenti: & est vera de contingenti: & dicere aliquid esse in loco sicut aqua in vase: est verum de fine contingenti: & nõ cõtingenti: & fallitur in forma: & facit differentiam inter locatum esse in corpore qd̃ est suum vbi: & inter partem esse in toto: ergo id de quo vere dicuntur ista tria principia est finis cõtingẽs: & cõtinẽs fallit de inani: q̃ est inter superficies vasis contingẽtes aquã: qd̃ imaginatur esse locus apud dicentes vacuũ esse: ergo hæc tria ꝓpria nõ vere dicunt nisi de fine cõtinẽti

R Continens dicitur de tribus.

Et forte illud q̃ cõgregal ex eis est ꝓpriũ fini cõtingẽti: & cõuertit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de illo: ita qđ conclusio sit talis: locus est cōtinēs & æqualis: & res est in eo sicut aqua in scypho: & qđ habet istas tres dispositiones est finis contingens: ergo locus est finis contingens: & ideo dixit post.

SAm igitur manifestū ex his qđ est locꝰ: forte autē quatuor sunt quorū necesse est vnū locū aliquod esse: aut eīm materia est: aut forma: aut spaciū aliquod mediū in medio extremorū: aut extrema: si nō est vllū spaciū extra facti corporis magnitudinē: horū aūt qꝫ nō cōtingat tria esse manifestū est: sed propter id qđ cōtinet videt forma esse: in eodē enim sunt extrema cōtinētis & cōtēti sunt qdē eīm vtraqꝫ termini: sed nō eiusdē: sed species quidē rei: locus autem continentis corporis.

T In eodē sūt extrema cō tinentis & contenti.

Apparet igitur ex hoc: quid sit locus. sunt enim quatuor: quorum locus dignior est vt sit aliquis eorum: est enim aut forma aut materia: aut aliqua dimēsio inter fines: aut finis: si nulla est dimensio præter dimensiones corporis quod est in re. & manifestum est quod impossibile est vt locus sit aliquod istorum: sed propter continentiā videtur esse forma: fines enim continētes & contenti sunt insimul: dicamus igitur qm̄ sunt ambæ fines sed non fines eiusdem: sed forma est finis eius quod continetur: locus vero est finis corporis continentis.

35 V Dicit. Apparet igitur ex pdictis & ex hoc quod dicā qđ sit locus. locus enim si est necesse vt sit vnū quatuor. ſ. aut materia: aut forma: aut ioane: aut dimensio quæ est inter superficies vasis: & hoc intēdebat cū dixit: aut dimēsio inter fines, id est inter superficies cōtinentes locatū. aut vt locus sit ipse superficies continentes. D. d. si nulla fuerit dimēsio &c. t. si non fuerint hic dimensiones tres separate, id est existētes per se: præter dimensiones corporis locati: dicentes enim locum esse vacuum dicunt tres dimensiones esse non in subiecto in quibus subsiciuntur dimensiones corporis. Deinde dixit & manifestum est &c. & intendit per tria. formam: & materiam: & dimensiones quæ dicuntur vacuum: & ipse intēdit declarare etiā cum destructione vnius cuiusqꝫ istorum trium similitudinem inter vnumquodqꝫ eorum: & locum: & vnūquodqꝫ nō existimatur locum esse: & incepit dare causam ex qua existimaī quod locꝰ est forma: & dixit: sed propter cōtinētiā &c. i. sed propter hoc qđ locus existimaī cōtinere: & forma existimaī cōtinere etiā. ſ. superficies corporis locati: qa dicit in diffinitione corporis qđ est illud qđ continet ab vna superficie, aut

X Continere loci & formę differūt.

superficiebus. Deinde incepit dare differentiam inter hunc finem. & finem qui est locus. & dixit. dicamus igitur &c. id est quoniam superficies corporis continentis & superficies corporis contenti licet conueniant quod sunt finis & superficies & continens: tamen non sunt finis eiusdem: quoniam forma est finis corporis & eius terminus: locus autē est finis corporis continentis corpus habens formam.

Sed

Sed ex eo qꝫ mutatur multotiēs manēte cōtinēte cōtentum & diuisum: vt ex vase aqua ipsum mediū esse aliquod videtur spaciū: tanquā aliquid sit præter corpus quod distat: hoc autē non est: sed contingens incidit corpus eorum quæ distant, & quæ se tangere apta nata sunt.

Et propter hoc qꝫ contentū diuisum multotiens continēte mutatur permanēte. Verbi gratia, aqua in vase, existimatur qꝫ est aliqua dimensio inter fines, & qꝫ est aliquid præter corpus quod trāsfertur, & nihil est hic tale: sed cadit in ipsum quodlibet corpus quodcūqꝫ corpus sit corporū quæ trāsferūtur, & nihil est hic tale, & innata sunt tangi.

36 Y Cū declarauit qđ locus nō est forma neqꝫ materia, & dedit; similitudinē ex qua apparet qđ locus est forma, & dissoluit illā: incepit dare similitudinē ex qua apparet etiā qꝫ locus est dimēsio quæ est inter superficies corporis cōtinētis extranei. Verbi gratia, dimēsio quæ est inter superficies vasis, ista enim est opinio magis apparēs: qm̄ primū non est qꝫ aliquid esse in loco est sicut aqua in scypho. sed vtrū locus sit superficies scyphi: aut inane qđ intelligitur inter superficies scyphi habet pertransmutationē, videtur enim qđ significatio vulgaris huius prepositionis in quādo dicit aliud esse in loco: est circa vacuū: qđ vulgus intelligit in vase, & si fuerit demonstratū qđ nihil est vacuum: tūc locus necessario erit cōtinens extraneū: sed quia vulgus nō percepit hoc nō posuit hāc significationē huius prepositionis in, & ideo ista opinio est valde apparēs. Incepit igitur declarare similitudinē sicut diximus: quę facit homines credere locū esse vacuū scilicet tres dimēsiones quæ intelligūtur in vase extra subiectum. Et dixit, & quia contentū &c. id est, & quia corpus quod continet fines cōtinens qui est locus in rei veritate trāsfertur quādoqꝫ sine mānēte nō trāsmutabili in quibusdā rebus p trāslationē corporis: vt accidit aquę quādo trāsfertur a scypho scilicet quādo superficies scyphi permanet sicut erat quādo aqua erat in eo, & existimatur qđ locus est tale scilicet qđ nō trāsfertur per trālationē locati: ideo existimatur qđ locus est vacuū, & dimēsio quæ est inter superficies corporis continētis locatū, & adiuuat etiā hāc existimationē hoc qđ quādo aer exit a vase nullū corpus remanet inter superficies vasis: sicut dicit Ari. post. Deinde incepit cōtradicere huic opinioni, & dixit, & nihil est hic tale &c. id est, & nō sunt hic dimensiones separatæ in vase quæ remanēt vacue posito corpus separatur ab eis, sed cū aliqđ corpus separatur a vase statim cadit in ipsum aliquod corpus quodcūqꝫ sit aut aer aut aqua, & non est hic corpus quod separaī a corpore: ita qđ inter illa sit nō corpꝰ: sed oīa corpora tāgunt se. & nō diuidūtur abinuicē, & hoc apparet de cāteplora, & de alijs qꝫ dixit. Et dicit qꝫ si esset hic dimēsiones i quas caderet corpꝰ locatū cōtigeretve quibet locꝰ esset locꝰ cuiuslibet corporis, & sic ignis nō esset sphā superiori, & terra inferiori. Et cā in hoc est: qm̄ a dimēsionibus abstractis & vacuo nō sūt differētię qbꝰ diuersant: sed natura earū

a In dimēsionibus abstractis & vacuo non sunt differētiæ quibus diuersantur sed natura earū est cōsimilis, idē infra cō. 42.

r 4 est

B est cõsimilis:sines b autẽ corporum diuersantur secũdũ diuersitatẽ naturarũ corporũ,& in eis inuenitur superius & inferius: c & omnia corpora mouentur ad sua vltima propria vt perficiãtur per illa, & vt tangant illa.

b Fines corporũ diuersantur secũdũ diuersitatẽ naturarũ corporũ Idem.1.

Si autẽ aliquod esset spacium aptum natum, & manens in ipso, infiniti vtiq; essent loci:distãte enim aere & aqua idẽ faciet partes omnes in toto:quod nõc omnis aqua in vase:simul autem & locus erit mutandus:quare erit loci alius locus, & multi loci simul erũt:nõ est autẽ alius locus partis:in quo mouetur cum totum vas transmutatur:sed idem:in quod enim est mutatur aer & aqua aut partes aquæ:sed non in quo fiũt loco:quia pars est loci:qui est locus totius cæli.

C

ca. de substãtia or. 1. cæli. 72. 3. cc. 6. &. 72.

c Oia corpora mouẽtur ad sua vltima propria vt perficiantẽ per illa, & vt tãgant illa. Idẽ.1.ce. cõ. &.2. 24 idẽ hic itra cõ. 42. 43. &. 48. & cõ. 69.

Ei si esset aliqua dimẽsio naturata permanens in eadẽ dispositione:tũc loca essent infinita:aqua enim & aer quãdo trãsfertur partes faciũt in toto, ꝙ aqua tota facit in vase, & cũ hoc locus erit trãslatũ, & sic locus etiã habebit alium locum, & erunt multa loca insimul, & locus partis in quo mouetur quãdo trãsfertur totũ vas nõ est alius locus:sed idem:locus enim in quo est aer & aqua, & partes aquæ est ille qui trãsfertur:nõ quia venit in illũ locũ:qui est pars in loco:quia est locus ex toto cælo.

Iste sunt aliæ rationes:ex quibus declarat qđ impossibile est' dimensiones esse separatas per se extra materiã & formã & omnia accidẽtia, sicut existimant dicentes vacuum esse. Et dixit, & si esset hic dimensio naturata, id est, existens per se extra subiectũ, id est, si tres dimẽsiones quibus corpus diffinitur existunt per se sine subiecto. Deinde dixit permanens in eadem dispositione, id est non transmutabilis neq; transmutabilis secũdũ qđ' existimant opinantes hoc. Deinde dixit tunc loca essent infinita &c. id est, quoniã si locus esset dimensiones abstractæ a materia:in quibus dimẽsiones corporis subiscientur contingeret loca esse infinita:cõtinget enim vt totum corpus locatũ, & partes eius sint in loco essentialiter:quoniã si locus sit tres dimensiones:in quibus subiscitur dimensiones corporis, & quælibet pars eius habet tres dimẽsiones:necesse est vt subiectio totius in loco sit admodum subiectionis partis:adeo qđ quãdo aer:aut aqua intrat in vas:subiscietur secundũ tres dimẽsiones in tribus dimẽsionibus vasis scilicet quæ sunt inanes & similiter cõtingit:vt medietas aquæ secũdũ tres suas dimẽsiones subiscíatur in tribus dimẽsionibus quæ sunt medietas dimẽsionũ primi loci, & sic de medietate medietatis, & sic proceditur in infinitũ:ex quo cõtingit loca esse infinita:cũ hoc qđ' cõtingit qđ' dimẽsiones partis subiscíuntur:etiã in dimẽsionibus in quibus totũ subiscitur, & sic erunt dimẽsiones in dimẽsionibus in infinitũ, pars enim indiget dimẽsionibus per se:in quibus existat sicut totũ existit & differt a toto:dimensiones partis quæ sunt suũ vbi:indigent existere in dimẽsionibus totius quæ sunt suũ vbi, & ita qđ' sint diuerse a dimẽsionibus totius. Et hoc intendebat cũ dixit:partes eius &c. id est, quoniã quẽadmodũ secũdum totũ aqua quæ est in vase:indiget dimẽsionibus:in quibus subiscíatur, ita partes quæ indigent dimẽsionibus in quibus subiscíatur: quæ differunt a dimẽsionibus totius:quoniã si dimẽsiones partis in quibus subiscitur essent partes dimẽsionũ:in quibus totũ subiscitur:tũc pars nõ esset in loco per se neq; totũ etiam:totũ enim etiam est pars totius corporis cõtinentis, & illud corpus alterius corporis cõtinentis:ita ꝙ sit pars totius mundi, & cõtinget in dimensionibus:in quibus subiscitur totũ:vt indigeant dimẽsionibus:in quibus subiscíatur, & ille dimẽsiones aliis dimensionibus & sic in infinitum.

37

D

Deinde induxit etiã aliud impossibile, & dixit, & cũ hoc erit trãsita tũ &c. id est, & cũ posuerimus dimẽsiones esse separatas:in quibus subiscíuntur dimẽsiones corporis:cõtinget vt locus mouetur essentialiter & indigeat loco:quoniã cũ vas trãsfertur de loco in locũ, & in eo fuerit aqua:aut aer:cõtinget necesse sicut vas secũdũ totũ mutat locũ: vt dimẽsiones in quibus est aqua in vase mutẽt locũ, & sic locus indiget loco, & cũ trãsfertur ad aliũ locũ:fient in eo aliæ dimẽsiones permanẽtes in vase quæ mouẽtur per motũ eius, & sic cõtingit vt in vase sint loca infinita:quia crescũt in vase per motũ, & totum remanet:quia aqua remanet. & similiter cõtingit etiã in partibus aquæ. Et hoc intendebat cũ dixit, & locus partis in quo mouetur quãdo trãsfertur totũ vas nõ est alius locus, & similiter partes loci, & cõtinget vt cũ eo trãsferatur dimẽsiones:in quibus subiscíatur aqua, & partes aquæ in vase & cũ trãsfertur cõtinget vt dimẽsiones quæ sunt in vase:subiscíantur in dimẽsiones:ad quas trãsfertur vas, & sic locus mouebitur per se, & erũt multa loca insimul. Deinde dixit locus enim in quo est aer &c. id est, dicimus enim secũdũ nostrã sentẽtiã ꝙ vas in quo est aer:aut aqua: aut partes aquæ est illud qđ' trãsfertur per se, & aqua existit in vno loco qui est vas:nõ quia aqua:aut partes eius trãsferũtur per se:per trãslationẽ vasis ita qđ' sint in loco qui est pars loci:ad quẽ trãsfertur totũ vas:qui est pars loci totius mũdi. Et hic sunt multa impossibilia manifestiora istis quæ sequũtur expositione dimensionũ separatarũ:ꝙ post dicet Aristo. quãdo loquetur de vacuo:sed ista impossibilia quę hic dixit:sequũtur ex positione dimẽsionis separatæ:nõ secũdũ ꝙ est dimẽsio separata:sed secũdũ qđ' ponitur locus. Et alex. dicit in hoc capitulo qđ' est valde difficile, & exponit ipsum duabus expositionibus:dixit enim qđ' cũ dixit Aris. aqua enim & aer quãdo trãsfertur &c. forte intẽdit:quũ si locus esset dimẽsio:contingeret vt partes aquæ qñ aqua trãsfertur:agerẽt illud qđ' agit aqua quæ est in vase qñ vas trãsfertur, id est, qñ dimẽsiones in quibus partes subiscíatur debẽt transferri cũ ipsis partibus sicut cõtingit si aqua esset in vase in dimẽsione:vt dimẽsio in qua est trãsferatur cũ vase, & dicit qđ' similitudo inter hæc duo quæ fecit cõsecutionẽ est:quia vtrũq; est pars totius, & pars nõ movetur per se scilicet qñ aqua quæ est in vase est pars cõgregari sicut pars aquæ trãslate est pars totius aquæ, & cũ illud qđ' contingit in vtraq; est idẽ, & vas quãdo trãsfertur, & aqua existit in eo trãsfertur cũ eo dimẽsio:in qua est aqua & cõtingit vt subiscíatur in alia dimensione, ita ũ de omnibus partib' cuiuslibet moti, & cũ ita sit:quod cũq; corpus

E

F

G prima expositio Alexãdri.

trãsfertur:necesse est vt per trãslationẽ eius trãsferãtur dimẽsiones ptiũ eius,& subijciãtur in dimẽsionibus loci ad quẽ trãsferũtur,& sic in illo loco cõgregãtur duæ dimẽsiones vni parti, & similiter de aliis partibus,& deinde quãdo secũda trãsfertur:trãsferuntur cũ vnaquæque parte duæ dimẽsiones,& subijciẽtur in tertia dimẽsiõe & sic vna pars in secũda trãslatione scilicet in secũdo loco, habebit dimẽsiones tres, & sic quãtomagis corpus mouebitur in loco:tanto magis habebit dimẽsiones,& sic vna pars habebit dimẽsiones infinitas insimul. Secunda expositio est,& est manifestior:vt dixit,& est vt cõtradicto sit de partibus corporis qd' est in vase tantũ:hoc enim manifestũ scilicet qd si locus sit dimẽsio qd' necesse est cũ aqua quæ est in vase:per trãslationem vasis trãsferatur dimẽsio quæ est in ipso:ex quo sequitur:vt aqua quę est in vase habeat loca infinita,& hoc licet dixit est manifestius licet aquã quiescere essentialiter in vase & moueri per accidẽs quã partes esse in toto hoc modo,& etiã prima ratiocinatio non sequitur nisi postquã ponitur partes moueri per accidens,& forte hoc nõ concedetur nisi post concessionem eius quod est locus esse cõtinens:qui vero ponit dimensionem quæ est inter superficies continentis esse locũ:opinatur partes esse in loco essentialiter. Et ideo videtur quod nostra positio est recta:quia est fundata super hoc quod partes sunt in loco essentialiter,& hoc sequitur ex sermone eorum, & impossibile ad qd̃ induciturest etiam manifestum:scilicet quodvnũ translatum trãsfertur in locis infinitis,& secundum hanc expositionẽ induxit aquam in vase:vt appareat quod contingit eis quod pars,debet esse in loco essentialiter:sicut aqua in vase est in loco essentialiter.

Secũda expositio eiusdem.

Laudat expositionem propriam.

Et materia autem videtur vtiq; esse locus:si in quiescẽte aliquis concederet & separato:sed continuato:sicut enim si alteretur hoc quidem vtiq; nunc album est:olim autem nigrum, & nunc quidem durum:olim autem molle:vnde dicimus aliquid esse materiam,& sic & locus per hanc quãdam videtur esse phantasiam:propter id quidem: quoniam quod erat aer: nunc hic aqua est:locus autẽ quia vbi erat aer:nũc hic est aqua.

H

Materia neq; diuisa est a re:neq; cõtinet rem.

Sed materia quidem:sicut dictum est in prioribus:neq; diuisa est a re:neq; continet rem:locus autem vtrumq;.

Et existimatur quod materia etiam est locus: quando consideratio fuerit posita secundum hoc quod in quiescente est aliquod transmutabile, absque eo quod separatur: sed remanet continuum:vt in vase,sit aqua, & non mouetur vas: & transmutatur aqua,& non est, separata a vase: sed continuum eo,& fiet aer absq; eo quod separantur:sed remanente cõtinuo,& quemadmodum in alteratione est aliquid:quod nũc est album,& prius fuit nigrum,& etiam quod nunc est durũ, & prius fuit molle:ex quo dicimus materiam esse aliquid:similiter existimamꝰ locũ esse hoc modo imaginatiõis: sed illa existimaꝰ ꝓpter hoc qd̃ illud quod fuit aer:est nũc aqua: locum vero existimamus esse:qa vbi fuit aer; illic nunc est aqua.

Et materia sicut diximus superius nõ est separata a re: neq; continens ipsam:in loco vero est vtrumq;.

Cũ posuit qd' locus videtur aliquod quatuor: & qd' nõ est aliquod triũ,scilicet forma:aut materia:aut dimensio inter vltima corporis cõtinentis: & dedit similitudines quæ faciunt existimare vnũquodq; eorum:& primo dedit similitudinem quæ facit existimare locum esse formam:& quæ facit existimare locum esse vacuum:incepit etiam dare similitudinem quæ facit existimare ipsum esse materiam.

Et dixit:& existimaꝰ materia esse locũ.i.& similitudo quæ est inter motũ translationis & motũ trãsmutationis quæ est generatio & corruptio est:quoniã virũq; indiget aliquo in quo fit transmutatio: & ideo existimatur qd' illud in quo est trãsmutatio secundum generationẽ & corruptionẽ qd' est materia fit subiectũ translationis, scilicet locus:& hoc existimatur qñ aliquod corpus transmutaꝰ in aliud in vbi quiescẽ abscp eo quod separatur ab eo: sed remanet continuũ cũ illo vbi:vt aqua quę in scypho quæ transmutatur in aerem absq; eo quod vas mouetur:& absq; eo quod aqua diuidatur a vase: quoniã subiectum istius transmutationis est indiuisum cũ vase:facit existimare ipsum esse locum.

Deinde dixit & quẽadmodũ in alteratione &c.i.& illud quod monuit nos ad credendũ materiã esse:& locũ esse:est consimile. illud enim qd' mouit ad nos credendũ materiã esse est subiectũ esse in alteratiõe: q̃ quẽadmodũ in alteratiõe:aliquod est super qd' succedunt sibi duo cõtraria. Verbi gratia,albedo & nigredo & duricies & mollicies:itaq; in aliqua hora est albũ:& in alia nigrũ:& similiter in transmutatione q̃ est in substantia:& est aliquod subiectum vt in transmutatiõe aquæ in aerem:& aeris in ignem,& similiter existimauimus per motum translationis locum esse:locus enim ita se habet in motu translatiõis sicut materia in motu secundum substantiam:& subiectum in alteratiõe,& hoc intendebat cum dixit:ita existimauimus locum esse &c.

Et cũ dedit similitudinẽ inter causam facientẽ opinari locũ esse materiã dedit differentiã:& dixit:sed illã &c.id est & differẽtia inter has duas transmutationes quoniã transmutatio quæ induxit nos ad credendum materiã esse:est transmutatio a quæ est in substãtia:trãsmutatio aũt quæ induxit nos ad credendũ locum esse est transmutatio in loco. & hoc intẽdebat cũ dixit.qm illud quod fuit aer est materia aque,id est quia trãsmutaꝰ & transfertꝰ de forma aeris in formã aquæ.

Deinde dixit signum declarationis quod materia est aliud a loco:& est quoniã materia non separaꝰ a re:neq; cõtinet ipsam: locus vero separatur & continet. ergo in secunda figura:locus non est materia.

Si igit nihil triũ est locꝰ:neq; species:neq; materia:neq; spaciũ aliquod:sed semp est alterũ præter id quod rei distãtia: necesse est locũ esse reliquũ de q̃tuor:cõtinẽtis terminũ corporis: dico aũt contentũ corpus qd' mouet secundũ loci mutationẽ.

Et cũ locus nõ sit forma:neq; materia neq; dimensio: quoniam

38 a Trãsmutatio i substantia fecit nos cognoscere materiã.Idẽ primo phi.63. prio ca. de substãtia or bis.8,meta. 4. &. 12.c. 12.met.10. prio.ce.20.

b Trãsmutatio i loco fecit cognoscere locũ. idem supra ti.c.3.&. 8. meth.c. 12.

39 Idẽ hic ifra ti.cõ.61.& supra.t. cõ. 1

32. c Materia non separaꝰ a re neq; cõtinet ipam. Idẽ.3. phi. 63.& q̃ ibi Idẽ prio de aĩa.c.90.

L

Locꝰ ẽ vltimũ continentis corporis.

niã si fuerit dimensio continget: vt sit hæc alia dimẽsio a dimẽsione rei translatæ: sequitur vt locus sit residuũ. iiij. quod est vltimum corporis continentis: scilicet quod continet corpus contentum: quod innatum est moueri motu translationis.

39 Cum posuit hic quatuor quasi contradictoria naturaliter: & destruxit tria eorum: dixit. Cum igitur locus &c. id est quoniã si locus fuerit dimẽsio quæ est inter superficies vasis necesse est vt sint hic dimensiones separatæ aliæ a dimensionibus corporis translati qd' subit' in loco: quod est impossibile: cõtinget enim ex hoc vt sint dimensiones separatæ: & alia impossibilia quæ dicẽtur apud sermonẽ in destructione vacui. Et iste sermo est hypotheticus diuisiuus. sed illa quæ ponuntur in eo non sunt contradictoria sibi naturaliter: & ideo existimatur esse probabile. & quod non vtitur ipso nisi ad confirmandum demonstrationem super quam sustentatus est: quæ est congregatio illorũ existentium in loco in continente: & quia conuertuntur adinuicem.

Quõ sylogismo hypothetico vti possim' ad cõfirmãdũ. vide. 2. ph. cõ. 3. & pri. priorũ in digressiõe. p. propria de sylogismo hypothetico.

Videtur aũt aliquid magnũ esse: & difficile accipi quidẽ loc cõ: & propter id quod apparet esse materia & forma: & propter id quod in quiescẽti & continenti sit transmutatio eius quod fertur: contingere autem videtur esse spacium mediũ aliquod aliud a motis magnitudinibus: proficit autem & aliquid aer apparens incorporeus esse: videtur autem nõ solum terminus vasis esse locus: sed & medium tanquam vacuum.

Et existimatur quod comprehendere locum est maximum & difficile: & hoc quod apparet in eo de materia & forma: & quia translatio translati est in continẽte: & ipsum est quiescẽs. vnde & apparet hic esse aliam dimensionem aliquam aliam a dimensione quãtitatum mobilium: & adiuuat hoc aliquantulum aer qui apparet esse nõ corpus: & ideo facit apparere qd' locus non tantum est vltimum vasis: sed cum hoc illud quod est in medio ita quod sit vacuum.

40 supra. 1. c. 31 Cum promisit dare diffinitionẽ de loco: ex quo apparet natura loci: & per quã dissoluantur quæstiones accidẽtes in eo: & apparet causa difficultatis in cognitione substantiæ eius: & secundum quam cõueniat omnibus existentibus in loco: & iam apparuit quod primum continẽs est illud per quod cõuenit oĩbus existẽtibus in loco p se: & declarauit similitudinẽ q̃ est inter cõtinẽs & materiã & formã: & similitudinẽ ex qua existimat locũ esse materiã: incepit declarare qd' ista similitudo q̃ est inter continens & ista est causa difficultatis & cognitionis loci.

2 Et dixit. & existimat &c. id est ꝓpter similitudinẽ quã diximus esse inter ipm & materiã & formã: & propter hoc etiã qd' quædã corpora trãslata trãseant in cõtinente quiescẽte vt aqua in scypho quiescẽte: & ideo existimat hæc esse dimẽsiões separatas inter superficies scyphi: & q̃ ille dimẽsiões sunt locus. s. lõgitudo & latitudo & ꝓfundũ q̃ imaginant illic: quoniã si superficies vasis corrũperentur apud exitũ aquæ non

nõ facerent apparere qd' inter superficies eius esset inane: & ideo non existimatur hoc in columna quę transfertur in aqua de loco in locum.

Deinde dedit aliam causam quam nondum dixit: & est quia aer qui est in vase est insensibilis: & est causa fortis: quoniã propter hoc quando aqua extrahitur a vase existimatur quod vas est vacuum: & dixit: & adiuuat hoc &c. & est sermo manifestus.

Est autem sicut vas locus trãsmutabilis: sic locus vas immobile est: vnde qñ in moto mouetur & mutat' intus vt in flumine nauis tanc̃ in vase vertitur magis quã in loco continenti. vult autem immobilis esse locus: vnde omnis magis fluuius locus est: quia omnis immobilis est: quare continentis termini immobilis primum locus est.

M Vult autem immobilis esse locus.

Et quemadmodum vas est locus translatus: & similiter locus etiam est vas immobile: & ideo cum fuerit aliquod continens intra quod mouetur: & transfertur in aliquo moto. Verbi gratia nauis quæ mouetur in flumine: tunc continens apud ipsam quasi vas non quasi locus: vnde necesse est vt locus sit immobilis: & ideo si omnino fuerit flumen secundum totum est dignius vt sit locus: quia totum est immobile: vltimum igitur continentis immobile primum est locus.

Diffinitio, plecta loci.

41 In diffinitiõe loci aliã differẽtiã ponit inter ipm & vas: & est qñ vas est cõtinẽs & mobile essentialiter. locus vero est cõtinẽs immobile nisi p accidẽs. D. d. & ideo cũ fuerit aliqd' cõtinẽs intrinsecũ qd' mouet in aliquo mobili vt nauis. tunc continẽs ita habebit se apud ipsum: sicut vas: nõ sicut locus. i. & qz locus est immobilis essentialiter. ideo qñ locus fuerit intra aliqd' & illud intra qd' est. s. in quo est mouet etiã: vt nauis q̃ mouet intra flumen per motũ fluminis: tunc nõ dicemus quod illud cõtinens habet se de cõtento: sicut locus: sed sicut vas. D. d. ergo necesse est vt locus sit immobilis. id est & si hoc sit manifestũ de loco necesse est vt locus sit immobilis essentialiter. Et ideo melius est si dixerimus q̃ flumen est locus nauis: dicere quod totũ flumen est dignius hoc q̃ continens nauẽ: qm̃ flumen secundũ totũ est immobile. non enim est mobile nisi secundũ partes. Et significat quod locus non mouet essentialiter: sed quod locus est illud ad qd' mouetur res & quiescit in eo: & si aliquid mouetur ad motam rem: tunc motus eius esset ociosus: & hoc apparebit in alijs locis. Et cum dedit hanc differẽtiam dedit diffinitionem in qua perficiuntur omnes differentiæ determinantes naturam loci: & dixit. vltimum igitur continentis &c. & intẽdit per vltimum superficiem continentem: & per primum superpositam corpori, primũ igitur est differentia per quã differt continẽs æquale ab inæquali: & per hoc quod dixit immobilis essentialiter distinguitur finis extremes a fine naturali, scilicet quæ est similis locato.

Documentum.

N Si aliqd mouet ad motam rẽ: tũc motus eius esset ociosus.

Et propter hoc medium celi, & vltimum ad nos circularis loci mutationis videtur esse: hoc quidem sursum: illud vero deorsum:

O

deorsum: maxime omnib⁹ proprie: quia hoc semper quidem manet: circuli autem vltimum similiter se habens manens est. quare quod leue est quidem fertur sursum natura: quod vero graue est deorsum: quod quidem est ad mediū continens deorsum est & ipsum medium: quod vero ad vltimum sursum est & ipsum vltimum: & propter hoc videtur planum quoddam esse sicut vas locus & cōtinēs: amplius simul cum re quodam modo est locus: simul enim fines sunt & locus.

Et propter hoc opinantur oēs homines qđ medium cæli & vltimum motus circularis est locus: hoc autem superius: hoc vero inferius principaliter: & hoc est: quoniam hoc est semper permanens: & vltimum circuli est permanens in eadem dispositione. cū igitur leue est translatabile naturaliter ad superius: & graue ad inferius: tunc inferius est vltimum continens quod est versus medium & ipsum mediū: & superius est vltimū cōtinēs qp est versus extremū: & ipm extremū: & ideo existimaē qp locꝰ est aliqđ planū: & q̄si est vas cōtinēs & etiā locꝰ & res sunt insimul: fines.n. & finitū apud ipsas sunt insimul.

Cō posuit qp locꝰ nō mouef essentialr: dedit sup hoc rōnē famosam.

42 Et dixit. & ꝓpter &c. & intendit per medium cœli medium mundi: & p vltimū motus circularis concauum orbis lune. D.d. hoc autem superius. i. vltimus motus circularis motuum orbium: qui est orbis lune. D.d. hoc ꝙ inferi⁹ & intēdit mediū mūdi qp est locꝰ terrę. Et dixit principaliter & vere qm̄ hic duo loca sunt superi⁹ & inferi⁹ simpliciter: qđ nō est ita de loco aquæ & aeris. locus.n. aquæ est inferius etiā: sed non simpliciter: & sic aeris locus est superius: sed nō simpliciter. D.d. quia illud est permanēs & intendit medium verum mundi. D.d. sed illud est permanens in eadē dispositione. i. qđ nō pōt trāsferri ad inferius neq; ad supius: & si mouef circulariter. Et iste syllogism⁹ est ex duab⁹ affirmatiuis in secūda figura: & cōponitur sic. Superius debet esse fixū. Et vltimū circulationis est fixū. ergo superius est vltimum circulationis.

Et pōt dici ad hoc. qm̄ quia ratio nō est famosa nō curat vti in hoc duabus affirmatiuis in secūda figura. Et potest dici ad hoc etiam qđ propositio maior cōuertitur qū addit ei hoc. s. vt fixū sit in maximo superiori: qm̄ tūc syllⁿ cōponit sic. Superi⁹ simplr est fixū qp est i vltimo superiori. Et fixum qđ est in vltimo superiori est vltimū in circulatione. Ergo quod superius est simpliciter est vltimum in circulatiōe: & simpliciter dicit de inferiori. s. qp cū addit ei qđ est vltimo inferiori: tūc conuersio erit vera. Et quia vere diffinitiones debēt cōuenire oibus ꝓbus rei diffinite: incepit declarare quomodo ista diffinitio loci cōuenit duabus speciebꝰ loci. s. superiori & inferiori: & dixit: cū igitur leue &c. i. cū igitur leue trāsferf naturaliter superi⁹ & trāsferf naturaliter ad finē cōtinētē: ergo supi⁹ est finis cōtinēs. Et existimaē qp ista conclusio est vtis: & in tertia figura qp nō oportet. Sed ista cōclusio est vtis. qa minor conuertitur vniuersalis affirmatiua. vñ syllⁿ cōponit sic in prima figura. Superius est id ad quod transfertur leue naturaliter. Et illud ad quod transfertur leue naturaliter est finis vltimæ circulationis. Ergo superius est finis continens qui inæquatur corpori vltimo. Et similiter concluditur qp inferius est finis aquæ. scilicet cōcauum aquæ: & dicit. & medium: qm̄ graue nō quærit hūc finē. scilicet finem aquę nisi secundum qp est mediū totius: nō secūdum quod est finis aquæ: & sic nō tūc tota moueretur ad aquam vbi esset finis eius: sicut totū mouef ad magnetē vbicūqp fuerit: & hoc nō sentif de aqua. & sermo de hoc erit perfecte in libro de cælo & mundo. hic enim loquitur de loco cōmuni vniuersali omnibus corporibus naturalibus. Deinde dicit & ideo existimatur qp locus est &c. & quia corpora transferuntur naturaliter ad vltima. scilicet ad superficies continentes ipsa: & quiescunt in eis secundum cōuenientiā & similitudinem: necesse est vt locus vltimus sit: & quasi est vas continens non inane quod est inter vltima. non em̄ est conuenientia inter inane & corpus: a neq; in eo sunt differentię q. bus diuidatur in superius & inferius. Deinde dicit & etiā locus &c. & forte intendit qm̄ locus & locatū sunt relatiua: & relatiua sunt insimul. & cū alterū auferatur: auferetur & reliquū. & hoc non inuenif nisi in loco qui est finis. finis b enim non inuenitur nisi quando inuenitur illud: cuius est finis & deficit per suum defectum: & si locꝰ esset inane nō esset necessarium in suo esse locatum esse: & tunc inueniretur locus sine locato. Et forte inducit per hoc rationem qua declarat qđ locus debet esse permanens cum permanentia corpus in eo.

Locꝰ aque est ifer⁹ sed P

si simplr, & locus aeris est superius: sed nō simplr. idē. 4. cxli. 26. Solutio. 1. Solutio. 2. Quādo ꝓ pō maior cōuertitur possum⁹ ar ꝓcere ex ambabus

affirmatiuis in secūda fig. Idem supra cō. 33. Idem 2. phy. 23. Solutio. a In vacuo nō sunt differētie ꝗbꝰ diuidatur i superius & inferius. Idem supra 36. Q & infra. 64 & 65. Prima expositio. b Finis nō inuenif nisi qñ inuenif illud: cuius est A finis. Cōsule infra t. c. 107.

In quo ostendit qualiter aliquid sit in loco. CAP. II.

CVi quidem igit̄ corpori inest aliqđ extra corpus cōtinēs ipm: hoc in loco est: cui vero nō minime: Vñ & si aqua fiat huiusmodi: partes qđē mouebuntur ipsius: cōtinent em̄ sibñ nuicē: om̄eaūt est tanqp qđ mouebit: & tanquā nō: sicut qđē em̄ totū simul locū non mutat: circulariter aūt mouebit: partiū em̄ hic locus est: & sursum qđē & deorsum nō circulo aūt: q̄dā alia verò & deorsum & sursum q̄cūqp hñt dēsitatē & raritatē. Dicamꝰ nūc igitur qp quodlibet corpꝰ extra qđ est aliqđ corpꝰ qđ cōtinet ipm illud corpꝰ est in loco: & quodlibet corpꝰ extra qđ nō est aliud corpus nō est in loco. Et iō si posuerim⁹ aquā esse huiusmodi: tūc ꝑtes ei⁹ ēnt mobiles: q̄dā em̄ ēnt cōtinētes quasdā: ipsa verò secdm totū quodāmō est mobilis: & quodāmodo immobilis: qm̄ secdm qđ est totū nō trāsmutat insimul locum & alio modo mouetur circulariter: iste em̄ locus est locus partium & quę dā mouentur superius & quædā inferius non circulariter: & quædā superius. & est omne quod habet densitatē & raritatē. 43

CVm declarauit quod locus est primum continens: & declarauit prius quod non omne corpus est cōtentum: quoniā si ita esse esset infinitū

Universidad de Deusto
Biblioteca

infinitum esset in actu: sequitur ex istis duobus vt non sit omne corpus scd'm totū in loco essentialiter: sed illud extra quod est corp⁹: illud autem extra quod non est corpus non est secundum totum in loco essentialiter: & ista est dispositio totius scilicet quod non est in loco essentialiter: cum nihil sit extra ipsum: & ideo dixit, dicamus nūc igitur &c. Deinde incepit declarare quid sequitur ex hac positione scilicet quod omne extra quod nihil est non est in loco secundum totum. & ideo dixit: & ideo si posuerimus totum &c. id est, propter hoc si ponerimus totum esse aquam: tunc aqua non esset in loco secundum totum: et esset immobilis secundum totum: & tunc partes eius necessario moverentur in loco cum essent contentæ. & ideo partes mundi possint moueri motibus tribus motuū scilicet quoniam quædam partes mouentur circulariter: & quędam superius: & est omne in quo est raritas vt aer & ignis: & quædam inferius: & est omne in quo densitas est: vt aqua & terra.

B Digressio vtrū octaua sphera sit in loco.

Ergo dispositio in toto manifesta est: & non accidit in ea quæstio & similiter non accidit quæstio in spheris contentis de numero sphærarum cælestium: in sphera autem octaua non contenta: si non accidit ei motus proprius: & tot⁹ orbis qui movetur motu diurno accidit in eo magna quæstio: quū manifestum est ipsum moueri: & cum omne motū sit in loco necesse est vt totus orbis sit in loco. ergo sumus inter duos aut ponere quod aliquod motum non est in loco: aut ponere quod locus est inane & dimensio. Ioannes vero propter hoc obedit huic: scilicet locum esse & dimensionem & vacuū. Non finem continentem vt dicit Arist. licet apud ipsum non possit inane separari a corpore: quia dicentes vacuum esse sunt bipartiti. alij enim dicunt ipsum separari a corporibus: & alij non quorum est Ioannes grammaticus. Aristoteles dicit: cum hoc post. quod celum & anima sunt in loco per accidens: & in hoc dubitauerunt omnes expositores. Themistius vero dicit respondendo quod corpus cæleste non est in loco secundum totum: sed secundum partes scilicet secundum orbes quos continet maximus orbis: sicut est dispositio in toto mūdo. fingit enim quod causa in hoc est: quoniam corpus cæleste non est mobile secundum totum sed secundum partes: & apud ipsum partes celi sunt in loco: quia cōtinent suas partes: sed quia corpus altissimum. Verbi gratia, orbis stellarum fixarum non continetur ab aliquo concesso quod hoc corpus est in loco propter suas partes intrinsecas tantum scilicet quæ sunt in concauo eius. Iste enim partes mouentur circa conuexum. scilicet cōuexum corporis circa quod reuoluuntur quasi circundet ipsas licet sit intra. Et hoc idem contingit toti orbi quatenus mouetur motu diurno. scilicet quod est in loco secundum partes quæ sunt in concauo: si diximus quod motus stelle est alius a motu orbis. ergo melius est dicere quod totum corpus cæleste est in loco sicut dicimus in corpore vltimo. scilicet secundum partes quæ sunt in concauo: aut dicamus ipsum esse in loco vtroq; modo. scilicet quia partes eius sunt in loco præter vltimū. & quia partes concaui sunt in loco si posuerimus quod motus diurnus est totius orbis essentialiter: & non stellaris: & hoc est necesse secundū scientiā naturalē. Et in hoc qd' dixit Themistius sunt cōnes non modice: quū quō dicit sphera moueri scd'm oēs ptes: & nō mouet secūdū totum:

Oō. Ioānis grāmatici. Improbatio prima. Secūda rō. infra. t. cō. 45

C

Oō. themistij quā et requiras. 6. ph. c. 85. & 8. phy. c. 67.

Prima rō cōtra Themistium.

Secūda rō.

D

motū: & totū nihil aliud est q̄ partes. Et etiā videm⁹ Arist. in vltimo sexti a q̄n loquit de qōne zenonis de motu spherico: ponere sphęrā moueri scd'm totū & scd'm partes: et q̄ scd'm totū mutat loca diuersa scd'm formā tm. scd'm aūt partes scd'm formā & subiectū vt in illo declarabit: nihil est igit hoc qd' dicit Themistius q̄ cā in hoc q̄ sphęra non est in loco simplr est: quia mouet secūdū partes nō scd'm totū.

Totū nihil aliud est q̄ partes. 8. phy. c. 17. a 6. phy. tex. c. 85.

Obiectio p themistio Solutio.

Si igit aliq⁹ dixerit q̄ hæc est intētio Arist. cū dixit: scd'm em quod est totū &c. Dicem⁹ ad hoc q̄ cū dixit, scd'm em q̄ est totū nō erāt mutat loca: nō intēdit corpus qd' mouet circulariter. sed intendit totū mūdū: & cum dixit: de alio mō mouet circulariter intēdit q̄ toti attribuitur mot⁹ circularis, ꝓpter quasdā partes. s. corpora cælestia sicut attribuit ei rect⁹ mot⁹, ꝓpter motū elemētorū quæ sunt etiā quædam partes eius. D. d. iste em locus est locus partiū. s. locus eius qd' mouetur circulariter: cū illud qd' mouet circulariter est pars totius locus enim simplr corporis qd' mouet circulariter est locus el⁹ partiū: sicut videtur Themistium intelligere ex verbis Arist. Et etiā scd'm expositionē Themistij: cū Arist. dicit: q̄ cælū est in loco p accidēs: intēdit: quia alterū cælorū est in loco. s. orbium: & illud qd' apud Aristo. attribuitur alicui ꝓpter suam partē: est aliud ab eo qd' attribuit alicui p accidens & ideo osb⁹ expositorib⁹: vt dicit Themistius: displiciet: vt cælū sit in loco p accidēs & dicūt ipsum esse in loco scd'm ptes. Themistius vero dicit q̄ Arist. vtitur hic illo qd' est p accidēs large de eo qd' est cōmune ad accidēs & ad ptē. & hoc deberem⁹ dicere si non inuenirem⁹ aliquē modū vnū scd'm quē diceremus cælum esse in loco per accidens: oēs igitur homines vt apparet de eis nō potuerūt intelligere verba Arist. nec.

Quarta rō in Themistium. Illud quod apud Aristo. attribuit alicui ꝓpter suam partem est aliud ab eo qd' attribuitur alicui p accidens. idem. 5. ph. con. primo. Auēpace hispani opinio. G

Auēpace vero respondit in hoc loco sic: quū sphera scd'm qd' est sphera non est in loco: quia aliquid extrinsecum continet illā: & q̄ hoc propriū est corpori recto nō corpori rotūdo: & locus sphęræ qui fingit ab isto scd'm q̄ est sphera est cōnexum cētri circa qd' reuoluit. quasi igitur locus eius est superficies conuexi qd' cōtinet sphera: et est quodammodo continēs spheram. Et nititur dicere q̄ diffinitio quā indixerit Arist. in loco: quoniā est continens diuisum a re debet intelligi in corporibus rectis ab extrinseco & in rotundis ex intrinseco. Et dicit quod causa in hoc est: quū corpus rotundum finitur per se: & corpora rectarū dimensionum finitur per aliud: & ideo corpora recta. s. elementa indigent in hoc q̄ finiantur rotundo. rotundum vero nō indiget corpore extrinseco: & causa in hoc est: quū linea rotūda est perfecta & non potest recipere additionem aut diminutionem. linea vero recta est diminuta. Et scd'm hoc qd' sphera erit in loco simpliciter & essentialiter sicut erunt corpora recta: & omnis sphera spherarum cælestium quam continet alia sphera habebit hoc per accidens: & secundū hoc omne corpus simpliciter erit in loco essentialiter: & videtur mihi quod hoc qd' narrauit Auēpace est opinio Alpharabij. Alpharabius em est qui ponit se contradicentem quæstionibus Ioannis. Et vna illarum quæstionū est ista quæ inuenit in libris nostris: sicut inuenitur ex verbis Auēpace: & non incidit in manus nostras. Et cum ita sit hoc quod dicit Arist. quod omne corpus extra quod nihil est: non est in loco: & quod omne corpus extra quod est aliquid: est in loco: esse falsum.

sum. apparet enim ex sermone eius in hoc loco quod corpora naturalia apud ipsum sunt tribus modis. est enim modus qui est in loco essentialiter. scilicet corpora recta: & modus qui est in loco per accidens & hoc est corpora rotunda: & modus qui est in loco proter suas partes: & hic est totus mundus. scilicet corpus cōpositū ex corporib⁹ simplicib⁹ quinq: & totū hoc manifestum est ex suis verbis. Nos autem reuertamur & dicamus: quoniam cum sit notum per se: quod locus secundū q̄ est locus est æqualis locato: manifestum est q̄ superficies conuexi concauæ

Auer. solutio & tertia Iprobatio.

tri spheræ non est locus simpliciter. non enim est æqualis nisi superficiei concauæ: non omnibus superficiebus sphæræ: & locus est æqualis locato: quia omnes superficies eius sunt æquales olbus superficiebus

H

Bqualitas dicit duob⁹ modis.

locati: æqualitas enim dicitur duob⁹ modis: dicitur enim secundū cōtinētiā & sc̄m hoc dicitur q̄ circulus est æqualis figuræ rectorū laterū: & dicit etiā qñ duo æqualia habent mensurā cōmunem qua mensurantur: & sc̄m hoc dicitur corpus esse æquale corpori & superficies superficiei & ista æqualitas non est vera de loco nisi inane esset: æqualitas igit̄ propria loco est æqualitas secundum cōtinētiā: ex hoc igit̄ apparet manifeste q̄ sphera sc̄m q̄ est sphera nō est in loco simplr nisi accidat ei hoc sicut accidit spheris cælestibus: quas continet alia sphæra extrinseca. Et hoc apparet etiā ex hoc: qm̄ primū notū est de loco

Quarta.

q̄ collatio rei ad ipsum est sicut collatio cōtenti ad cōtinēs: sicut dicimus q̄ aqua in scypho nō est sicut collatio totius ad partē: sed dicere sphæram esse in cētro est sicut dicere totū esse in pte nō sicut dicere aquā esse in vase: & ideo si cōnexū cētri dicat esse cōtinēs. s. sphæram: et ideo illud extremū dicat esse cōtinēs erit sc̄m æquiuocationē: ga in altero sunt verae ꝓprietates loci est em̄ cōtinēs & æquale: & res est in eo sicut aqua in scypho: hoc igit̄ totū totū demīt veritatē opiniōis Ari. & falsitatē ꝓ

Opinio ꝓpria.

q̄ intēdit Auerpace: & q̄ impossē est exponere verba Ari. ita & diffinitio quā induxit de loco sit cōis corpi simplici & rotūdo. Nos autē dicamus qm̄ cum sit fixum sc̄m totū necesse est vt hoc mō sit gesticulatio: & ga ges est ei pp quietē centri q̄ est in terra: & ges est: ga est in loco eēmaliter. iō dicit cælū esse I eodē loco & nō trāsmutat ab eo p accīs. i. ga centrū ei⁹ est in loco essentialr: & hoc est intētio sermonis Aristotelis cētris: q̄ cælū est in loco p accīs. vtrū vero dicat moueri in eodē loco in quo ē p accīs: cū nihil sit extra ipm sc̄m ptes aut sc̄m totū declarabit cū Arist. declarauerit ipm moueri sc̄m totum: & mutare locum in quo est p accīs in forma ei⁹ nō in materia. est igit̄ motū p se & quies in suo loco p accīs. s. pp cētrū q̄ est in loco essentialr. oē em̄ quod inuenit in aliquo p accīs: inuenit in eo pp aliquā hās illud p se: & hæc est intētio eius cū dixit & de qualibet corpore cōtinente: ipm vero se cūdū totū quodāmō est mobile &c. & sc̄m hoc erit opinio Arist. q̄ oē corp⁹ est in loco: & q̄ oē motū est in loco: sed istorū quoddā est in loco p accīs & quoddā est in loco p se: & secūdum hoc diuidit motū: qm̄ aliud mouebit in loco essentialr: & aliud mouebit in loco p accīs apparet igit̄ ex hoc q̄ oē corp⁹ attribuitur loco in motu & quiete aut per se aut p accīs: & q̄ nullū corp⁹ est quod nō est i loco: sicut Alexander intēdebat in expositione loci huius vt post videbit. Et apparet ex hoc q̄ corpa attribuunt loco trib⁹ modis p se & p accīs: & sc̄m partē vt

I

Oē q̄d inuenit in aliquo p accīs inuenit i eo pp aliquod habēs illud per se. cōstat infra c. 67. & primo celt. t. con. 14. & 62.

vt intēdebat Ari. & q̄ oēs expositores nō potuerūt attingere hāc expositionē & q̄ Auerpace dimīsit sermonem Ari. & errauit multum. Sed quæritur super hoc si corpus celeste in loco per accidens. ergo mouet per accidens. declarabitur enim in hoc lib. q̄ est primum mobiliū simpliciter: & sic illud q̄d est per accidēs erit prius illo q̄d est p se. Ad hoc autem dicendum est q̄ illa quæ mouentur per se indigent aliquo quiescente circa quod mouentur. vt declarat Ari. in libro de motibus animaliū localibus: & hoc quiescēs forte erit locus per se: quādo fuerit continens rem motā: & forte erit locus per accidens quādo nō fuerit cōtinens rem motā in omnibus partibus: sicut est dispositio in corporibus celestib⁹. ergo locū esse per se nō est de necessitate essendi rem motā per se: sed dignius est vt sit de necessitate essendi quietē naturaliter. quiescēs em̄ quiescit propter similitudinem cōtinētis: & mouetur ꝓpter priuationē similitudinis inter ipsum & cōtinēs: & hoc erit quādo mouet in cōtinēte: & ideo causa motus eius q̄d mouet in continēte est extra naturā: & est rem motā esse extra suum vbi naturale: & hæc

L

Alio autem modo in quo non hoc aliquid eſt:neq; ſubſtantia corporea aliqua. vnde dicunt quidam vacuum eſſe corporia materia:quidam non locum idem dicentes non bene:materiam quidem non ſeparabilis eſt in rebus: vacuum autem quærunt ſicut ſeparabile.

Et alio modo dicitur illud in quo non eſt aliquid demōſtratum:neq; ſubſtātia corporalis:& ideo dixerunt quidam quod vacuum eſt materia corporum:& iſti ſunt qui dixerunt etiam quod locus eſt iſta:& nō bene dixerunt: materia enim non eſt ſeparata a rebus:vacuum enim non perſcrutatur de illo niſi ſecundum eſt quod ſeparatum.

Et alij deſcribunt ipſum q eſt illud in quo nihil eſt demonſtratum neq; accidēs:neq; ſubſtantia corporalis:& quia iſta deſcriptio conuenit materiæ putauerunt quidam q materia & vacuum ſunt idem :ſicut exiſtimauerunt qđ locus & materia ſunt idem & innuit:vt mihi videtur Platonem. D.d.& non bene dixerunt &c.ideſt & non bene exiſtimauerunt:quoniam cum dicimus q in materia nihil eſt demonſtratū: in actu nō intelligimus q poſſit denudari.a rebus demſtatis in actu: ſed intēdim⁹ quōd̄ q in ſua eſſentia nō eſt aliqd demſtatū:neq; eſt in ſe aliquod demonſtratum qñ ſi ita eſſet:nō reciperet res demonſtratas:vacuum vero eſt idem in quo non eſt aliquid demonſtratum:ita q vacuū ſeiuncta ſeparatum a rebus demonſtratis quando dicuntur vacuum.

Quoniā aūt de loco terminatum eſt;& vacuum locū neceſſe eſt eſſe ſi ſit priuatū corpore. Quomodo autē locus eſt: & qđo

D

In celo nō eſt qualitas tangibilis,

B

idē primo &.2.capite de ſubſtātia orbis.idem primo celi, t.c.20.

F

Litera Arg. Qui qdem & locū hic idem aſſerunt eſſe nō recte dicentes.vt patet

59

Plato exiſtimauit q locus & ma

G

teria ſunt idē.cōſimile ſupra cō mē.16.

H

Quomodo intelligitur dictum cōe videlicet q in materia nihil eſt demōſtratum in actu.

non est dictum est. manifestum est: quoniam sic vacuum quidem non est: neque separatum: neq; inseparabile. Vacuum enim non corpus sed corporis spacium esse volunt: Quia iã determinauim⁹ de loco & est necesse in vacuo etiam si est possibile vt sit locus qui caret corpore: & iam narrauimus locum quomodo est: & quomodo non. manifestum est qđ vacuum qđ dicitur hoc modo nõ est separatũ: neq; nõ separatũ. Vacuũ enim non est apud eos corpus sed dimensio sine corpore.

60 Cum destruxit descriptiones dictas de vacuo: incepit declarare etiã q̃ illud quod dicit in perscrutatione de loco destruit descriptionem veram vacui q̃ est ipsum esse dimensionem in qua non est corpus. Et dixit quia iam determinauimus &c.i. & quia iam declarauimus quid sit: & quomodo non est: quia declarauimus q̃ est. primum continens extraneum: & q̃ non est hoc dimensio existens per se separata a corporibus: neq; non separata sed mixta est eis: & vacuum si sit: nihil aliud est q̃ dimensio separata: manifestum est qđ vacuum nõ est. Et cum dixit separata: neq; inseparata intendit secundum opinionẽ dicentium q̃ vacuum est separatum a corporibus. & secundam opinionem dicentium q̃ est mixtum cum corporibus: & non separatum ab eis: & cum dixit: vacuum enim apud eos &c. innuit etiam modum ex quo contingit vt nõ inueniatur dimensio per se. illud enim quod inuenitur per se est corpus. dimensiones vero inueniuntur in corporibus: & quia vacuum est dimensio existens per se: sequitur vt non sit: quoniam si esset tunc prædicamentum quãtitatis esset separatum: & tũc quantitas esset separata a substantia.

Motus in loco coegit dicentes locum esse aliquid aliud a corporibus q̃ subiiciunt in eo.

Crediderũt antiqui locum & vacuum idem esse secũdã subiectum Idem supra cõ. 50. &. infra. 65.

Vnde & vacuum videtur esse aliquid quia & locus: & propter hoc acceptũ est: cõuenit enim motus qui secũdum locum est: & locum dicentibus esse aliquid præter incidentia corpora: & his qui quidem dicunt qđ vacuum est: causam aũt motꝰ opinantur vacuũ esse sic: sicut in quo mouetur: hoc autem erit quare locum dicunt quidam esse.

Et ideo dicunt quod vacuum est aliquid: quia locus etiam est aliquid: & eisdem causis dicunt hoc quod vacuum est: motus enim in loco coegit dicentes locum esse aliquid aliud a corporibus quæ subiiciuntur in eo ad dicendum hoc: & coegit dicentes vacuum esse ad dicendum hoc. Qui enim existimauit vacuũ esse causam motus: existimauit ipm esse illud in quo mouet̃ res mota: & ideo dixerũt qdã q̃ hoc est tãq̃ locꝰ.

Motus est illud quod induxit hominem ad credendum locum esse & vacuum esse. Sed opinari locum esse ꝓpter

61 Dicit: & quia existimant q̃ locus & vacuum sunt idem & locꝰ apud eos est aliquid: existimant etiam hoc modo vacuum esse aliquid ideſt ens. D.d. per easdem causas ideſt & per easdem causas crediderunt locum esse & vacuum esse. & existimauerunt ea esse vnum secũdum subiectũ: & duo secundum modum. D. dedit causam ex qua existimauerunt

runt hoc: & dixit motus em̃ in loco coegit &c. ideſt qm̃ motꝰ est illud qđ induxit homines ad credendum locum esse: & vacuum esse: sed opinari locũ esse ꝓpter motũ est vera: opinari vero vacuũ esse propter motũ est falsum: & similiter hoc q̃ opinãtur ex hoc q̃ vacuũ est locus: est falsum. D.d.q em̃ existimauit &c. ideſt, q̃ em̃ existimauit vacuũ esse cãm motꝰ, existimauit hoc: qa reputauit ipm esse illud in q̃ res mota movet: sicut reputat de loco: & ideo dixerũt q̃ vacuũ & locꝰ sunt idẽ. Et dixit q̃ motꝰ induxit eos ad dicẽdũ vacuũ esse: incepit cõtradicere eis.

motum est vera opinio opinari vero vacuum esse propter motũ est

L. falsum. Idẽ. supra.

Neq; autem vna necessitas est si motus est esse vacuũ: omnino quidẽ igitur omnis motio nequaq̃: vnde & Melissum latuit: alterari nanq̃ contingit plenum: sed neq; & secundum locum motum: similis enim subingredi adinuicem contingit: licet nullũ spaciũ extra sit p̃ter corpora mota: & hoc manifestũ est & ĩ cõtinuorũ reuolutiõib⁹ sicut his q̃ sunt humidorũ.

M com. 3. &. 30. & ibi.

Et nõ est hic necessitas cogẽs: si fuerit motus vt vacuum sit: qm̃ vt non est hoc necessarium de oĩ motu: & hoc ignorauit Melissus. possibile enim est vt plenũ alteretur: & postea quoniã neq; est necessarium in motu locali. possibile enim est vt ambo cõgregentur: & sic corpora mobilia cedant sibi in locis adinuicẽ ablq; eo q̃ hic sit dimensio separata præter dimensionem eorum: & hoc est manifestum in cursu corporũ continuorum etiam: & similiter etiã in cursu corporum humidorum.

Dixit. & nõ est hic necessitas cogẽs: si motus fuerit vt sit vacuũ. Primo vero qm̃ si vtamur motu vlr & continuo hoc manifestum est. s. qđ vacuum nõ est necessariũ in omni motu. motus enim alteratiuus aut in digere pleno de necessitate aut nullus existimat ipsum indigere vacuo: & hoc est manifestum per se. & hoc ignorauit Melissus: cum dixit qđ totum est immobile oĩno quolibet movere motus: quia non est vacuũ.

62

Et cũ declarauit q̃ manifestũ est per se: q̃ non ois motus facit existimari vacuũ esse: incepit declarare etiam q̃ neq; ex motu in loco sequitur vacuũ esse. & dixit: & postea &c.i. & postea si cõcesserimus q̃ ipsi nõ probãt vacuũ ex omni motu: sed ex motu locali. apparebit etiã qđ hoc non sequit etiã in motu locali: qm̃ possibile est motũ localẽ esse sine vacuo: & hoc intendit cũ dixit. possibile enim est vt duo cõgregentur. s. motum esse: & vacuũ nõ esse. D.d. quomodo. & dixit: scilicet corpora mobilia cedant sibi &c.i. & hoc erit ita q̃ omnia corpora mobilia quando aliqđ corpus eorum mouetur cedat ei in loco aliud corpus ad quẽ trãsferẽt: & illi aliud ablq; eo q̃ ibi sit dimensio separata: in qua motum moueatur præter dimensionem corporum mobilium.

2 N

Deinde narrauit qđ iste modus qualitatis translationis mobilium manifestius est de causis sensibilib⁹. Et dixit. & hoc manifestum est in cursu &c. & intendit per corpora continua contingentia. ista enim quando mouentur cedunt sibi adinuicem: & si nõ impediretur motus. & intendit per corpora humida motum partium aquæ & aeris. partes enim istorum mouentur quãdo cedunt sibi in loco adinuicem: & similiter

3 Prima expositio.

t 3 ter

ter ista corpora cedunt in loco naturaliter rebus quæ mouentur in eis scilicet mobilibus in aqua & aere.

Secūda expositio.

Et forte intēdit p hoc qđ dixit in cursu corporū cōtinuorū: corpa mobilia secūdū partes sicut aqua & aer. & p hoc qđ dixit: & sic i cursu corporū humidorū intēdit q̄ hoc manifestū est etiā in cursu corporū humidorū. s. qm̄ motus eorū est per motus rerū in quib⁹ mouentur.

Contingit autem & densari non in vacuum: sed propterea quod ea quæ insunt illabuntur: vt aqua collisa aere cui inest: & augmentari non solum ingrediente aliquo: sed ex alteratione: vt si ex aqua fiat aer: omnino autem & quæ est de augmento ratio: & in cinerem dissusæ aquę ipsa seipsam impedit: aut cēm non augetur quodlibet: aut non in corpore: aut contingit duo corpora in eodem esse: dubitationem igitur communē volunt soluere: sed non vacuum demonstratur sicut est: aut omne esse corpus necessarium vacuum si penitus augetur: & augetur per vacuum: eadem enim ratio & in cinere est.

O

Augmētari cōtingit nō solā ingrediente aliq̄. sed ex alteratione.

Et possibile est etiā corpus cōdensari nō ad vacuū: sed quia illud quod est in eo dissoluit & exit ab eo. Verbi gratia, qm̄ qm̄ aqua dissoluit & exit ab ea aer qui est in ea: & possibile est corpus augeri: quia aliquid intrat ipsum tantū: sed augeē p alterationē. etiā. Verbi gratia, qm̄ aer generat ex aqua: & vniuersaliter sermo de augmento & sermo de aqua quæ funditur in cinerē destruūt se adinuicem: quoniā aut nihil augetur: aut augmentum ei⁹ nō fiet per corpus: aut duo corpora cōgregenē in loco. Ipsi igitur per hoc quod dicunt: non declarant vacuū esse: sed quærūt dissoluere quæstionē communē nobis & illis: & ideo oportet etiā vt corpus sit vacuū cum totū augetur: & augmentum sit mediante vacuo: & hoc idem dicimus de cinere.

63 Cū declarauit qđ nō sequitur si motus sit vt vacuū sit vt probātes vacuū esse existimuerūt: incepit etiā declarare qđ neq; etiā sequit ex densitate & raritate. neq; ex augmento & diminutione. Et dixit: & possibile est corpus condēsari nō ad vacuū, id est & possibile est existimari quod corpora condensentur sine eo qđ vacuū sit impossibile in ipso: & hoc intelligit vt a corpore cōdensato dissoluuntur ḡdā partes & exeūt ab eo: & sic cōstringunt partes residuæ ad loca illarū partiū & sic corpus fiet minoris quātitatis absq; eo qđ imaginef quod inter partes ei⁹ sunt foramina vacua ad q̄ constringunt partes eius apud densitatē. Verbi gratia qđ quando aqua exprimitur reuertitur in minorē quantitatē: q̄a partes aereæ mixtæ cū ea dissoluūtur ab ea. & sic in lana & filtro: & etiā possibile qđ densitas accidat nō propter exitū partiū: sed ex alteratione ei⁹: qm̄ corpus maioris quātitatis trāsferē in minorē quantitatē: & similiter possibile etiā est vt magnitudo ei⁹ crescat absq; eo qđ adueniceatur ei aliquid extrinsecū: vt aqua quæ trāsmutatur

tur in aerē, & hoc intēdebat cū dixit, & possibile est corpus augeri, & quia hoc dicitur augmētū trāsumptiue: augmentū ēm in rei veritate nō est nisi in animato, & per aliquod extrinsecū, & declarare quomodo sit augmētū verū manifestū imperūnēs est hic incepit declarare q̄ quæstio de augmēto nō dissoluitur expositione vacui: sed remanet super illos sicut remanet i hoc loco sup nos, & dixit, & vniuersaliter &c. i. & vniuersaliter quæstio de augmēto, & de aqua quæ funditur in cinere remanet licet ponatur vacuū. Contingeret ēm si corpus augetur per introitū alterius corporis in ipsum & augmētū est in oibus partibus augmētabilis per introitū alicuius extrinsecī: nō possumus dicere qđ omnes partes corporis sunt vacuū: qm̄ si ita esset nō esset illic corporeitas omnino, ergo quæstio remanet supra illos sicut super nos, sumus igitur in tertia qm̄ augmētū nō negabimus esse: aut negabimus ipsum fieri per additamentū corporis extrinsecī: aut si concesserimus habebimus possibili corpus penetrare corpus. D. d. ipsi igitur. & per hoc quod dicūt &c. per maximū qđ facilē est quærere a nobis dare causam augmēti nō aliud: qm̄ cū declaraūimus qđ vacuū non fuit. cie & dare causam augmēti, oportet nos dare causam illius deinde notificauit quomodo remanebat super eos, & dixit, & oportet etiā vt totū cōpleatur &c. id est, & necesse est vt totū corpus sit vacuū si posuerimus ipsum augeri per omnes partes, & augmētū fit per introitū partiū corporis: qđ est ex extrinseco in locis vacuis augmētati: qm̄ corpus ipsum nō augmentatur in omnibus partibus sed in quibusdam: qm̄ additur in eo partes quæ ante nō erant, & hoc est additio nō augmētū. D. d. & hoc ideo dicimus de cinere, id est, qđ positione vacui etiā nō dissoluitur quæstio de cinere: nisi totū vas esset vacuū qm̄ cū fuerit positū qđ tantū capit de aqua cū cinere sicut sine aqua, & vacuū quod est in cinere est minus necessario quā in me totius vasis: remanebit quæstio.

P

Augmentū in rebus inanimatis dicitur trāsumptiue: augmentū ēm i rei veritate nō est nisi i animato corpore Vide prima ecl. cō. 23.

Ostendit, vacuum non esse ex parte motus.

CAPVT. VIII.

A

QVOD quidē igitur & ex quibus demōstrātur vacuū soluere facile sit manifestū est. Quoniā aūt non est vacuū sic diuisum sicut quidā dicunt: dicemus verū. Si ēm vnius cuiusq; loci mutatio aliqua sit simpliciū corporū quæ dā natura est: vt ignis quidē sursum: terre aut̄ deorsum: & ad mediū: manifestū est q̄ nō vas cūū erit causa loci mutationis: cuius igitur causa erit vacuū: videtur enim causa esse motus secundū locū huius aūt non est.

Manifestū est igit̄ q̄ sermo eorū de vacuo destruit facilis est ex illis reb⁹ qb⁹ ꝓbāt ipsum esse, & nos narrauim⁹ pri⁹ q̄ nō est hoc vacuū separatū: vt quidā dicūt, dicam⁹ igit̄ qm̄ cū vnū quodq; corporū simpliciū habeat aliq̄ trāslationē. V. g. ignis superi⁹: & terra inferius, & ad mediū: manifestū est q̄ non est recētū vt vacuū sit causa trāslatiōis. Quis igit̄ mot⁹: pōt aliquis

dicere ꝙ vacuū est eius causa cū nō existimetur ꝙ sit causa alī cuius vbi motus in loco, & non est causa nisi istius motus.

B 64 IDEST, manifestū est igit qđ sermo eorū in prohādo vacuū per motū destruetur ex ipso motu apparet eū qđ ex motu nō sequit vacuū esse: immo ex illo destruit vacuū. Et dixit, dicamus igit &c. id est, apparet ex isto sermone qđ nō intendit in eo destruere vacuū: vt ꝓmisit in principio sermonis scilicet destruere rationē eorū cuo, destructio eī aduenit̄a super rationē eorū fuit destructio cōsecutionis: quā existimabāt esse inter motū & vacuū, iste vero sermo est, destructio eius qđ vacuū sit causa motus secūdū ſinē q̄stio igitur in primis sermonibus declarauit qđ vacuū nō est causa formalis motus. & in hoc sermone declarauit qđ nō est causa finalis. Et sermo syllogisticus cōponitur sic. Si vacuū fuerit causa motus secūdū qđ locus est nō his causa eius qđ trāslatio alia est ad superius, & alia ad inferius, & si fuerit causa diuisionis trāslatiōis erūt diuersæ naturæ nō cōsimiles: sed a Vacuum est consimilis nature. Idem est cōsimilis a naturæ, ergo nō est causa trāslatiōis, & cū nō fuerit causa trāslatiōis: nō erit causa motus secūdū ſinē. Sed causa quā ipse dicit d; vacuo nō est ista: quoniā causa quā ipse ingebit de vacuo. q. C est causa naturalis: scilicet causa per quā aptatur mot⁹, & ideo cepit post declarare qđ impossibile est motū fieri in vacuo, & etiā ingēs ipsum esse causam leuitatis, & plenū causam grauitatis. Et apparet ex hoc sermone bene qđ vacuū non est locus: quoniā si vacuū esset locus in quo nō erit corpus & trāsferetur ad ipsum corpus: essent in eo superius & inferius: sed in eo nō sunt superius & inferius: ergo in eo nō est locus, & cū nō fuerit locus nō erit ens: qū in diffinitione eius dicitur ꝙ est locus, & hoc intēdebat per hūc sermonē, & sermo eius erit talis: manifestū est qđ vacuū cū nō fuerit locus ad quē trāsferētur corpora naturaliter nō erit ens, & forte quia sermo cōtinet duas cōclusiones insimul. ꝓmisit in principio sermonis primā cōclusionē, & ꝓposuit in ipso sermone secūdā cōclusionē. & demōstrauit ꝙ hoc qđ sermo cōtinet duas cōclusiones insimul, & hoc secūdum suum motē in abbreuiatiōe. supra. c. 36, & 42. sed vide oppositum supra cō. 48. vbi habet ꝙ in vacuo non est natura vnigenea: nec ꝙ diuersa.

Deinde dexit quis igitur motus &c, id est, & cū sit declarato quod nō est causa motus qui existimatur qđ est dignius vt vacuum sit causa eius scilicet motus trāslatio, sequitur vt nō sit causa alicuius motus ono, & cū nō fuerit causa illius nō sequit expositiōe motus vacuū esse, sed ecōtrario scilicet vacuū nō esse. Et Alex. exposuit hūc sermonē ita, qđ si natura sit causa trāslatiōis corporū naturaliū: vacuum nō, est causa trāslatiōis, & cū nō fuerit causa trāslatiōis nō erit causa alicuius & cū nō fuerit causa alicuius: nō erit ens omnino, & ista contradictio est propria ponētibus vacuū: quia est causa agens trāslationis ad superius nō ponētibus ipsum causam materialem translationis. Documentum Expositio. Alex.

Amplius si vacuū est aliquid vt locus. priuatus corpore cū sit vacuū quomodo mouebitur impositū in ipso corpus: non eī ia in omne: cadē autē ratio & ad locū esse aliquid opinātes separatū in quē fertur ꝙ fertur: quomodo nāq; mouebitur positū aut manebit sursum & deorsum, & de vacuo cōuenit eadem

dēratio merito: vacuū eī locū faciūt esse dicētes, & quomodo iā inerit: aut in loco: aut in vacuo, nō enim accidit cū totum sit positū: sicut in separato loco & sufferēte corpore; pars enim nisi seorsum ponatur non erit in loco sed in toto amplius autem si non locus, neq; vacuum erit.

Et etiā si vacuū sit sicut locus cōmune corpori: cū fuerit positū in vacuo aliquod corpus: quo igit attrahit: impossibile eī est vt attrahatur ad ipsum totū, & per hūc eūdē sermonē contradicetur illis qui existimāt locū esse, aliquid separatū ad qđ fiet & trāslatio, quæretur igit ab eis quomodo sit attractio corporis positi in eo: aut quies eius & queritur de superiori & inferiori: sicut fuit quæsitū in vacuo, necesse est eī vt sermo de illo sit sicut sermo de vacuo: dicētes eī vacuū esse ponūt ipsum locū, & queritur etiā qualiter erit aliquid in loco aut in vacuo: hoc eī nō adaptatur qñ totū illi⁹ rei fuerit positū in loco separato: & illud corpus totale fuerit permanens: pars enim si non ponatur per se non erit in loco: sed in suo toto, & etiam si locus non fuerit, nonn erit vacuum. D Pars nisi seorsum ponatur non erit in loco sed in toto.

Hæc est secūda declaratio qđ vacuū separatū nō est & differt a prima: quā in prima posuit vacuū esse nō cōsimiliū partiū &, qđ in eo nō est potētia similis moto, ita qđ motū attrahat ad ipsum ex illa potētia sicut attrahit ad cōtinēs sibi, ꝓpriū: in hoc vero. q. cōcedit ꝙ in vacuo est potētia similis moto, & ꝙ motū attrahit ad illa, sed cū hoc fuerit positū: & fuerit manifestū ꝙ si in vacuo sit potētia est cōsimilis: necesse est cū idē corpus fuerit positū in vacuo: aut nō moueat oino ꝓpter æqualitatē attractiōis ex qualibet parte æqualiter: aut vt moueat secūdū totā ad loca cōtraria: aut dividat, sed ipsum secūdū totū moueri ad loca cōtraria est impossibile, & ipsum etiā quiescere in omni loco est impossibile, & diuisio eius etiā nō sentit. Et ipse expressit in hoc sermone primā istarū diuisionū & tacuit duas: quia intelligūtur ex dictis. Et forte cōtinet̄ est in hac diuisiōe, & erit argumētū per se scilicet quādo mot⁹ naturalis fuerit cōsiderat⁹ in eo tm. q. d. & etiā argumētū, sed m est: qñ cū posuerim⁹ qđ hoc nomē vacuū significat locū corporis: & posuerim⁹ ipm sec̄m ꝙ est loc⁹ habere potētiā per quā attrahūtur ad ipm corpora q̄ quiescūt in eo naturaliter cū fuerit in eo & mouētur ad illud cū fuerit extra: ad modū ei⁹ qđ sentit de loco. & posuerimus in hoc vacuo aliqđ corpus: nō poterim⁹ dicere ipm moueri naturaliter per attractionē ei⁹ a cōtinēte: sicut dicimus hoc de loco, sequit eī ex hoc vt idē corpus sec̄m totū moueat ad loca cōtraria. Et Alex. exponit hūc sermonē ita ꝙ illud qđ sequit in eo nō sequit nisi quia vacuū ponit infinitū: sicut sequit in termino, vt motus non sit in corpore infinito, & coegit ipsum ad hoc ꝙ expositio nostra existimat ꝙ Aristoteles diceret cū post pro ratione alia ab ista. D. d. & per hūc eundē sermonē &c. id est, & illud qđ cōtingit dicētibus vacuū esse ex hoc scilicet qñ Expositio Alexā. Dimētiōes quādo abstrahuntur

non habent potentiã ne

B

dum vt habeant potẽ tiam nõ cõ similẽ Videcõsimile supra cõ. 48. Vacuum& locus apud

F

antiquos nõ differũt nisi secũdũ modũ. Idẽ supra. 50. &. 61.

G

Pars cõ nõ ponitur separata a toto nõ est in loco per se sed in toto.

in eo nõ erit superius & inferius naturaliter: neq; aliquid propter qđ eadẽ rẽs quiescit in alio loco & moueatur in alio cõtingit idẽ ponẽsibus locõ esse dimẽliones separatas a materia. Deinde dixit queritur igitur ab eis, id est, qm̃ cũ interrogãtur de causa quare quędã corpora moueãtur in aliquo loco & quiescũt in alio loco nõ possunt dare causam: dimẽliones eẽ quãdo abstrahũtur a materia nõ habebãt potẽtiã nedum vt habeãt potẽtiã nõ cõsimilẽ ita q̃ faciat quiet̃ I aliquo loco: & motũ in alto, & similiter etiã quãdo interrogãtur de differẽtijs quibus locus diuiditur in superius & inferius: nõ possent dare aliquid ex dimensionibus, & totũ hoc est cõtrariũ et quod accidit dicẽtibus locum esse vltimũ cõtinens. Et cũ declarauit qđ idẽ possibile contingit dicentibus locũ esse dimẽliones. & dicẽtibus vacuũ: dedit cautam in hoc, & dixit, necesse est enim &c. id est. & hoc impossibile contingit verificari quoniã ambo ponũt vacuũ & locũ esse dimẽliones: quoniã nõ differũt apud eos alii secũdum modũ scilicet quia cũ accipitur secundũ quod in eo existit corpus dicitur locus, & cũ accipitur secũdũ qđ in eo non est corpus dicitur vacuũ. Deinde induxit aliud inopinabile cõmune eis, & dixit, & queritur quomodo &c. id est & dicẽtes qđ dimẽliones sunt locus & vacuũ, nõ possunt dare causam ex qua corpus secundũ totũ est in loco per se, & secũdũ partes in loco per accidẽs. Manifestũ est eẽ qđ cũ pars nõ fuerit separata a toto qđ nõ erit in loco per se sed in toto, & hoc inẽdebat cũ dixit, hoc eẽ nõ aptatur &c. id est, & interrogãtur etiã quomodo aliquid secm̃ totũ est in loco per se & secm̃ partes in loco per accidẽs: cũ posuerit dimẽliones separatas esse locũ & vacuũ, hoc eẽ nõ adaptatur cũ res secm̃ totum fueris posita in loco qui est dimẽliones separatæ & illud corpus totale fuerit permanens in sua dispositione nõ corruptum diuidẽdo se in suas partes, pars eẽ cũ nõ ponitur separata a toto nõ est in loco per se sed in toto. & secũdũ hoc sequitur vt dispositio de toto & parte sit eadem scilicet qđ vtraq; sit in loco per se. & hoc prædictũ est in capite de loco. Deinde dixit neq; etiã si locus nõ fuerit nõ erit vacuũ, id est, neq; etiã si locus nõ fuerit: cũ est dimẽlio separata erit vacuũ: vacuum enim aut est privatio omniũ rerũ demonstratarũ scilicet decẽ prædicamẽtorũ: aut est dimensio separata. Dixit Alex, & in quibusdã libris nõ inuenit ex hoc capite scilicet ex postremo nisi hoc qđ dixit, interrogat quo aliqđ erit in vacuo, & secm̃ hoc iste sermo nõ erit rõ q̃ se; sed cõiũcta sermõi pdicto.

Accidit autẽ dicentibus vacuũ esse tanquã necessariũ: si vere esset motus cõtrariũ magis esse: si aliquis intẽdat nõ contingere moueri nihil si sit vacuũ: sicut enim propter simile dicentes terrã quiescere: sic & in vacuo necesse est quiescere: nõ enim est quo magis & minus mouebitur: secundũ enim quod vacuũ est non habet differentiam.

Et cõtingit dicẽtibus vacuũ esse necessario si fuerit motus cõtrariũ ei q̃ dicũt si aliquis perseruatus fuerit perfecte de hoc scilicet quoniam possibile est aliquid moueri si vacuum fueriti quẽadmodũ igitur dixerunt illi qui fecerunt terram quiescere

propter

propter similitudinem: ita necesse est etiam quiescere invacuo: quoniam nõ erit vbi ad quod motus sit dignior & remotior: quoniam secundum quod est vacuum non est in eo differẽtia.

Cũ narrauit qđ ex ipsa ratiõe eorũ improbat sua ratio: incepit narrare etiã qđ ex illo eodẽ improbat cõclusio eorũ, scilicet illud ex quo inferunt probare ipsum, scilicet motũ. Et dixit. & cõtingit dicentibus &c. i. & illis q̃ existimãt vacuũ esse qđ sequit ex motu necessario cõtingit cõtrariũ ei qđ dicũt, scilicet qđ si fuerit vacuũ nõ erit motus. 66

Prima expositio.

D. incepit numerare argumẽta ex quibus apparet qđ si fuerit vacuũ nõ erit motus: & dixit: quẽadmodũ igit &c. i. primũ igit eorũ quæ cõtingunt istis est: qđ qa vacuũ est consimile necesse est: vt in eo sit quies nõ motus: qm̃ si posuerimus ipsum habere potẽtiã attractiuã sequit vt sit secũdũ qualitatẽ: ex quo sequitur motũ quiescat vbicũq; ponatur sicut dixerũt tingẽtes qđ causa in quiete terre est: quia circũferẽtia orbis attrahit eã ex oibus partibus æqualiter. & nõ intendebat verificare sermonem istorũ de terra: sed intẽdebat quod cũ fuerit positum in continẽte potentia attractiua: continget vtres positæ quiescat in medio. Et forte intendit quod contingit istis de inopinabili simile et quod contingit illis: quoniam quemadmodũ contingit illis qđ omne corpus positum in medio debet quiescere in eo: adeo quod ignis etiã ita contingit istis: vt corpora vbicũq; ponantur invacuo quiescãt. Deinde dixit quoniam non est vbi &c. id est quoniã quia est conimilis non erit vbi qđ est motus dignius attractione & remotius simpliciter quã illud ex quo est motus: cum in vacuo non sint differentiæ quibus diuidatur in superius & inferius: & duo extrema distantia simpliciter non inueniuntur niſi in superiori & inferiori. ex quo sequitur vt omne motum positum in eo quiescat vbicunq; ponatur.

Secũda expositio.

Invacuonõ H sit differẽtia quibꝰ diuidatur superius & inferius. Idẽ supra cõ. 42. & ibi. Idem ifra. c. & tex.

Primũ quidẽ igitur qm̃ oĩs motus aut violẽtus aut secundũ naturã est necesse aũt est si quidẽ vere est violẽtus: esse & eũ qui est secundũ naturã violentus enim extra naturam posterior est eo qui est secundũ naturã: quare si nõ secundũ naturã inest vnis cuiq; physicorum motus corporũ neq; aliorũ erit motus neq; vnius. At vero motus secundũ naturã qõ erit in vacuo, cũ nec vna sit differẽtia secũdũ vacuũ & infinitũ: secũdũ qdẽ eẽ qđ infinitũ est nihil erit sursum aut deorsum neq; mediũ. secũdũ aũt qđ vacuũ est nihil differẽs est deorsum a sursum: sicut eẽ nullius neq; vna est differẽtia: sic & illiꝰ qđ nõ est: vacuũ aũt cũ nõ sit aliqđ priuatio videt esse: loci aũt natura mutatio differẽs est: quare erũt q̃ sunt natura differentia: aut igit nõ inest natura vllo mõ & nulla loci mutatio est: aut si hoc est, non est vacuũ.

Oĩs motus aut violẽtꝰ aut naturalis,

Et postea oĩs motus aut est violẽtus, aut naturalis: & sequitur necessario si motus violentus sit vt etiã naturalis sit: motus enim violẽtus est extra naturalẽ: & motus qui est extra naturalem est post naturalẽ motũ. ergo sequit si vnũ quodq; corporũ

naturaliũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si motꝰ violentus est naturalis est. Motus violentus est posterior naturali.

naturaliū non habuerit naturalē motū: vt nō habeat aliquem aliorū motuū. Quomodo igit esset possibilevt motus sit naturalis: & in vacuo nō est superiꝰ differētia; & est infinitū: secū dū enim qđ est infinitum nō est in eo superius neq; inferius neq; mediū omnino: & secundū quod est vacuum non differt in eo superius ab inferiori: quemadmodum igitur in nihilo non est omnino diuersitas: similiter etiam in illo quod non est ens: & vacuum est aliquod nō ens & priuatio: hoc enim existimatur de illo. sed translatio naturalis est diuersa ergo hæc est diuersitas naturalis: est igitur alterum duorum: aut nulla trāslatio naturaliter est omnino alicuius rei ad aliquam partem: aut si est hic translatio naturalis: non est vacuum.

L. 67 Ois motus aut est naturalis aut violentus. & ista ꝓpositio est manifesta per se. Sed vide instantia de motu ignis in propria sphera. 3. c. cō. 20. & 1. 2. metheororum. c. 2. 2 Habitus est prior priuatiōe in re q̄ caret habitu.

Hæc est alia declaratio. & prima suarum propositionū est quod omnis motus aut est naturalis aut violentus id est extra naturam: & est manifesta per se. secunda autem est quod omne habens motum extra naturā habet motum naturalem & ista est etiā manifesta per se: quod enim est extra naturam intelligitur in respectu eius quod non est extra naturā: & existimatur quod Aristote. declarauit hanc propositionem per hoc quod dixit. motus enim violētus &c. scilicet quoniā dispositio in hoc est sicut dispositio in habitu & priuatione: quoniam habitus a est prior priuatione in re quæ caret habitu. & hæc propositio vt mihi videtur non conceditur ab Auicen. & est fatuitas in illo. Et cum posuit has duas propositiones concluſit quod illud quod mouetur in vacuo necessario mouetur motu naturali: & sinō: non mouetur: quoniam cū contingit propositioni dicenti quod corpus mouet: aut naturaliter aut violenter quod motum in vacuo est corpus: cō cluſit in prima figura qđ motū in vacuo: aut mouetur naturaliter aut violenter: & cū contingit huic qđ illud quod mouetur violenter: mouetur naturaliter: cō cluſit etiam qđ corpus quod mouetur in vacuo mouetur naturaliter etiam cum fuerit verum quod omne quod mouetur violenter mouetur naturaliter: sequitur vt illud quod non mouetur naturaliter nō moueatur omnino. Et hic etiam est. q. syllogismus inducēs ad inconuenientia & in forma illius induxit suum sermonem: cum dixit. ergo cū vnumquodq; corporum &c. & cum verificauit quod corpus quod mouetur in vacuo debet moueri motu naturali. incepit destruere et aliquod corpus in vacuo moueat motu naturali: & in vacuo nō est superius omnino: & ille sermo est in secūda figura sic. Omne quod mouetur naturali motu mouet in aliquo in quo est superius & inferius. Et in vacuo non est superius omnino. Ergo illud quod mouetur motu naturali non mouetur in vacuo. Deinde incepit declarare quod in vacuo non est superius neq; inferius: & dixit: & est infinitum id est quoniam vacuum est infinitum: & infinitum non habet superius & inferius. ergo vacuū non habet superius & inferius quod non est medium totius.

2 Et cō declarauit ꝙ in vacuo nō est superiꝰ & inferiꝰ: qa est infinitū: incepit declarare etiā hoc alio modo & dixit. & secundum qđ est vacuum

cuum &c. i. quoniā in vacuo nō est diuersitas naturaliter: sed superius & inferius differunt naturaliter. ergo in secūda figura in vacuo non est superius & inferius. D. verificauit propositionem dicētem quod in vacuo nō est diuersitas. & dixit. quemadmodum igitur &c. Et iste sermo componitur sic. vacuum est non ens: & quod est non ens est priuatio. ergo vacuum est priuatio. & in priuatione non est diuersitas. ergo in vacuo non est diuersitas: & cum dixit ita illud quod non est ens: intendit ita illud quod non est ens cuius potentia est potentia: nihil quod est priuatio: non negatio simpliciter: vacuum enim non est negatio simpliciter id est priuatio perfecta: sed priuatio corporum naturalium: & illa quorum potentiæ diuersantur sunt corpora naturalia. Deinde dixit & vacuum est aliquod non ens id est non simpliciter: sed priuatio corporis naturalis. Et cum verificauit quod in vacuo non est diuersitas: & cum in eo non fuerit diuersitas: non est in eo motus naturalis: declara est continuatio inter præcedens & consequens. scilicet quod si vacuum est motus non est naturalis. D. destruxit consequens & concluſit vacuum non esse: & quia oppositum consequentis est manifestū per se: induxit hæc informa redargutionis: & dixit. est igitur alterum duorum id est aduersarius igitur non potest fugere alterum istorum: aut concedere vacuum esse: ex quo sequitur motum naturalē non esse: ex quo sequitur necessario vacuum non esse. Deinde dixit sed translatio naturalis &c. per hoc verificat propositionem dicentē quod superius & inferius sunt diuersa naturaliter: & quasi dicat & signum eius quod hic sunt vbi diuersa naturaliter: est quoniam hic sunt motus diuersi naturaliter: causa enim in diuersitate motuum est diuersitas naturarum locorum: & naturarum rerum motarum.

In priuatione nō est diuersitas. cō simile supra. c. 48.

Causa in diuersitate motuū ē diuersitas naturarū locorū. & naturarū rerū motarū. cōsike supra cō. 36. a Ex hocvidetur Auer. velle aerem mouere ꝓiecta de quo etiā vide. 7. ph. c. 10.

Amplius nunc quidē mouet proiecta proiectore nō tangente: aut propter repercussionē: sicut quidā dicūt: aut ex eo quod pellit pulsus aer velociori motu illius quod pellit motu secundum quē fertur in propriū locum: in vacuo autem nihil horū contingit esse. neq; enim ferri erit sed aut sicut quod vehitur.

Et etiā videmus qđ illud quod mouetur per expulsionē mouetur expellēte separato: & hoc est aut secundū successionē & motionē: vt quidā dicūt: aut quia motus aeris expulsi est velocior translatiōe rei expulsæ in motu eius ad suū locum quem habet: & nihil est ex hoc vacuo: & trāslatio non pōt esse in eo alio modo. Verbi gra secundū modū equitantis aut natantis.

Cum declarauit prius qđ si motus naturalis est vacuum nō est: incepit etiā declarare hoc ex motu violēto. Et dixit. & videmꝰ &c. i. & videmus quod illud qđ mouet per expulsionē violēter moueri posito motor separatur: videmꝰ in lapide proiecto qui mouet posito manꝰ separatur ab eo & similiter sagitta directa postquam separatur a chorda. & hoc non potest esse in vacuo nisi esset possibile aliquid moueri sine motore: & ideo omnes conueniunt id hoc qđ causa istiꝰ motus est aer secundū successionē: vt plato dicit, scilicet qđ quādo res expulsa va-

68 P

cuat

cuat locum in quo est per expellẽs succedit ei in loco alius aer:qui mouet illud expulsum post separationẽ expellẽtis:& ille aer sc̃m qđ̃ vacuat locũ suũ & succedit ei in eo alius aer:mouetur etiã ab aere succedẽte:& sic donec motus quiescat. Aut sc̃m hoc q̃ aer qui defert rẽ expulsam mouetur ab expellente posteã expellẽs separatur ab eo propter hoc:quia in natura aeris est recipere moueri ab alio: & retinere ipsum diu postquã separatur a motore:& hoc sc̃m a formam.s.quã

a Aer in motu proiectorum post separatur ab expellente mouef a sua forma naturali: & ante separa-

postea separatur ab expellente mouetur a sua forma naturali:& ante separationem mouetur ab vtroq; scilicet ab expellẽte & a sua forma:qua propter motus b eius est velocior necessario q̃ motus expulsum enim non habet in se principiũ motus cum motus ejus sit violentus patus:aer vero habet in se principium motus vt alibi declaratũ est. Et hoc intendebat cum dixit:aut quia motus aeris expulsi &c.i.per postea tiam leuitatis quæ est in aere per quã innatus est cũ aliquo motu adueniente moueri ad superius.s.q̃ causa in motu c lapidis post separationem proijcientis non est successio aeris sed translatio ipsius aeris.& hæc est sententia Arist.vt declaratũ est i lib.cęli & mũdi: & vltimo illius libri. Deinde dixit.& nihil est ex hoc in vacuo.i. & nõ est in vacuo aliquid de quo dicatur succedere:aut illud quod defert rem expulsam est velocioris motus q̃ ipsa resista q̃ motus violentus remanet post separationem expellentis. Et iste sermo cõponitur sic. Motus violentus post separationem expellentis fit:aut ex successione aeris:aut ex velocitate motus eius. Sed in vacuo nõ esse aliquid ex quo fit possibile alterũ quod istorum. Ergo in secunda figura motus non potest esse in vacuo. D.d.& translatio nõ potest esse alio modo &c.i.& impossibile est etiã vt translatio sit in vacuo secundum qđ̃ equitans transfertur super aliquod.i.delatum super deferens:aut secundum quod animal natat.volatile enim transfertur in aere secundum alterum istorum duorum modorum:aut secundum vtrumq;.

Amplius nullus itaq; habebit dicere propter quid quod mouetur stabit alicubi.quid enim magis hic quam ibi: quare aut quiescet:aut in infinitum necesse est ferri: nisi aliquid impediret magis potens.

Et etiam non posset aliquis dare causam ex qua cum aliqđ mouetur in eo quiescit ex eo in aliquo vbi.quare igitur dignius quiescit hic quam hic:ex quo sequitur:aut quiescere:aut moueri in infinitum:cum nõ impeditur ab alio impediẽte fortiori.

Cum destruxit vacuum esse ex motu incepit etiam destruere ipsum ex quiete naturali.causa enim in motu naturali est causa inquiete naturali:& hæc est similitudo continentis ad contentum. Et dixit:& etiã non posset aliquis dare causam &c.i.non posset aliquis eorum qui dicunt vacuum esse dare causam propter quã quãdo aliquid mouetur in vacuo quiesceret in aliquo loco magis quam in alio:quemadmodum nõ potest dare causam propter quam corpus mouetur motu naturali de vbi in vbi.D.d. quare igitur &c.i. quoniam non possunt dare in hoc causam ex vacuo quæ conueniat huic quod sentitur scilicet de corporibus

60 S ipsius aeris, & hec est sententia

nibus ipsa quiescere in aliquo loco:& non in alio:& intendit hic p̃ quiescere naturalem. D.d.ex quo sequitur &c.i.& si cõcedatur q̃ naturaliter inter vacuum & rem motã est aliqua consimilitudo. necesse est vt illa comparatio sit vna & simplex propter hoc q̃ vacuum vnũ & simplex:ex quo sequitur q̃ naturaliter in vacuo sit alterũ duorũ tm.s.aut quies aut motus:ex quo sequitur vt corpora naturalia:aut semper quiescant in eo vbicũq; ponantur:aut semper moueantur: qm̃ si inter illud:& corpus naturale fuerit comparatio similis quæ est inter corpus & suum vbi proprium tunc corpora quiescunt vbicũq; ponãtur:& si inter illud & corpora naturalia fuerit cõparatio q̃ est inter corp̃ & vbi nõ naturale:erit necesse vt corpa semp moueantur in eo.

Aristid.8 phy.c.82. Causa i motu nãli ẽ cã in gete nãli & hęc est si militudo T continentis ad contẽtũ. Idem supra con.30.& 43.& 48.

Amplius autem nunc quidem in vacuum ob id quod cedit fieri videtur:in vacuo autẽ vbiq; similiter huiusmodi est;quare vbiq; ferretur.

Et etiam motus existimatur fieri nunc in locis vacuis ex appositione in ipso vacuo: hoc est eodem modo in omnibus suis partibus.ergo sequitur vt illud quod mouetur in eo expellatur ad omnes partes.

70.

Ista est alia ratiocinatio qua nititur destruere vacuum esse per motum violentum.pluries enim motus apud expulsionem expellentis erit in aliqua parte & non in alia propter diuersitatem partium in diuersa aptatione.s.q̃a mouetur ad partem quæ est magis apta: adeo q̃ motũ naĩle mouef pp aptationẽ cõtra suũ motũ naturalẽ: vt accidit in assub: vt moueatur ad inferius quando non inuenit exitum ad superius.

2

Et dicit q̃ ponentes vacuũ ponũt ipsum:quia existimãt ipm adaptari motui:& q̃ ita esset nõ esset hic aliqua pars magis adaptata quam alia.

Et totũ hoc contingit dicentibus vacuum esse separatõ quib̃ intendit in hoc sermone contradicere.dicentibus vero ipm esse non separatum non contingit hoc:sed impositum in corporib̃. Isti enim possunt ponere superius & inferius & vniuersaliter medium per qđ̃ fiant motꝰ corporũ simpliciũ. D.d.ergo necesse est &c.i. ergo necesse est vt illud quod mouetur in eo expellatur ad omnes partes æqualiter: & sic nullum motum mouebitur propter aptationem ad aliquam partem aliam ab ea ad quã expellens expellit:quod nõ sentit in pluritus mobilib̃.

3

Et in libro Alexan.hoc capitulũ inuenitur.& etiã existimat q̃ trãslatio est nunc in vacuo propter aptationẽ:& hoc in vacuo est eodẽ mõdo ex oĩbus partibus.ergo illud qđ̃ mouetur in eo expellitur ad omnes partes.i.q̃ si vacuũ est cã trãslatiõis pp aptationẽ sicut fingũt dicẽtes ipm esse necesse est vt illud qđ̃ mouef in eo moueat ad oẽs ptes: qm̃ aptatio est i oĩb̃ æquale.& hoc i infinitũ:qa vacuũ est inãnitũ apd̃ eos.

V Aptatio est de necessitate motus & nõ cã agẽs motum.

Et in maxima est differẽtia inter ponere qđ̃ aptatio est necessaria in eẽ motus & ponere ipsam esse causam agentem motum.si igitur posueri-mus quod aptatio est de necessitate motus, expositio erit illa quam diximus:& si posuerimus quod aptatio est causa agens motus.expositio erit Alexan.sed erit destructio non sc̃m rem in se: sed sc̃m sermonẽ eorum.aptatio enim est de necessitate motus non causa agens.

Ampl?

X Not. duplicem cãm velocitatis & tarditatis in motu.

AMplius autem & ex his manifestum est quod dicitur: videmus enim idem graue & leue & corpus velocius ferri propter duas causas: aut in differẽdo per quid vt per aquam: aut per terram: aut aerem: aut in differendo quod fertur si alia sint eadem, propter excellentiam grauitatis aut leuitatis: hoc quidem igitur per quod fertur causa est quæ impedit: maxima quidem quod cõtra fertur: postea autem & manens: magis aũt quod nõ facile diuidit: huiusmodi autem pinguis est. Id autem in quo est. a. mouebitur per. b. quod autem in quo est. c. tempus. per ipsum autem. d. cum sit subtilius in quo. e. tempus si equalis longitudo est ipsi. b. quæ est ipsius. d. secundum analogiam impedientis corporis. Sit enim. b. quidem aqua. d. verò aer. quanto ergo subtilius est aer aqua & incorporalius: tanto citius. a. per d. mouetur quam per

Y b. habet ergo eandem rõnẽ secundum quam vere distat aer ab aqua velocitas ad velocitatem: quare si dupliciter subtile est in duplici tempore quod est ipsum b. transibit. a. quam d. & erit in quo est. c. tempus duplex eo in quo est. e. & semper iam quãtocũq; sit incorporalius & minus impeditiuum & bene diuisibilius per quod fertur citius mouebitur. Vacuum autem nullam habet rationem qua excellatur á corpore: sicut neq; nihil ad numerum. si enim quattuor excellunt tria in numero: pluribus autem duo: & adhuc vnum pluribus quam duobus: nihil autem habet non amplius rationem qua excellant. necesse. est diuidi excellens in excellentiam: & in id quod excellitur. quare igitur erit quatuor quamtuncũq; excellũt & nihil: vnde neq; linea punctum excellit nisi componatur ex punctis: similiter autem & vacuum ad plenum nihil possibile est habere rationem: ergo neque ad motum.

Z Necesse est diuidi excellẽs in excellentiã. & in id qđ excellitur.

Et apparet ẽt hoc qđ dixim⁹ hoc mõ. videm⁹ eñ idẽ corp⁹ velocitari in motu propter alterũ duorum: aut pp hoc ꝙ illud mediãte quo mouet diuersatur. Verbi gratia, vt motus eius sit in aqua: aut in terra: aut in aere: aut in igne: aut qa motũ diuersat: igit alia fuerit eadẽ ex dña grauitatis & leuitatis illud mediãte quo erit motus erit cã impedit eñ motus: aut multũ qñ mot⁹ illius fuerit cõtrarius motui eius qđ mouet in eo: aut minus qñ ẽt fuerit qlcẽs: & magis qñ nõ fuerit facilis diuisibilis: & qđ est tale est illud in quo est spissitudo. Expellat igitur corpus. a. mediãte. b. in tpe. c. mediãte. d. & qđ est subtilius in tpe. h. in longitudine ex. a. æquali longitudini ex. e. f. corpus impe-

diens: & intentio illius est: qñ. b. sit aqua, & d. sit aer & quãto aer est subtilior aqua: & leuioris corporeitatis: tanto. a. expellitur mediante. d. velocius quam mediante. b. & sit proportio velocitatis ad velocitatem sicut proportio excessus aeris super aquam: ita quod si fuerit duplum in subtilitate: pertransibit spacium. b. in duplo temporis in quo pertransit spacium. d. & erit tempus. c. duplum temporis. h. & quãto magis fuerit illud mediante quo erit motus leuioris corporeitatis & minotis resistentie: sed facilioris diuisionis: tãto magis expulsio erit semper velocior. Vacuum verò nullam habet comparationem ad corpus per quam corpus excedat ipsum: quemadmodum nullam habet comparationem illud quod non dicitur vnum omnino ad illud quod dicitur numerus: quatuor enim si excedunt tria per vnum excedunt duo per magis: & excedunt vnum per magis ad non vnum: vnum verò nullam habet proportionem quo excedit ipsum; excedens enim diuiditur necessario in eo quod excedit & augmẽtum: ergo quattuor diuiduntur in hæc duo: in excessum: & etiam in non vnum, et ideo linea etiam non excedit punctum: cum non componitur ex punctis & similiter etiam vacuum non habet ad plenum proportionem: ergo neq; etiam motus erit in eo.

Demonstratio exẽplaris ostendẽs quod talis est proportio mot⁹ ad motũ in velocitate: qualis est ꝓportio medij ad medium in subtilitate.



Hæc est etiã alia demõ in qua declarat qđ impossibile est motum

fieri mediante vacuo separato. Et dixit: & apparet &c.i. & hoc quę diximus.s.q̃ impossibile est vt motus fiat in vacuo apparet ex hoc: quia videmus corpora grauia diuersari in motu secundum velocitatem & tarditatem per duo: quę si corpus fuerit idem: aut fuerint duo æqualia in declinatione: diuersitas erit secundum illud in quo mouent. Verbi gratia, quia idē corpus velocius mouetur in aere q̃ in aqua: & similiter duo corpora æqualia in grauitate & figura & magnitudine. si autem corpora fuerint diuersa & mouentur in vno medio: tūc diuersitas in motu erit propter diuersitatem in grauitate & leuitate. s.q̃ grauius illorum erit velocius. Et cum declarauit hanc ꝓpositionem. s. q̃ causa velocitatis & tarditatis in corporibus mobilibus est: aut diuersitas medij in spissitudine & tenuitate: & diuersitas corporū in grauitate & leuitate: dixit. si igitur alia fuerint eadem, idest, quę si alia existētia in corporibus faciens velocitatē & tarditatē: vt diuersitas corporū in grauitate & figura & magnitudine fuerint eadē in duob⁹ corporibus nō diuersis. & videmus q̃ illud qđ mouet in aere: mouet velocius illo qđ est in aqua: manifestū est q̃ causa diuersitatis mot⁹ est illud mediāte quo est motus: sicut est etiā in eodē corpore. s. cū videmus q̃ motus est in corpore subtiliori est velocior q̃ motus eius in corpore spissiori. D. dedit cām ꝓpter quā accidit hoc medio & dixit: quia impedit multū &c.i. & causa tarditatis est quę illud mediante quo erit motus resistet rei motę: & hoc resistens diuersat secundum magis & minus. resistet enim multū quę mediū mouet motu cōtrario ei qđ mouet in eo: & resistere minus quę fuerit quiescēs. D. d. & magis &c. id est, & mediū qđ resistit q̃ suus motus ad cōtrariā partē resistit magis quę fuerit difficilis diuisionis & passionis. Diuersitas igitur mediorū in istis duabus causis. s. in difficultate & facilitate resistētiæ: aut mot⁹ aut quietis eorum est causa in diuersitate motus eiusdem moti aut mobilium cōsimilium. Deinde narrauit quę est difficilis diuisionis & dixit: & est illud in quo est multa spissitudo.

A Diuersitas mediorum est cā in diuersitate motus &c.

Et cū ꝓposuit hāc ꝓpositionem incepit vti hac doctrina q̃ literatur & dixit. expellat ergo &c.i. ponatur igitur. a. corpus qđ mouetur in medio: & mediū in quo mouetur ponatur. b. & tempus in quo mouetur sit. c. ponat etiā moueri. a. in alio medio subtiliori primo. & sit. d. & tēpus in quo mouetur. a. in hoc medio sit. h. & ponatur. a. moueri ex duobus mediis per duo spacia æqualia. s. ex. b. grossiori & ex. d. subtiliori. sequitur igitur vt tēpus in quo pertrānit hæc duo spacia diuersetur: notū est cū qđ velocius pertrānit idē spacium in minori tempore: quia causa velocitatis & tarditatis hic duobus motibus est diuersitas mediorum in tenuitate & spissitudine: sequitur vt proportio temporis ad tps sit sicut ꝓportio spissitudinis quæ est in altero medio ad illā quæ est in alio: & sic⁹ proportio motus ad motū. Et cū dedit exemplum etiā de literis dedit exēplū de materijs vt demōstratio sit manifestior: & qđ vt diminutū in vno exēplo appareāt in alio. & dixit. inest tio illius est &c. Verbi gratia, ponat in loco. b. qđ est mediū grossius aqua: & in loco. c. qđ est mediū subtilius aer: cui igit magis aer est subtilius aqua: & minoris resistētiæ contra rem motā: tanto magis erit velocitas motus. a. in eo q̃ in aqua: ꝓportio igit velocitatis ad velocitatē erit sicut ꝓportio excessus subtilitatis aeris sup subtilitatē aquæ: & iste

Si post exēplū de literis adducatur exēplum de materijs de mīo erit manifestior.

Cũ declarauit quid est idem motus genere & specie: incepit declarare quid est idem motus simpliciter. Et dixit: cum fuerit idẽ in se. i. in sua substãtia: & dixit: & in numero: qm̃ motus qui est idẽ in substantia: aliꝰ est genere: & alius specie: & alius numero: & innuit ꝙ diuisio quæ vsus est motu est diuisio in substãtia ei⁹: qm̃ illud qđ significat hoc nomen: vnum: & essentia: & quiditas in istis rebus est idem. D. d. & declaratur & c. i. & sc̃dm diuisionẽ motus in mot⁹ qui conueniunt: & differunt in rebus tribus: ex quibus constituitur motus declarabitur quid

est motus vnus in numero. Et cũ narrauit ꝙ ex ista via põt declarari qđ est vnus motus in numero: incepit declarare hoc: & dixit: illa em̃ in quib⁹ est motus & c. i. illa em̃ ex quib⁹ constituitur motus sunt tria: res mota: & res in qua est motus. Verbi gratia, vbi in translatione qđ est genus in quo est motus: & hoc intendebat cum dixit: & res in qua est: & intendit ꝙ qm̃ tẽpus: qm̃ ex istis trib⁹ fit motus. Et cum numerauit ista tria: ex quib⁹ constituit motus: dixit: & intentio eius & c. i. & hoc ita: qm̃ manifestũ est ꝙ ser̃ꝙ necesse est vt in omni motu sit aliquod motũ. Verbi gratia, homo & frustũ auri: & vt motus sit aliquo. Verbi gratia, in loco: aut q̃litate: & intendit p illud in quo est mot⁹ materiã motus in qua est motus sicut formã: & hoc manifestũ est ꝙ mouet: & hoc distinctũ est apud persecutationẽ ei⁹ qđ est vtrũ mot⁹ habet motũ. D. d. & vt sit quando. i. in tempore: & hoc declarabitur in sexto. & existimatur ꝙ aliquantulum. & ex eo declaratũ est in sermone de tempore.

Horũ autẽ triũ genere quidem: aut specie esse vnum est in re in qua mouetur: habitum autem erat in tempore. Simpliciter autem vnum esse in omnibus his est. Et nãq⁹ in quo est vnum oportet esse & indiuisibile: vt speciem. Et quod est aliquando vnum tempus: & non deficiens. Et quod mouetur vnum esse non secundum accidens: vt album nigrum fieri: & coriscũ ambulare: vnũ aũt est: & coriscus & album: sed secundũ accidẽs. Neq⁹ cõmune: esset enim duos hoẽs simul sanari secundũ eãdẽ sanitatẽ: vt ophtalmiã: sed non vnus hic est, sed spẽ vn⁹ est.

Et motũ esse in idẽ in genere, aut specie, est ex istis rebus, in qb⁹ est motus. & sequit hoc vt sit in tpe, aut vno, aut plurib⁹. Ipsum autẽ esse eundẽ simp̃r est in oĩb⁹ istis. Illud enim i quo est mot⁹ debet esse vnũ. i. indiuiduũ demõstratũ. Verbi gratia, in spẽ. Et q̃n. Verbi gratia, qm̃ tp̃s debet esse vnum sine defectu. & motũ debet esse vnũ non per accidens. Verbi gratia, vt albus niger fiat: & sor. ambulat, & alb⁹ & sor. sunt idẽ. sed per accidẽs. Neq⁹ cõe, quoniã possibile est vt homo sanet ẽ vna sanitate ab ophtalmia oculi. sed iste motus nõ est vnus nisi in spẽ.

Cum declarauit quid est motus vnus in genere & in spẽ: & declarauit ꝙ vnus motus simp̃r scitur p diuisionẽ ei⁹ in illa: ex quib⁹ fit motus: & notificauit illa esse tria: incepit declarare qm̃ mot⁹ erit vnus in genere: & in specie: & in numero sc̃dm ista. Et dixit: & motũ esse vnũ in quo est mot⁹ & motũ. Et dimisit diuisionẽ quã innuit in motu: qa cõuenientiã & diuersitatẽ eorũ in istis reb⁹: deberet incipere a diuisione: dicẽdo ꝙ ois mot⁹: aut nõ cõuenit in aliquo istorũ aut conuenit in qbusdã: aut i oĩb⁹: deide cõuenientes: aut sunt cõuenientes i gne: aut secũdũ spẽm. aut sc̃dm numerũ: sed qa hoc intelligit ex hoc qđ dixit: et est manifestũ ꝙ incepit determiare spẽs ei⁹: & nũerare diuisiões vtiles ad scien

de cõsile. 4 met. te. cõ. 3

H Mot⁹ cõstituit ex trib⁹ scilicet re mota illo in ꝙ est motus & tpe: sed oppositũ. d. supra cõ.

I tertio vbi dixit ꝙ motus nõ cõstituit ex tpe: qa tp̃s est de accẽtibus mot⁹. tñ vide cõsimilẽ snam huic in. 8. physi. text. cõ. 64

Ad vnitatẽ numeralem motus tria requruntur.

L Occurrit tacitæ obiectioni q̃ aliqs posset dicere Arist. fuisse diminutum.

35

a Nō est ne-
cesse in esse
huiusmodi
mot⁹ i gñe,
aut in spē se
cūdū qđ est
vnus in eis
vt si in vno
tpe, sed hoc
accidit na-
ture motus
sc̄m qđ ē
motus. ſ. vt
sit i tpe, nō
qđ mot⁹ q
dicef p tps.
Vide cōsice
supra cō. 3.
&. 4. huius
cō. 98. & q
sbi. Sed vi-
de oppositū
8. phy. cō.

M
Sz. puta vēj
qđ ista tria
ñ sufficiūt
aduntatem
numeralem
motus &c.
Licet illud
in q̄ est mo-
tus sit vnū
numero: &
sūt res mo-
ta sit vna nu
mero, si tñ
moueat in

N
spib⁹ diuer
sis, tūc mo-
tus eius nō
erit vn⁹ nu-
mero, sed
oppositum
vē dicere
cō. sequēti
sc̄m pti-

scienduм sc̄m quot modos dicit vnus motus. Et dixit: & vnum
motum esse in gñe &c. i. & motus est vnus in gñe: aut in specie secūdū
illud in quo est motus. ſ. in natura in qua est mot⁹: qñ si illa natura fue
rit vna sc̄m genus. Verbi gratia, qualitas aut vbi motus erit vnus se
cūdū genus, & si illa natura fuerit vna sc̄m spē m mot⁹ erit vnus secūdū
dū spē m. Verbi gratia, vt duo mot⁹ sint albificatio & nigrificatio:
aut translatio. Et quia hmōi motus vnus in gñe: aut vnus in specie
nō est necesse vt sit vnus secūdū tps: dixit: & sequit tēpus hoc. i. & ac-
cidit huiusmodi motibus vt sint in tpe: aut vno: aut plurib⁹ vno. ſ. q⁹
non est necesse a in esse eiusmodi motus in gñe: aut in specie secūdū
qđ est vnus in eis: vt sint in vno tpe: sed hoc sequit: & accidit natura
motus: sc̄m qđ est motus. ſ. vt sit in tpe: non quod motus qui dicet p
tps. Et cū declarauit dispositionē essentialē qua mot⁹ est vnus in ge
nere: aut ī specie ab accidētali. i. a dispōne accidētali: incepit declarare
illa quæ sunt necessaria in esse eiusdē motus simplr: qui est vnū secūdū
numerū. Et dixit: ipsum aūt esse vnū simplr &c. i. motū aūt esse vnū
simplr est vt sit vnus simplr. & in oīb⁹ istis tribus modis. ſ. vt sit vnus
motus numero in moto: & in eo in quo est motus: & in tpe. D. incē-
pit declarare hoc: & incepit ab illo in quo est motus: & dixit: illud est
in quo est motus &c. & hoc est ita: quia si motus est vnus numero: ne-
cesse est vt illa natura in qua est mot⁹ sit vna numero. ſ. individuū de
monstratū speciei illius naturæ: & hoc intēdebat cū dixit. Verbi gr̄a,
in specie. i. Verbi gratia, aliqđ individuū individuorū speciei illius in
qua est motus. Et cum narrauit quod est necesse in vno motu secū-
dū numerū vt illud in quo est mot⁹. ſ. mā mot⁹: sit vnū numero: incepit
declarare etiam qđ necesse est quod tps sit vnū numero. Et dixit: &
qñ &c. i. etiā necesse est vt tempus sit vnum numero sine defectu. i. qđ
in ipsum non cadat quies: sed erit cōtinuus: qñ tunc non esset vn⁹ mo
tus: quia tps eius non esset vnum: qñ illud in quo est mot⁹ licet sit vnū
numero: & sic̄ res mota si moueb⁹ in tpib⁹ diuersis tūc motus eīt nō
erit vnus in numero. D. induxit tertium necessarium: & est quod res
mota debet esse vna numero: & hoc essentialiter: non accidentaliter: &
dixit: & motum est vnū nō per accidens &c. i. & in hoc qđ motus sit
vnus in numero: necesse est qđ res mota si vna in numero non per acci
dēs: qñ si fuerit vna p accidens: tunc erit possibile vt moueat duobus
motibus insimul in eodem tempore. Verbi gratia, qñ albus & sortes
sunt idē p accidēs qñ accidit quod sor. sit albus: & ideo possibile est
hoc vnū per accidēs moueri duob⁹ motib⁹ insimul: vt niger fiat secun
dū qđ est albū & ambulet sc̄m qđ est sor. D. d. nectē cōmune: & in-
tēdit illud in quo est mot⁹: qñ cū declarauit qđ necesse est vt illud in
quo est mot⁹: & etiā tps sunt vnū in numero, vult declarare quod tps
esse vnum numero non sufficit in hoc quod motus sit vnus numero. cū
illud in quo est motus fuerit commune non vnum numero, et quasi di
cit, & impossibile est si illud in quo est motus fuerit commune, vt mo
tus sit vnus numero, licet tempus sit vnum numero, quoniam possibi
le est vt duo homines insimul sanentur ex vna infirmitate in specie in
vno tempore, tamen sanatio eorum non erit vna in numero, sed in spe-
cie, ſ. motus quo mouentur licet tempus sit idem.

Socra

Socratem aūt secundum alterationem eandem alterari spe-
cie: in alio autem tempore: & iterum in alio. Siquidem contin
git corruptum iterum fieri vnum numero: erit & hic vnus. Si
verō non: idem quidem specie: vnus autem numero non.

Si autem sor. alteratur eadem alteratione, in specie: sed hoc
in aliquo tempore: deinde iterum in alio tempore. Sed si possi
bile est vt illud quod iam corruptum est reuertatur: & fiat vnū
in numero: tūc motus possibile est vt fit etiam vnus. Et si illud
fuerit impossibile: motus erit ille idem: sed non vnus.

Hæc est qō circa hoc qđ dictū est: qp in hoc qp mot⁹ sit vnus nume-
ro: necesse est vt tps sit vnū numero: qñ pōt aliquis dicere qp cū idem
motū moueā eodē motu in specie vna vice post alterā. i. pluries. Verbi
gratia, vt mō moueā: deinde quiescat: & inde reuertar ad illū motū quo
mouebar prius. qñ ille motus secūdus & prim⁹ sunt vn⁹ in numero:
eodē mō in gñatione qp cū idē individuū corrūpit: deinde reuertit: &
qp sor. mouet in aliquo vno iterū post primā vicē. Verbi gratia, alte-
tur iterū post: aliud autem transiit: tunc si corruptū qñ reuertitur est
vnū in numero motus sor. qui reuertit post: qđ quies interuenit est vn⁹:
& si illud non fuerit: hoc nō erit. & hoc intendebat cū dixit: si igit pos
sibile est &c. i. motus sor. qui fuit mō: & post reuertit possibile est vt
sit vnus. & ideo dixit post. si igitur illud fuerit impossibile &c. hoc igi
tur est vnū eorū quæ possunt intelligi ex hac quæstione. a Et for-
te intendit per hanc quæstionem venire ad quæstionem de motu con-
tinuo: quomō motus est continuus cū hoc qđ in oī motu quædā pars
corrumpitur & quædam generatur: & cum corruptum nō reuertitur:
non est hic vnus motus in numero: & sc̄m hanc expositionē est cū di
xit: tunc motus possibile erit vt sit: intendit. si igitur est possibile vt il
lud quod est corruptum reuertatur & fiat vnum in numero: possibile
vt sit hic vnus motus in numero. & si illud fuerit impossibile: non erit
hic vnus motus in numero. sed impossibile est vt generatū & corruptū
sint idē numero. ergo impossibile est vt vn⁹ mot⁹ sit in numero: vt si sit
vn⁹? sublecti numero: & in eodē: & continuus: & hoc erit finis huius
vnū numero: nō sequit vt mot⁹ cōtinu⁹ sit vnus mot⁹ tm. sed etiam mo
tus inter quos est quies: cū sublectū eorum fuerit vnum numero: & il-
lud in quo est motus fuerit etiā vnum numero. Et videtur si ista quę
stio intelligatur de motu cōtinuo. qp differt tia inter partes motus cōti
nui & motus qui reuertunt iterū post aliū sit hæc. ſ. qp generatū & cor
ruptū in istis motib⁹ vtrōq; distinguitur a reliquo per quietē interia-
centem: in motu vero cōtinuo generatum non distinguitur a corrupto
nec̄ demonstratur: sed est vnum, possibile est igitur dicere sc̄m hoc
qp motus continuus est vnus numero: sed mō magis diminuto quā mō
quo dicimus in re quiescente ipsam esse vnā: sc̄m numerū. & si inten
tio est manifesta: cum fuerit cōcessum qp generatū et corruptū nō sunt

mā expōsi-
tionem.
36
Prima ex-
positio.
O
Quæstiōis
solutio.

a Exposi-
tio Themi-
stij.

p
Quō pōt eē
vn⁹ motus
cōtinu⁹ cū
ptes motus
cōtinue cor
rūpantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

idē in numero. & hoc manifestū est p se. & illud qd dixit post: significat qd nō intēdit nisi ꝓrere de motu cōtinuo. q.d. si igit posuerim⁹ qd sor. trāsferet. iterū post primū si fuerit possibile vt illud quod est corruptū reuertat. & fiat vnū in numero: tūc motus iterat⁹: pōt esse vnū in numero nedū cōtinuus. & sic est intelligendus iste locus. & sic non accidet qō valoris in hoc: qd cū aliqd fuerit corruptū & post reuertatur qd nō est idē in numero. Et qa ita est dixit. si aūt sor. &c.i. sed cum posuerim⁹ qd sortes mouet in aliquo vno iterū post aliud. Verbi gra. qd alteret aut trāsferat iterū post aliud tūc si illud quod iam est corruptū reuertat: & fiat idē in numero: tūc motus sor. qui heri fuit reuertet idē. quod est impossibile. Et forte ista expō est difficilior: & manifestius est ex verbis eius hoc qd ipse intēdit declarare: quod necesse est in hoc quod vnus motus sit quod tempus sit vnū: sed fecit quæstionem de cōtinuo: aut forte intēdit vtrūq; qm̄ ex illis quæ dicit post apparet quod ipse fecit qōnem de continuo: qm̄ duæ quæstiones sunt similes.

Q. Dubitant quō subiectū mot⁹ oporteat esse numero vnū

Habet aūt dubitationē huic similē: & vtrum vna sanitas & ofno habitus & passiones substātiæ sint in corporib⁹: mouent nāq; videntur habentia & fluentia. Si igit eadem & vna quæ diluculo: & nunc est sanitas: quare non & cum non deficiens accipiat iterum sanitatem, & hæc & illa vna numero erit.

Et est etiā quæstio similis isti vtrum sanitas est eadē: & vniuersaliter: vtrum formæ & passiones sunt in corporib⁹ in suis substātijs: qm̄ nos inuenimus illud quod habēt ex hoc in eadum mouentur & fluunt. Si igitur sanitas quæ fuit in mane & quæ est nunc: est eadem: quare sanitas quæ fuit & destructa & post reuertitur illa & ista non sunt eadem in numero.

37 Quia qō p̄dicta fundat sup hoc. s. vtrū generatū positq; corrūpit sit idē in numero cū corrupto & fuit positū qd si fuerit idē in numero continget vt mot⁹ q fuit sor. hodie & qui fuit heri sint idē in numero. & si posuerim⁹ qd est aliud cōtinget vt nō sit vnus mot⁹ in numero: incepit dicere qd talis qō accidit in formis q. &c. ib⁹: qa sunt in trāsmutato. Et dixit: & est qō &c.i. & est qō sicis qōni dictæ de motu vno in numero & de formis: & vt de passionib⁹ quæ sunt in corporib⁹ quæ sunt in suis substātijs: vtrū sint eadē dū corpus fuerit idē: aut non sunt eadē si corpus defecta non fuerit idē. s. multiplicare secū dū multiplicationē corporū: aut quō est. Nos enī videm⁹ hanc formā existentē in corporib⁹ & corpus moueri. i. trāsmutari & fluere semper: vñ necesse est vt ita sit in formis quę sunt in istis corporib⁹: cū sint in subiecta corporū trānsmutabiliū. si igit sanitas quæ fuit hodie sor. & quæ fuit heri sit eadē in numero: necesse est vt sanitas quæ est eius. deinde destruatur: deinde reuertat: sit eadē in numero. & si hoc est inopinabile necesse est vt nō sit hic eadē forma in numero. D.d. vtrū sanitas est eadem. i. in numero. s. quæ fuit heri in sor. & quæ est hodie. D.d. & vbi &c.i. & hęc pserutatio vbi fundat sup hoc. s. vtrū formæ & passiones existāt i subiecta corporū, qm̄ si ita fuerit necesse est vt illud quod inuenit in corporibus

porib⁹ motis & fluētib⁹ moueat & fluat. vñ sequit vt formæ mouean & fluāt: & si formę fluūt: & sunt eędē in numero: necesse est vt forma q fuit heri: deinde reuertit hodie posq; corrūpit sit eadē in nūero: & hoc cōtingit in eodē motu: qm̄ dicū ē ꝓ necesse est vt subiectū ei⁹ sit idē numero. si igit nō est hæc eadē forma in nūero: ergo neq; idē mot⁹ nūero.

Eadē em̄ rō est nisi ꝓ intātū differūt: qa siquidē duo sunt idē hic sicut numero vnus: & habit⁹ esse necesse est. Vn⁹ em̄ numero actus vnius numero. si vero habitus vnus est: fortassis nō alicui videbit vnius & actus esse. Cū enim pauset ambulare: non amplius est hæc ambulatio: iterum ante ambulare erit. si igitur vnus & idem est: contingit & idem corrūpi & esse multotiēs. Hæ quidem igitur sunt dubitationes extra q̄ nūc est intētionē. R

Quoniā eadē ratio est in hoc: præter hoc. s. in quo differunt: qm̄ duæ actiōes & si sint duæ ex illo eodē necesse est vt formę etiā sint sicut illæ duæ in numero: qm̄ eadē actio in numero est eiusdē in numero: & si forma fuerit eadē: dignius est vt nullus existimet ꝓ actio etiā est eadē. Quoniam homo cū cessauit ab ambulare: non erit tūc illud apud ipsum ambulatio & cum reuertitur & ambulat: tūc erit ambulatio. si igitur ambulatio est eadē: possibile est vt idem corrūpatur & generetur multotiēs: s. qd istæ quæstiones sunt extrinsecæ ab hac perscrutatione.

Cū narrauit ꝓ in hoc ꝓ formę etiā sunt eadē in numero accidit quę 38 stio similis ei quæ accidit ex hoc in eis de motibus in numero: & dedit situdinē inuestista: incepit dare differentiā. Et dixit: qm̄ eadē nō est &c.i. in hoc qd cōtingit in formis. & in ipsis motib⁹. Quoniā si forma iterata est eadē motus qui est hmōi est idē: & si forma quæ est hmōi est plus vna motus qui est hmōi erūt plures vno: & similiter ecōtrario. Et si forma quæ habet cōtinuū esse fuerit vna cū hoc ꝓ suū subiectum est semp in trāsmutatione ita motus cōtinuus in esse erit vnus in numero: cū hoc ꝓ suū subiectū demtatū ē trāsmutarū. Et si ille q est hmōi fuerit pluſquā vnus: formæ quæ sunt hmōi erūt plures. Quia igit inter motus & formas est ista similitudo manifestatnō est dīta inter mot⁹ & formas in ąlitonib⁹ accidētib⁹ in eis: ptercp in hoc ꝓ adunatio in motibus & formis nō est in rebus cōsequētib⁹. Quoniā cū actio. s. motus fuerit eadē sequit vt formę subiectæ illius actionis sint eędē: & sibi forma agēs illā. Et cū forma fuerit eadē non sequit vt mot⁹ sit idē: qm̄ cū sor. ambulat hodie & ambulauit heri subiectū est idē: & mot⁹ sunt plures: & sibi ab eadē forma inueniunt plures actiōes in ēpotib⁹ diuersis. Si igit diceret pterq; in hoc ꝓ differūt. qm̄ actio cū fuerit vna: forma erit vna: cū forma fuerit vna: non sequit vt actio sit vna: tūc sermo esset manifestus ꝓ se. sed dixit: præterq; &c. Et iste sermo vt apparet non est verus: quoniam nō sequitur cum actiones fuerint plures in numero vt formæ subiectæ illius actionis sint plures in numero: neq; formæ agentes: neq; sequitur ad hoc quod si eadem actio in numero.

Differentia inter quæstiones.

Prima expositio.

Differentia inter motus & formas.

Hæc illius probatio.

Contra primam expositionem.

Dubiū contra textum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda expositio.

prouenit ab eadē forma: aut est in eadē forma qđ necesse est vt plures actiones inueniant: aut a pluribus formis: aut in pluribus formis nisi esset verū qđ posset cōuerti cōsecutio a destructione antecedētis. Sed ista differentia videtur differentia inter hoc ꝙ accidit in primo aspectu existimāt enim ꝙ cum vnus motus in numero fuerit vnius subiecti numero quod sequitur ꝙ plures motus sunt plurium subiectorum: existimatur tamen qđ non ex eadē forma: aut in eadē forma est eadem actio. Et sic iste sermo habet duas differentias: differentiam, s. scđm hoc qđ accidit in primo aspectu: & differentiam scđm ipsam rē: & ideo dixit, dignius est igitur vt nullus &c. i. & differentia inter illa est: qm̄ cū actiones fuerint plures existimatur qđ necesse est vt formæ sint plures: quia existimāt ꝙ cum eadem actio fuerit ab eadē forma qđ sequitur plures actiones esse a pluribus formis: & nullus existimat qđ cum forma fuerit eadē ꝙ necesse est vt actio quæ prouenit ex ea: aut quæ est in ea sit eadem. Iste enim homo demonstratus quando cessat ab ambulatione non prouenit ex eo ambulatio: & quando reuertitur ad ambulationē: tunc prouenit secunda ambulatio. Et forte intendit, sed est differentia inter hoc ꝙ sequitur ex hoc scđm similitudinē: & scđm ipsam rē: qm̄ ex similitudine quæ est inter motus & formas: sequitur qđ cum posuerimus plures motus esse sequitur plures formas esse: sed non est necesse quoniā idem motus est eiusdē formæ: & eadē forma non est idē motui.

Tertia expositio.

Quarta expositio.

Et forte intēdit per duas actiones duas passiones: qm̄ cū passiones fuerint duæ sequi vt formæ sint duæ: qđ nō sequitur in actione: & quasi intendit dare differentiā in hoc inter actionē & passionē: & super hāc expositionē est sustinendū. Et cū scripserā hoc nōdū inspexerā librum Alex. in hoc capitulo: & post inueni ipsum dicere ꝓpinquum huic: dicit enim ꝙ actio dicta in hoc loco dicta est æquiuoce: & ꝙ Ari. intēdebat per actionē cū dixit: qm̄ actiones si fuerint duæ &c. i. subiectā actionis &. q. d. qđ si subiectū actionis fuerit duo: sequitur ꝙ formę sint duę. Deinde declarauit hoc: & dixit: qm̄ eadē actio in numero est eiusdē in numero: & hoc est ita: qm̄ vnū subiectum in numero est vnius formæ.

Et dedit rationē super hanc expōnē: & dicit de hoc qđ inuenitur in quibusdā libris loco istius sic: sed differunt: qm̄ si fuerint duæ in numero necesse est vt formæ sint sic. & nō dixit actionē. Deinde reuersus est ad primā qstionē. & dixit si igit ambulatio &c. i. si igitur ambulatio fuerit & ambulatio hodie est eadē: possibile est vt aliquid idē generetur & corrūpatur multotiēs: & dicat ipsum esse idē qđ est valde inopinabile. Et quia hāc dicta quomodo formæ sunt eædē & corpora sunt semper in transmutatione: non est huius scientiæ: aut huius loci: dixit: sed iste qstiones &c. i. & propter hāc qæstionē dixerūt quidā antiqui quod nō est hęc scientia necessaria: & ꝙ ola sunt in trāsmutatiōe: & est sermo sophisticus: vnde loquētes in lege Mahumeti dicūt, ꝙ accidit illi nō remanēt per duo tpa: & intendunt ꝙ ola sunt mota ꝓter subtilitatē.

Omnis motus est continuus. ois motus vn? simpliciter est cōtinu?: & si continuus vnus.

S

Nō quodlibet continuatur cum quolibet.

T

Causa quatingenti cōtingens; sed quorū vnū sunt extrema. Vltima autē alio-

Quoniā aūt continuus est ois motus: simpliciter quidē vnū necesse est cōtinuū esse: siquidē ois diuisibilis est: & si cōtinuus vnus. Nō enim fiet ola cōtinuus omni sicut neq; aliud nullū cō

aliorū nō sunt quidē: aliorū aūt sunt: sed spē dīa: & equiuoca sunt: quō nāq; tāget: aut fiet vltimū lineę vnū & ambulatiōis.

Et quia ois motus est cōtinuus: ideo motus qui est simpliciter vnus debet esse cōtinuus: cū ois motus est diuisibilis: & si motus fuerit cōtinuus erit vnus: qm̄ non ois motus est continuus cum omni motu. Quędam modū in alijs nō quilibet cōtinuatur cū quolibet: sed illa quorum vltima sunt vnū. Et quædam non habent vltima: & quædam habēt sed in forma sunt æquiuoca. Quoniam impossibile est vt vltimum lineæ tangat vltimum ambulationis: & fiant vnum.

Cum declarauit qđ vnus motus in numero est motus qui est in eodē in numero: & in eodē in spē: & inducit qstiones sup hoc incepit dare rationē ꝓpter quā necesse est in hoc ꝙ motus sit vnus in numero: vt ipse sit vnū: & subiectū sit vnū: & est quia est cōtinuus. Et dixit: & quia omnis motus &c. i. & qa ois motus est cōtinu?: qa ois motus est diuisibilis. necesse est vt vnus mot? in numero sit cōtinuus. & cū declarauit qđ oēs mot? sunt de natura cōtinui: dicit: si igitur fuerit motus continuus & c. i. si igitur motus qui est vnius subiecti numero & in eadem re numero habuit partes cōtinuas tūc erit vnus. & si partes eius nō fuerint cōtinuæ: nō erit vnus: & causa in hoc ꝙ quidā motus sunt: qui nō sunt cōtinui: est qm̄ nō ois mot? pōt cōtinuari cū quolibet motu qđ. admodū impossē est i alijs ꝙ sunt de spēb? cōtinui cōtinuari ita ꝙ quod libet cōtinuat cū ꝙlibet qm̄ si ita eēt tūc oīa essent cōtinua: sed cōtinua sunt illa quorū vltima possunt esse vnū: & hoc intēdebat cū dixit qđ. admodū in alijs &c. i. impossē est vt quilibet mot? cōtinuet cū quolibet motu sicut est impossē quodlibet continuari cū quolibet. Deinde in duxit determinationem per quā res fuerint continuæ & dixit: sed illa quorū vltima sunt vnū, i. entia cōtinua sunt illa quorū vltima possunt esse vnū: sed in corporib? naturalibus cōtinuatio fit qū duo vltima fuerint vnū absq; eo ꝙ vltimū cōmune qđ est vnū cōrumpat: & similiter est cōtinuatio in magnitudinibus mathematicis: diffiniuntur enī ꝙ sunt illa quæ possunt recipere vltimū cōmune: & iste videt esse in motibus: & sic cū dixit: sed illa quorū vltima sunt vnū intēdit aut in imaginatione: & hoc est in motibus: & in spē: & in magnitudinibus: qm̄ ista scientia cōsiderat etiā de istis quodāmodo: aut in esse: & est hoc in corporibus naturalib? cōtinuis: sicut est dispō in membris animalis cōsolidatis. dī nō: & dixit: & ista nō habēt vltia &c. i. & cū cōtinua sunt illa quo eā vltima sunt vnū: videt ꝙ cā in hoc ꝙ nō ola sunt cōtinua sunt illa quo ola entia hāt vltima. sicut est dispō in nūeris: neq; ola entia hūtia vltima pōt cōtinuari: neq; etiā in imaginatiōe: qm̄ ista entia hāt vltima ista in forma de quibus hoc nomē vltimū dicit ęquiuoce: & hoc intēdebat cū dixit: sed sunt in forma æquiuoca. D. d. quoniā impossibile est vt gat vltimum ambulationis: cum magnitudo non tangat motum: quoniam vltimum in eis dicitur æquiuoce.

re ad vnitatem ad motus requiritur vnitas tpis & subiecti est qa est continuus &c.

39 V

Ois motus est cōtinu? quia omnis mot? est diuisibilis. vide instantiā de motu augmēti. 3. ph. com. 6. X &. 8. phy. 23.

Continuatio in naturalibus fit quādo duo vltima fuerint vnum absq; eo ꝙ vltimū cōmune corrūpatur talia autem vltima possunt esse vnum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A vel secūdū imaginatio, nē sicut est in successiuis vel secū dum esse: sicut est in pmanētibus,

Habiti quidē igitur sunt & q nec; idē spē nec; idē gñe sunt: Currēs em̄ alig; statim febricitabit: & vt lāpas ex diffusiōe lo ci mutatio est habita: cōtinua aūt nō: Ponit em̄ cōtinuū quo rū vltima vnū sunt: q̄re habiti & cōsequēter sunt quo tpe cōti nuū est. Cōtinuū aūt est: quo mot⁹. Hoc aūt est cū vnū vltimū fiat ambobus. Dicam⁹ ergo qd motus sesei erūt & si nō con ueniēt in specie aut in gñe. V.g. qđ homo currit & febricitat sta tim: & sic mot⁹ cādelæ successiuus est translatio sesea. cōtinua vero nō. Positū est em̄ cōtinuū in reb⁹ quarū vltima sunt vnū scilicet isti igit̄ motus sunt sesei & consequentes quia tempus eorū est cōtinuū: & cōtinuatio tēporis est per continuationem motus. Et hoc erit quando vltimum amborum fuerit vnum.

40 In illis q̄ diuersant, spē manifestum est qđ vltima eorum sunt diuersa.

Cum descripsit motus continuos: incepit post dicere motus seseos. Et dixit. & dicamus &c. i. & mot⁹ dicunt sesei licet nō cōueniāt in specie aut in gñe: sed est necesse solūmodo vt vltima eorū sint indiuisibiles scilicet vt interim nō sit ges: vt dictū est in descriptiōe rerū sesearū simpliciter: siue fuerint motus aut alia. Et cū induxit hoc dedit duo exempla: vnū de motib⁹ seseis diuersis in genere: & aliud in motib⁹ seseis cōueniētib⁹ in specie. Et dixit. V.g. homo currit &c. i. exēplū motus seseorū nō cōuenientiū est qđ homo currat: & statim accidit ei febricitatio. Et exemplū seseorū conuenientiū in specie est candela q̄ iactat manus hominum vna post aliam. Deinde dixit. continua vero non &c. id est & isti motus & similia non dicuntur continua: quoniam positum est quod continua sunt illa: quæ possunt habere vltimum commune. sed isti non possunt habere vltimum commune. In illis autem q̄ diuersantur secundum speciem: manifestum est quod vltima eorū sunt diuersa. In eis autem quæ conueniunt in specie: vt motus candelæ de vna manu in alteram est sesevs: quia quies nō interponitur & priuatio

B Mors cū vita dicit⁹ motus seseus.

cōtinuatiōe in rei veritate: quia motū nō est vnum. Deinde dixit. igitur motus sunt sesei & consequentes: quia tempus eorum est continuum. id est & motus sesei dicunt sesei & cōsequi: q̄ tps eorū est continuū in rei veritate: aut existimatur esse continuū: quia non interponit illis quies sensibilitr: & in rei veritate non est continuū: nisi quando instans in quo fuit vltimū primi motus in eo ertvnicū secundi motus: vt motus mortis qui sequit motū vitæ: & isti sunt sesei in rei veritate. l. quorū tempus est continuū in rei veritate. aut existimatur esse continuum. D. d. & tēpus eorū est continuum &c. id est & tempus motus continui per se est continuum per continuationē motuū cadentiū in ipsum. & hoc erit q̄n vltima illorum motuū fuerint vnū: vt mihi videtur: & continuatio temporis motuum seseorum est secundum quod imaginatur: & vltima eorum sunt vnum.

C Vnde necesse est eūdē secūdū speciē esse & vni⁹: & ī vno & eodē tpe simpliciter cōtinuū motū & vnū. Tēpore qdē vt nō

D immobilitas intersit. In deficiēti qdē em̄ quiescere necesse est. Multi igitur & non vnus motus est quorum quies in medio est.

est. Quare si aliquis motus statu occupetur: nec; vnus est: nec; cōtinuus, interciditur aūt si in medio tēpus est. Qui autē specie nō vnitur: nō vnus motus est, & si nō deficiat tēpus. Tempus quidē enim vnū est: specie autē alius. Vnū quidē enim necesse est, & specie vnū esse: hūc autē simpliciter vnū esse nō est necesse. Quis quidē igitur motus simpliciter vnus est: dictū est.

Multi & si vnus est motus quorū quies in medio est &c.

Et ideo necesse est in motu qui est simpliciter continuus & vnus: vt sit cōueniēs in specie, & eiusdē rei in eodē tempore. In eodē vero tēpore est ne cadat interim defect⁹ mot⁹: qm̄ in defectu necesse est vt sit quies. Et motus in quo est quies non est vnus: sed plures: ergo quilibet mot⁹ in quo est quies nō est vn⁹ nec; cōtinuus, & est in eo quies quādo in eo fuerit tēpus. Motus aūt qui nō vnus in specie: licet nō deficiat secūdū tēpus: est diuersus in specie. Quoniam vnus motus necesse est etiā vt sit vnus in specie, & nō est necesse vt iste sit simplex, & vnus. Iam igitur narrauimus quis motus simpliciter est vnus.

Cū declarauit q̄ vnus mot⁹ simpliciter, id est, in numero debet esse cōtinuus, & iā declarauit q̄ vnus motus in numero simpliciter est cōueniēs in specie, & eiusdē rei, & in eodē tēpore incepit declarare q̄ sequitur ex hoc vt mot⁹ qui est cōtinuus simpliciter sit vnus scilicet qui habet has duas dispositiōes scilicet vt cōueniat in illis trib⁹ scilicet in specie mot⁹. & in hoc q̄ motū sit vnū motū, & tēpus sit vnū. Dixit, & ideo necesse est in motu &c. id est, & quia vnus mot⁹ in numero est cōtinuus: necesse est vt mot⁹ cōtinuus & vnus simpliciter sit cōueniēs in specie, & eiusdē moti, & in eodē tēpore. Quoniā cū fuerit necesse vt vnus mot⁹ cōueniat in illis trib⁹, & motus cōtinuus est vnus: sequit vt cōtinuus & vnus cōueniant in illis tribus. Et cū narrauit q̄ necesse est vt sit vnus secūdum tempus scilicet vnus cōtinuus dedit causam istius esse est vt sit in eodē tēpore: quia si nō fuerit eodē; tēporet tūc in eodē subiecto interponit defect⁹ mot⁹, & in eodē subiecto necesse est vt qñ mot⁹ deficis sit quies, & hoc intēdebat cū dixit, qm̄ i defectu, & cū declarauit q̄ mot⁹ cui⁹ tēpus nō est vnū habet in se quietē: declarauit q̄ mot⁹ in quo est quies est plures mot⁹ nō vn⁹, & intēdit sed positū est ipsum esse vnū, & hoc est impossibile scilicet q̄ in vno motu sit quies.

41

B Motus cōtinu⁹ & vn⁹ in trib⁹ debēt conuenire.

Idem supra te. c. 34. & 4. phy. 105. & 7. phy. te cō. 5.

Et cū declarauit hāc cōclusionē: dixit, qlibet igit⁹ mot⁹ &c, & hoc sequit secūdū destructionē cōsequētis: qm̄ cū fuerit verū q̄ vnus motus: cōtinuus nō habet in se quietē: sequit ex hoc q̄ ille mot⁹ qui habet in se quietē nō est vnus nec; cōtinuus. D. d, & habet in se quietē, id est, & quies interponit motui qū ipsi motui interponitur tēpus: in quo res pus sit vnū incepit narrare q̄ hoc inuenire in motu cōueniēti secm̄ genus, & diuerso secm̄ speciē nō extrahet ipm a suo gñe. i. vt sit diuersus secm̄ gen⁹: sed cōueniēs i spē: aut in numero, & dixit: mot⁹ ꝓo q nō est vn⁹ in spē &c. i. & sic est de motu cōueniēti in spē diuerso in numero

F Documentum.

Motus qui est vnus in spē & prior naturaliter motu qui ē vnus in numero & similiter est dispositio motus vni? i genere cū

G motu vno i spē & motus vni? in numero cū motu cuius tempus est vnum.

Motus cōpletus i specie est cui non potest

H fieri additio aut diminutio, & est mot? circularis. Idem 8. phy. tex. com. 73. & 76.

I

a Motus trāslationis & prior motu

scilicet qđ licet tēpus nō deficit nō facit ipsum esse vnū in numero. Vnde dicit quoniā vnus motus necesse est vt sit vnus in specie &c. Et innuit qđ motus qui est vnus in specie est prior naturaliter vno motu in numero, & similiter est dispositio vnius motus in genere cum motu vno in specie, & similiter est dispositio vnius motus in numero cū illo cui? tēpus est vnū scilicet qđ cū vnus motus fuerit in numero tempus ei? erit vnū, & cū tēpus erit vnū: nō sequitur vt sit vnus in numero. Et propter hāc similitudinē quæ est inter illa: posuit hoc qđ si motus fuerit vnus in numero erit vnus in specie, & nō ecōuerso: tamē causam huius qđ si fuerit vnus in numero erit in vno tēpore, & nō econuerso, & etiā induxit sermonē in forma ratiōis, & dixit motus vero qui non est vnus in specie &c. id est, qū dispositio in hoc qđ sit motus fuerit vnus in numero sequit vt tēpus ei? sit vnū, & nō ecōuerso: est sicut dispositio in hoc qđ si mot? fuerit vnus in numero: sequitur qđ sit vnus in specie, & nō est ecōuerso, & similiter vn? in specie est vn? in genere, & nō ecōuerso. Dicit igit narrauim? quis mot? est &c. id est, & declarātū est igit ex hoc sermōe qs mot? est vn? simplr, & est vn? in numero.

Amplius autē dicitur vnus & perfectus: siue secūdū genus: siue secūdū speciē, siue secūdū substantiā sit sicut & in alijs perfectum, & totum vnus est. Est autē aliquādo, & si imperfectus sit vnus dicitur si solum sit continuus.

Et dicitur etiā vnus motus: motus cōpletus: si in specie fuerit cōpletus: aut in substātia: quēadmodū in alijs rebus nō attribuitur vni nisi illud qđ est perfectū & cōpletū. Et forte dicitur motus vnus, & si nō sit perfectus dūmodo sit cōtinuus.

42. Cū declarauit quid sit motus vnus numero: incepit declarare qđ vnus mot? in numero est duob? modis cōpletus, & nō cōpletus, & cōpletus est dignior hoc nomine vnus numero, incepit declarare hoc, & dixit. Et dicitur etiā &c. id est, & vnus motus dicitur de motu completo: siue fuerit cōpletus quia est de specie cōpleta: vt motus circularis: aut quia est de genere completo vt motus trāslatiōis: qui est perfectior cæteris motibus: cū sit perfectus in numero, & hoc intēdebat cū dixit vt mihi videtur aut in substantia, & cōpletus in specie motus et motus in quo nō potest esse additio: aut diminutio & est circularis tm̄ius per se in substātia aūt est motus: quia est prior motū naturaliter & perfectior, & est motus trāslatiōis: a vt post declarabit. Dicit quēadmodū in alijs rebus &c. id est, & motus cōpletus dignius est vt attribuat vni numero: quēadmodū in alijs rebus nō attribuitur vnitas maiori parte nisi illud qđ est perfectū & cōpletū, & quia motus nō cōpletus dicitur vnus numero modo secūdū induxit hoc vocabulum. Et forte dicitur vnus motus &c. id est, cū solāmodo fuerit cōtinuus. Et licet qui cū cōtinuatione nō erit pfectio, & hęc est dispositio mot? circu-

Amplius autē aliter præter prædictos dicitur motus vnus regularis: irregularis ēm̄ nō videt vnus: sed magis regularis si cut rectus. Irregularis ēm̄ diuisibilis est: videtur autē differe si

cut magis & minus. Est autē & in omni motu cp regulariter est aut nō. Et nāqp alterabit regulariter, & fertur in regulari: vt circulo: aut rectitudine, & circa augmētū sibi & decremētum.

Et dicit vnus motus alio modo ab istis dictis motus æqualis: qm̄ motus diuersus quasi nō existimatur esse vnus: sed motus æqualis est dignior hic vt linea recta: qm̄ motus diuersus est diuisibilis. Videtur igitur cp diuersitas inter duos motus est quasi additio & diminutio. Et in quolibet motu est æqualitas & inæqualitas. Et quoniā quandoqp alteratur res æqualiter & trāsfertur ex aliquo æqualiter. V. g. per circulū aut per lineā rectā, & similiter in augmento & diminutione.

43 Cū declarauit cp vnus motus in numero est duobus modis cōpletus & nō cōpletus, & qđ cōpletus est dignior vt sit vnus numero: vult declarare etiā cp de isto est dignior vt sit vn? numero ille qui est æqualis, & sic motus cōtinuus perfect? æqualis erit ille qui dicitur dignius vnus numero. Et dixit: & dicitur vnus motus alio modo &c. id est & vnus motus in numero dicitur alio modo a duobus modis prædictis scilicet motus continuus completus æqualis qui est dignior vt sit vnus. V. g. motus per lineā rectā qui est dignior vt vnus qm̄ motus per lineā tortuosam: qm̄ quēadmodū linea tortuosa existimatur esse cōposita ex recta & circulari: similiter motus per illā est diuersus, & motus diuersus existimatur esse plus quā vnus motus: sed motus æqualis est dignior vt sit vn?: & est ille qui est per lineā rectā. Deinde dedit causam, ppter qm̄ mot? diuersus nō est vnus in rei veritate, & dixit: qm̄ motus diuersus ē diuisibilis, id est, & causa in hoc cp mot? diuersus nō est vnus simpliciter est: quia diuiditur in velocitatē & tarditatē, & iste modus diuersitatis est similis diuersitati quæ est secundum additionem & diminutionem in rebus diuersis secundum magis & minus. Et intē dit quoniā est diuersitas quę nō extrahit motū de vna specie in aliā sed facit aliquā multitudinē, & hoc intēdebat cū dixit: videtur igitur qđ diuersitas &c. id est, qđ ista diuersitas est de genere diuersitatis quæ accidit in rebus secūdū additionē & diminutionē. Et intēdebat cp velocitas & tarditas nō diuidunt motū secūdū qđ genus diuiditur in species, & dixit: quasi additio & diminutio: quia velocitas & tarditas sūt de qualitate, & additio & diminutio sunt de quantitate. Deinde dixit & in quolibet a motu est æqualitas & inæqualitas, id est. & in quolibet genere motuum inuenitur æqualitas & inæqualitas quādo in alteratione inuenitur inæqualitas: quoniā alteratio est in quibusdā partibus remissior & tardior, & inuenitur etiā in ea æqualitas quādo partes eius motus sunt æquales in velocitate & tarditate, & similiter est de augmēto & in trāslatione, & eius sermo in hoc est manifestus.

Irregularitatis autē differētia est aliquādo quidē in quo motus natur, impossibile b est enim regularē esse motū nō in regulari magnitudine: vt reflexi motus aut obliqui: aut aliusma

totum naturaliter & p

L

fectior. vide pro hoc. 8. phy. supra text. cō. 55. vsq; ad tex. cō. 61.

In quolibet motu est æqualitas & inæqualitas Regulare & irregulare nō variant speciē motus: sed faciunt in eo aliquā multitudinem. Velocitas & tarditas nō diuidūt motum vt differentiæ essentiales.

M

cōsimile in text. & cō. sequenti.

a In quolibet motu ē æqualitas & inæqualitas quod quomodo sit in

N

telligendū vide. 4. ph. cō. 129. 26 physi. c. 15. & hic cō. 45.

b Impossi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bile est regulare esse motum nō in regulari magnitudine.

gnitudinis: quorū nō cōuenit cōtingēs in cōtingēte partē. Aliquādo aūt neq; in vbi: neq; in qū: neq; in ꝙ: sed in eo ꝙ sic est velocitate em & tarditate aliqū determinat. Cui⁹ quidē erit velocitas est eadē: regularis est: cui⁹ aūt nō: irregularis. Vnde neq; species motus: neq; differētiæ sunt velocitas & tarditas: quæ oēs sequūtur differētes scdm speciē. Quare neq; grauitas neq; leuitas quæ in idē est: vt terræ ad ipsam aut ignis ad ipsum.

Et in diuersis est differētia quæ forte est ex illo per ꝙ est motus: impossibile em est vt mot⁹ sit æqualis & magnitudo per quā est motus nō est æqualis. V.g. motus giratious: aut motus tortuosus: aut motus alterius quātitatis: quātitatū quarū quælibet pars nō superponit cuilibet parti. Et forte erit nō in re: neq; in tpe: neq; in illo ad ꝙ: sed vniuersaliter in illo ī quo est: quasi in via velocitatis: & tarditatis ī eo ꝙ est solū. Mot⁹ igit cui⁹ velocitas est eadē: est mot⁹ æqualis, & qui nō est talis est diuersus.

O tiæ motus: quia sequitur omnes modos eius. Ergo neq; grauitas neq; leuitas inducentes ad eundem locum. Verbi gratia, inducentes terram ad terram, & ignem ad ignem: sunt, species aut differentiæ motus.

Cū declarauit ꝙ motus æqualis est dignior vt sit vnus, & dedit dif-
44 ferentiā inter motū æqualē & diuersum cuius generis est, & quare motus æqualis nō est vnus: vult declarare hic causas inæqualitatis, & qd motus nō diuiditur in æqualē & in inæqualē: secūdū ꝙ genus diuidit in differētias: sed secūdū ꝙ genera & species diuidūtur in modos & accidētia, & prius incepit declarare causas ex quib⁹ mot⁹ est inæqualis.

Et dixit, & in diuersis &c. id est, & in motib⁹ diuersis sunt differētiæ: qm quidā sunt quorū cause diuersitatis sunt ex illo per qd est motus qñ fuerit inæquale: qm possibile est vt sit trāslatio inæqualis sicut
p dixit: si magnitudo per quā fit trāslatio nō fuerit æqualis (scilicet recta.

Quantitas tortuosa est cōtraria q̄titati recte.

V.g. motus per lineā tortuosam aut per lineā giratiuam &c. id est, & vniuersaliter motus qui est inæqualis per illud per quod est motus est ille qui est per aliquā quātitatē cuius omnes partes nō superponuntur sibi adinuicem quonīā ista quātitas est cōtraria quātitati rectæ: cū recta sit illa cuius partes superponunt sibi adinuicē. Et cū dedit hāc causam inæqualitatis motus incepit dare causam secundam & dixit, & forte erit non in re &c. id est, & forte motus erit inæqualis non per illud per quod est motus. Verbi gratia per locum neq; per tempus: neq; per finem, & hoc intendebat vt mihi videtur, cū dixit: neq; in illo ad ꝙ
Q sed vniuersaliter &c. id est, sed ex ipsi⁹ mot⁹ natura aut moti (scilicet qñ fuerit innata velocitari in quibuslibet partibus & tardari in qbuslibet. Et hoc intēdebat vt mihi videt cū dixit: in eo ꝙ est ī via velocitatis, i. ī eo ꝙ innatū est velocius fieri aut tardari est natura ipsius motus aut moti-

Et

Et posuimus hūc sermonē sic: qa causæ ois velocitatis & tarditatis ois accidētis in motu sunt hæc quatuor. s. aut diuersitātis ei⁹ p qd' est mot⁹: aut diuersitas dispositiōis moti in se: aut dispositiōis motoris aut dispositiōis ei⁹ ad qd' est motus: & intēdit per hūc sermonē quasi determinare causas diuersitatis motus. D. d. in eo qd' est solum. i. illud qd' est in via velocitatis & tarditatis. s. qd' aliqñ velocescit & aliquando tardat' secūdū qd' solū habet hāc dispositionē ꝓprie. s. qa habet velocitatē & tarditatē ꝓprie: & solū secūdū qd' est motū. D. d. motus igit &c. i. cui⁹ velocitas partiū est eadē: qa hoc est in accidētib⁹ eiusdē motus: & dixit: & ideo velocitas & tarditas &c. i. & causa in hoc qd' velocitas & tarditas nō sunt differētie motus ita qd' mot⁹ velox & tardus sint species ei⁹ est: qa velocitas & tarditas sequunt vnūquodq; motū mot⁹: & ista est dispositio a accidētiū separabiliū. s. qd' inuentū-
tur in qualibet specie qñq; & non inueniunt qñq; in qbusdā species⁹.

Documentum.

Cause ois velocitatis, & ois tarditatis accidētis: in motu sunt hæc quatuor &c.

a Ista est dispositio accidētiū separabiliū. s. qd' inuenionē ī qlibet specie qñq; & nō inuentiū-tur qñq; in qbusdā speciebus. &c.

D. d. ergo neq; grauitas &c. i. & ligni⁹ eius qd' velocitas & tarditas nō sunt differētię motus ita qd' p illas diuidant' in species est: qm graue & leue qñ duo illorū mouent' ad eundē locū: & alterū est grauis⁹ aut leuius reliquo: tūc alterū necessario erit velocis⁹ reliquo: & mot⁹ eorū est idē in specie qñ mouent' ad locū terre tūc mot⁹ grauioris erit velocior: & vterq; est motus ad medīū: & si mouent' ad locū ignis: tūc motus leuioris erit velocior & vterq; est idē motus in specie: & est motus a medio. & hoc intēdebat cū dixit. Verbi gratia inducēs terrā ad terrā &c. id est &. Verbi gratia motus qui inducit terram ad terrā aut motus qui inducit ignem ad ignem. Verbi gratia, motus ad medium: aut a medio.

Vnus qdē igit irregularis est quo est cōtinuus: min⁹ aūt qd quidē reflexiuo motui accidit: hic autē minus cōmixtio semp cōtrarij est. Si aūt omnē vnum contingit regulare esse & non: non erunt qui non secundū speciē habiti sunt ipsi vnus & cōtinuus. Quomodo enim erit regularis ex alteratione compositus & loci mutatione: indiget enim conuenire.

Et dicamus quod motus diuersus est vnus cum fuerit continuus: sed est in hoc minus: & hoc accidit translationi secundū tortuositatem: & minus semper est per mixtionē contrariorū. Si igitur omnis motus vnus possibile est vt sit secundū equalitatē aut inequalitatē, possibile est vt motus seseus nō secundū speciē idē motus continuus. Quoniā impossibile est vt motus compositus ex alteratione & translatiōe sit æqualis: quoniam necesse est si esset æqualis vt superponeretur sibi.

Min⁹ semp est p mixtionem cōtrarij.

Et dicamus &c. i. apparet qd' motus diuersus secundū velocitatē &
45 tarditatē est vn⁹ numero cū fuerit cōtinu⁹: sed in vnitate est in dispositiōe minori & æqualis in hoc in dispositiōe plectiori. D. d. & hoc accidit trāslatiōi secūdū tortuositatē. i. & hoc p vn⁹ motus numero q necessario est inæqualis accidit trāslatiōi q̄ est p lineā rectā necessario, id est q nō est vnus in numero. Deinde dedit causam ꝓpter quā motus inæqualis nō est vnus sed cōpositus: & dixit: & min⁹ est per mixtionē cōtrariorū,

Diminutū cōtrariorū.i.& cū motus inæqualis fuerit motus magis diminutus: in omni genere est diminutū per mixtionē cōtrarij supra com. 19.

R In.2.ca.1.c. 28.& com. 38. digressio ꝙ ꝗrit, vtrū ois motus posit esse irregularis.

a Sermo in hoc loco est

A de motu nō secūdū qđ est mot⁹ alicui⁹ corporis,

capitulo eiusdē motus numero:& diminutū in omni gñe est diminutū per mixtionē cōtrarij sequit vt motus inæqualis sit cōpositus ex contrarijs: & sic nō est vnus in rei veritate. Et cū narrauit qđ motus inæqualis est inæqualis per mixtionē cōtrarij: & mixtio est possibilis in oī motu secūdū qđ est motus dixit:qm̄ ois motus vnus &c.i. & cū ita sit possibile est vt ois motus sit æqualis & inæqualis. Sed ꝗrit quō ista ꝓpositio est vniuersalis:& declaratū est in celo & mūdo: qđ motus corporis celestis nullā habet in se diuersitatē. Et ad hoc dicendū est qđ hoc ꝓpriū est corporis celestis secūdū qđ celeste:nō inquantū motus:& sermo a in hoc loco est de motu nō secūdū qđ est mot⁹ alicuius corporis. Et cū narrauit qđ vn⁹ mot⁹ numero recipit æqualitatē & inæqualitatē:incepit declarare ex hoc qđ mot⁹ selei nō possunt cōtinuari:& dixit:& impossibile est &c.i. & ꝓsibile est vt ex motib⁹ recipit æqualitatē:& qđ recipit ꝙlitatē recipit suppositionē:& mot⁹ cōpositus ex trāslatiōe & alteratiōe nō recipit æqualitatē. Et iste sermo est in secūda figura: & ꝗa iste cōponitur ex duabus propositiōib⁹ ꝗrū affirmatiua declarata est:iā incepit declarare secūdam: & dixit: qm̄ si esset æqualis necesse esset vt superponeret.i. & signū eius qđ motus cōpositus ex speciebus diuersis non pōt recipere æqualitatē est:ꝗa perponi sibi adinuicem:& motus diuersi secundū speciē nō superponi ⁊ sibi:quia impossibile est vt translatio superponatur alteratiōi: aut augmentum translationi:& iste sermo est in secunda figura.

De contrarietate motuum. CAP. V.

AMpli⁹ aūt determinādū est qualis mot⁹ est cōtrarius motui.& de manifiōe codē modo.sed primo determinādū est vtrū cōtrari⁹ motus sit ꝙ est ex codē ei ꝙ est in idē. vt ꝙ est ex sanitate ei ꝙ est in sanitatē vt ghatio & corruptio videt: aut ꝙ est ex cōtrarijs vt ꝙ est ex sanitate:ei qui est ex egritudine:aut ꝙ est in cōtraria vt qui est in sanitatē:ei qui est in egritudinē:aut qui est ex cōtrario qui est in cōtrariō:vt qui est ex sanitate ei qui est in egritudinē:aut qui est ex cōtrario in contrariō: vt qui est ex sanitate in egritudinē:ei ꝙ est ex egritudine in sanitatē:necesse est em̄ aut vnū quēdā horū esse modorū:aut plures:nō em̄ est aliter cōtraponere. Et determinādū est etiā qs motus est cōtrari⁹ cui & de ꝗete etiā hoc modo sed pri⁹ dicendum est vtrū motus de aliquo est contrarius motui ad ipsum. V.g.vtrū motus de sanitate est cōtrarius motui ad sanitatē: & secundū quod existimāt de generatiōe & corruptiōe: aut qui sunt ex cōtrarijs. V.g.qđ mot⁹ ad sanitatē est cōtrari⁹ motui ad egritudinē:aut ad cōtraria. V.g.qđ motus ad sanitatē est cōtrarius

tius est motui ad egritudinē:aut motus de cōtrario in suū contrariū est cōtrari⁹ motui de hoc cōtrario in illud. V.g.quod motus de sanitate in egritudinē est cōtrarius motui de egritudine in sanitatē. Quoniā necesse est vt sit vn⁹ istorū modorum: aut plures vno:oppositio enim impossibile est vt sit alio modo.

CVm declarauit qs mot⁹ est vnus mot⁹ in numero in rei veritate incepit declarare de motu & ꝗete:duo.s. q mot⁹ sunt cōtrarij: & ꝙ nō:& etiā ꝙ duarū ꝗetū cōiūctarū cū motu.s. ꝗes in eo ex quo est mot⁹:& quies in eo ad qđ est:est cōtrari⁹ mot⁹:& hoc intendebat cū dixit:& de quiete etiā hoc modo.i.ꝙ quies est contraria cui quieti:& quæ quies est contraria cui motui: & quis motus est contrarius cui motui. Deinde incepit pscrutari de hoc:& dixit: sed pri⁹ dicendū est &c.i.sed priusq̄ perscrutemur de hoc diuidendū est & dicendū de oibus modis quibus pōt aliquis dicere qđ motus est contrarius motui. Dcōsiderandū quis corū est possibilis:& quis nō. Et primo vtrū motus ex aliquo est cōtrarius motui ad ipsum. V. g. motus de sanitate ad egritudinē est cōtrarius motui de egritudine in sanitatē: & secundū hūc modū cōtrarietatis existimāt qđ generatio est cōtraria corruptioni.motus enim de sanitate in egritudinem est corruptio sanitatis:& de egritudine in sanitatē est generatio. Et hoc intendebat cū dixit:& secundū qđ existimatur de generatiōe & corruptione.i.& secundū hunc modū contrarietatis existimāt qđ generatio & corruptio sunt cōtraria. D.induxit secundū modū:& dixit:aut ille ꝙ est ex cōtrarijs.i.aut motus cōtrarij sunt illi qui incipiunt a cōtrarijs secūdum qđ incipiūt ex eis. V.g.vt motus ex sanitate sit contrarius motui ex egritudine: qm̄ iste incepit ex egritudine & iste ex sanitate: & sanitas est cōtraria egritudini. Et cū induxit hūc modū dedit tertiū ꝙ est oppositus isti:& dixit:aut illi ꝙ sunt ad cōtraria.i.aut motus contrarij nō sunt cōtrarij secundū qđ sunt ex rebus cōtrarijs:sed secundū quod ad res cōtrarias. V.g.vt motus ex sanitate ad egritudinē nō sit cōtrari⁹ motui de egritudine in sanitatē secundū quod est ex rebus contrarijs: sed ex hoc qđ sunt ad cōtraria. D.induxit quartum modū: & dixit. aut motus de cōtrario est cōtrarius motui ad contrariū.i.aut mot⁹ contrarius motui est ille qui incepit ex aliquo contrario illi ad quod pertinit secundus motus. V.g.qđ iste motus demōstratus de hac egritudine sit cōtrarius motui demōstrato ad hanc sanitatē.qa iste est de egritudine:& ille ad sanitatē. D.induxit quintū modum & est verus: & dixit:aut mot⁹ cōtrarij sunt illi qui sunt cōtrarij secundū illud ex quo: & secundū illud ad qđ. Et sciendū est quod cōtrarietas motus est in motib⁹ qui sunt ex cōtrarijs ad cōtraria:sed ꝗrit hic modus verus quo sunt cōtrarij. Deinde cū compleuit hanc diuisionē:dicit: qm̄ necesse est vt sit vnus istorū &c.id est & dixit: qđ motus contrarij necesse est vt sint cōtrarij aliquo istorū modorū:aut pluribus vno:quia apparet ꝙ tus sit in eis aliquo istorū quinq̄ modorū:aut pluribus vno.motus cū Documentum.
de sanitate in egritudinē ⁊ est contrarius motui de egritudine in sanitatem:necesse est vt sit secundum quod illud ex quo incepit iste motus

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

H In quo autem primo mutatum est quod mutatum est necesse est atomum esse. Dico autem primum quod non per alterū aliquid ipsius esse huiusmodi sit. Sit igitur diuisibile quod est, a,c,& diuidatur secundum,b, siquidē igitur in,a, b, mutatum est aut iterum in,b,c,nō vtiq; in primo quod est,a,c, quod mutatum est erit. Si autem trāsmutatur in vtroq; necesse est enim in vtroq; transmutatum esse aut transmutari: & vtiq; in toto transmutabitur, sed erat mutatum. Eadem ratio autem est & si in hoc quidem mutatur in hoc autem mutatum est. Erit enī aliquid primo prius: quare non erit vtique diuisibile in quo mutatum est.

Et illud in quo fuit transmutatum in initio transmutatiōis necesse est vt sit indiuisibile. Et intelligo per initium illud quod est tale: non propter hoc quod aliud est tale. Sit ergo, a,c, diuisibile: & diuidatur in,b, si igit trāsmutatur in,a,b,& in,b,c,tūc initium transmutationis non erit in,a,c. Quoniam in vtroque aut trāsmutatum est: aut adhuc trāsmutatur vnde necesse est vt in toto transmutetur: sed iam trāsmutatum est. Et ista eadem ratiocinatio sequitur si aliquid pro parte transmutetur: & pro parte trāsmutatum est. Quoniam sequitur vt sit prius primo: vnde necesse est vt idem in quo est res nō sit diuisibile.

Demonstratio ostendens q̄d in quo aliquid primo mutatum est non est tempus ne aliquid diuisibile: sed instans & indiuisibile.



44 Cū declarauit quod in initio eius quod trāsmutat' res trāsmutabilis vnit

venit in illud in quo transmutatur: vult declarare q̄d initiū illius in q̄ est transmutatio est indiuisibile. Et dixit. illud in quo &c.i. & illud in quo transmutatum erit in initio transmutationis: necesse est vt sit indiuisibile & similiter id ad q̄d puenit: & hæc est causa in hoc q̄ finis & principiū transmutationis sint indiuisibilia. Et cū dixit q̄ initiū eius in q̄ trāsmutatur & finis eius debet esse indiuisibile: exposuit illud q̄ intēdit: & dixit: & intelligo p primū &c.i. & intelligo per primū illud q̄d dicit trāsmutari: nō quia aliqua pars eius est talis: primū enim est illud q̄d nō prædicat' de aliquo ,ppter aliud. D. incepit declarare q̄d primū q̄d tale debet esse indiuisibile: & dixit: sit igit. a,c, &c.i. dico q̄d initiū eius in q̄ trāsmutatur debet esse indiuisibile: si aūt sit diuisibile & sit. a,c, & diuidat' in,b. dico igit q̄ si magnitudo. a,b,c. fuerit diuisibilis necesse est vt trāsmutatū sit transmutatū in vtraq; parte. a,b,c. aut adhuc transmutetur. Si aūt transmutatū est in vtraq; parte: tūc trāsmutatio eius in. a,b,c. toto nō erit prima. Sed positū est ita: q̄d est incōuenēs. Et si in vtraq; adhuc trāsmutet & nō est trāsmutatū: cōtinget vt in toto trāsmutet. Sed positū est ipm iam transmutatum esse. Et hoc intendebat cū dixit: si igit transmutatum. i. si igit transmutatū in vtraq; parte. a,b,c. nō vere dicit iā esse trāsmutatū: q̄m sequit ex eo vt non sit initiū trāsmutationis: sed semper transmutatur: ergo necesse est vt sit in toto. s. in. a,c. semp transmutari: quia necesse est vt sit in vtroq; aut vere dicat' semper transmutari: aut iam transmutatum esse. Si igitur nō vere dicitur iam transmutatum esse: necesse est vt in vtraq; transmutetur: ergo in toto est tale. s. transmutari. Et positum est q̄d in toto transmutat': ergo in eodē semper transmutatur: & est transmutatum insimul: q̄d est impossibile. Et abbreuiatio huius demōstratiōis est talis: Necesse est vt illud q̄d trāsmutatur in tota magnitudine sit in vtraq; parte. s. cū est in altera parte: aut nōdū trāsmutat': aut iam transmutatū est: aut semp transmutatur. Si aūt nōdū trāsmutat': ergo est quiescēs in oibus partibus magnitudinis: & in toto iā transmutatum est: & hoc est inconueniens. Et si iam transmutatū est in vtraq; nunc in magnitudine iā trāsmutatū est nō in primo: & si in eis semper transmutetur: ergo in. a,b,c. toto transmutatur. Sed positū est iam trāsmutatū esse: ergo in eodē trāsmutatur: & est iam transmutatū: & hoc est impossibile. Sed Aristo. tacuit diuisionē dicentem: q̄d in vtraq; erit quiescēs: quia est manifesta: & quia iam vsus est in hac propositiōe in initio huius tractatus. D.d. & ista eadem ratiocinatio sequit' &c.i. & illud impossibile sequitur etiam si posuerimus ipsum in vna parte iam transmutatū esse: & in alia adhuc transmutari. V.g. in parte. a,b. iam trāsmutatū esse: & in alia adhuc transmutari: q̄m ratio in hoc eadem est. s. quia sequitur vt illud q̄d positum est primum nō sit primum. D.d. ergo necesse est vt illud &c.i. sequitur igitur ex hoc sermone vt illud q̄d est initiū in quo est trāsmutatio non sit diuisibile neq; vltimū eius in quo est trāsmutatio non est hoc etiam in tempore transmutationis scilicet quod initium eius est indiuisibile: & quod non est tempus sed instans.

Abbreuiatio rōnis.

I Initiū transmutationis L est indiuisibile.

Manifestū igit' quia & quod corruptū est: & quod factū est in atomo: hoc quidem corruptū: hoc aūt factū est. Dicitur autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem in quo primo mutatum est dupliciter: aliud quidē in quo primo perfecta est mutatio: tunc enim verū est dicere quo mutatū est: aliud vero in quo primo cæpit mutari.

Omne factum & corruptū est in indiuisibili.

Manifestum est igitur qđ istud quod corrumpitur & quod est, est in indiuisibili. Et hoc quod dicimus initium eius in quo est transmutatione est duobus modis. Quorum vnus est illud in quo perficitur transmutatio: quoniam tunc dicitur vere aliquid iam transmutatum esse. Alius vero est illud in quo incæpit transmutatio.

45 Forma est indiuisibil. Idē. 7. ph. c. 68.

Ista demonstratio p̄dicta est in transmutationibus diuisibilibus quæ habēt principium & finē. transmutatiōes vero diuisibiles. s. q̄ sunt in re diuisibili. V. g. gnatio & corruptio sunt in forma: & forma est indiuisibilis. Manifestū est igif de eis q̄ istæ trāsmutationes sunt in rebus indiuisibilibus. D. d. manifestū est igitur &c. i. manifestū est igif qđ illud qđ corrūpitur: corrūpitur in indiuisibili: & illud q̄ fit: fit in indiuisibili.

Documētū

Nō intelligit homo magis quā hō nec equus magis quā equus: sicut intelligit albedo magis q̄ albedo.

Et nō intendit q̄ hoc appareat ex prædicta demōstratione. nā gnatio & corruptio nō sunt diuisibiles ita qđ habeant principiū & finem: sed forte transmittit nos ad hoc qđ dictū est prius qđ gnatio & corruptio sunt fines transmutationis. Et declaratū est hic q̄ finis trāsmutationis est indiuisibilis. Et intelligo per transmutationē illud cuius finis est generatio & corruptio. s. trāsmutationē alterationis: & gnatio est finis alterationis & nō est transmutatio: sed est sequēs transmutationem: quia nō diuiditur in magis & minus, qa nō intelligitur homo esse magis quā homo: nec equus est magis quā equus: sicut intelligitur albedo magis quā albedo: & ideo gnatio & corruptio nō sunt motus: nec exigit q̄ se: sed sequunt motū: & ideo forte intendit per indiuisibile in gnatione & corruptione formā. D. d. & hoc qđ diximus &c. i. & dixit hoc qa nō est locutus nisi in principio tantū: qm̄ demōstratio sup ea cadit est: & forte hoc nomen primum in idiomate eorū significat principiū & finē.

Datur vltimū motus & non primū.

M Secundum quidem igitur finem mutationis quod primū dicitur existit & est: cōtingit enim perfici mutationē & est mutationis finis: quod ostēsum est indiuisibile esse propter id qđ finis. Quod aūt sedm principium omnino non est: non em̄ principium est mutationis: nec q̄ in quo primo quis mutabitur. Sit enim primum in quo sunt. a. d. hoc igitur indiuisibile nō est: accidit enim habita esse ipsa nunc: amplius si in. c. a. tempore nō quiescit: ponatur enim quiescens & in. a. quiescit. Quare si impartibile est. a. d. simul quiescit & mutatum est. In. a. quidē enim quiescit. d. autem mutatum est.

Primum vero quod dicitur propter complementū trāsmutationis est existēs p̄ se: quoniā pōse est vt perficiatur trāsmutatio: & vltimū transmutationis est illud quod iā declarauimus esse indiuisibile: quia est finis. Primum vero quod dicitur pri-

Principio non est ens omnino: quoniam transmutatio non habebit principium: nec q̄ erit ex primo tempore aliquid in quo transmutetur res. Sit igitur primum. a. d. istud igitur primum non est indiuisibile quoniam sequitur in omni indiuisibili vt instantia sint sesca. Et etiam si in tēpore toto. c. a. fuerit quiescēs, ponemus ipsum esse quiescens in. a. etiā. Sequitur igitur si. a. d. fuerit quiescens & indiuisibile: vt sit quiescēs. & iam transmutatū insimul. Qm̄ in. a. erit qescēs & in. d. erit iā transmutatū.

Ratio finis in indiuisibili cōsistit

Cum declarauit qđ in principio eius qđ transmutatur: separatur ab eo in quo transmutatur. veniet in illud in quo primo transmutatur: & qđ initiū & finis transmutationis sunt indiuisibilia vult declarare qđ initium trāsmutationis nō est in actu sed in potētia: & sīr initiū eius in quo est trāsmutatio nō est in actu: sed in potentia. finis aūt transmutationis in actu est & demōstratio: & sīr finis eius in quo est transmutatio. Quoniā si est necesse vt transmutatū in initio transmutationis sit in illo in quod transmutat: & nō trāsmutat nisi in indiuisibili: & initiū eius in quo trāsmutat est indiuisibile. sequit vt nō transmutat in initio transmutationis. Et cum in transmutatio nō inuenit transmutatio nisi sit tā transmutatū: manifestū est qđ trāsmutatio nō habet principiū nisi trāsmutatio esset cōposita ex indiuisibili: & ips similiter. Ergo istud principiū necessario est in potentia: & est illud de quo declaratū est in sermone prædicato ipm̄ esse indiuisibile. Et expositores dubitabant in hoc: quia existimabant qđ isti sermones sunt cōtradictorij. s. dicēs q̄ est indiuisibile: & dicēs q̄ nō est ens: & nō sunt cōtradictorij nisi esset declaratū qđ nō est ens oīno. Sed non fuit declaratū nisi qđ est nō ens in actu: & hoc ignorant oēs expositores in hoc loco: ideo inuenimus Alex. transtulisse declarationē ad ips. s. hoc qđ declarauit qđ initium trāsmutatiōis est indiuisibile. D. d. ipm esse nō ens: & forte intēdit p hoc q̄ declarauit ipm̄ esse indiuisibile: ipsum esse nō ens in actu: & qua si dicit: si istud principiū fuerit ens in actu necesse est vt sit indiuisibile. Deinde declarauit q̄ si fuerit indiuisibile necesse est vt non sit ens: & si ponat esse accidet impōse: & iste modus declarationis est modus vet⁹.

Expositores aūt nō fecerūt differētiam inter sermonē de principio & fine in hac intētione: & dixerūt q̄o motus habebit finē & nō habebit principiū: & hoc qđ existimauerūt de hoc est in primo aspectu a deceptione. Deinde. d. primū vero &c. i. indiuisibile vero q̄ dicit de ne transmutatiōis: & fine eī⁹ in q̄ est transmutatio est existēs in actu: & pōt demōrari. Et cū narrauit hoc dedit cām & dicit: qm̄ pōse est vt p ficiat &c. i. & hoc est ita: qa transmutatū pōt p̄fici in sua transmutatione & p̄fectio transmutatiōis est res existēs in actu sicut alie p̄fectiones: & demōrata magis q̄ in vno instanti. Et hoc manifestū est in oī trāsmutatione: qm̄ p̄fectio in vbi est supius: & in q̄litate est albū & nigrū: & in q̄litate est q̄ litas terminata. Ista igif inq̄t sunt in actu: ideo finis in eis q̄ est indiuisibilis & est vltimū trāsmutatiōis est ens in actu: principiū vero trāsmutationis quia non est principium alicuius permanentis: sicut est dispositio in principio lineæ: & illud quod est ei in actu est ipsa transmuta-


Perfectio transmutationis est res existens in actu sicut alie perfectiones & demōstrata magis quā in vno instāti.

mutatio:& in trāsmutatiõe nõ est initiũ naturaliter:necesse est vt istud principiũ nõ sit ens neq; existens. Cũ igit̃ posuit qd̃ posse est vt p̃ticipat trāsmutatio trāsmutatiõis:& qd̃ ista ꝓfectio est in actu:& qd̃ habet fi nẽ:fuit necesse vt finis ei⁹ sit actu sicut est finis linee:& finis superficiei.

Et cũ in hoc est qꝫ mot⁹ & ips nõ habẽt stet̃:& linea habet stet̃: declaratũ est qd̃ est indiuisibilis: ergo finis mot⁹ indiuisibilis est in actu.

O. reuertur est ad principiũ mot⁹ de q̃ declaratũ est qd̃ si fuerit ens nõ erit indiuisibile:& declarauit ipm esse nõ ens nisi in potẽtia.s.secundũ qd̃ instãs est i tpe:& dixit:primũ vero &c.i. principiũ vero trãsmutatiõis de q̃ dixim⁹ qd̃ si fuerit ens qd̃ nõ erit diuisibile:nõ ẽ necesse sit ens o no: qꝫ est indiuisibile in sua natura.s. principiũ secũdũ qd̃ est principiũ.D.d.qm̃ trãsmutatio nõ habebit principiũ &c.i.qm̃ trãsmutatio nõ habebit principiũ q̃ est trãsmutatio:nã principiũ est indiuisibile:& trãsmutatio est diuisibilis:neq; etiã in hoc tpe qd̃ est indiuisibile cadit trãsmutatio:qm̃ trãsmutatio est diuisibilis & nõ cadit nisi in tpe vt declaratũ est in initio isti⁹ tractat⁹:& hoc intẽdebat cũ dixit: sit igit primũ &c.i.sit igit primũ eius in quo est trãsmutatio. V.g. primũ spacij.a.d.D.d.istud primũ igit̃ &c.s.sequit igit vt primũ spacij in quo est mot⁹ in actu nõ sit indiuisibile:sed diuisibile necessario. Et cũ narrauit qd̃ istud primũ debet esse diuisibile ex cõtrario primo qd̃ est principiũ motus:dedit impossibilia cõsequẽtia si ponat indiuisibile: & dixit: sequitur si fuerit indiuisibile &c.i.qm̃ si primũ ei⁹ in quo demõstrat motus fuerit indiuisibile ita qd̃ sit pars mot⁹:cõtingit motũ inueniri in spacio indiuisibili:& tpe indiuisibili.s.instãti:& sic tps & mot⁹ erũt cõposita ex indiuisibilib⁹:qd̃ est impossibile.D.d.& etiã si in tpe.c.a.&c.i. & si pars tpis in qua est initiũ quietis fuerit pars in q̃ est vltimũ mot⁹ secũdũ qd̃ est aliqd̃ indiuisibile cũ instans nõ sequit instãs:neq; inter sine quietis & initiũ mot⁹ est tps:manifestũ est qd̃ si in hac parte tpis indiuisibilis fuerit positus motus:positis erit quies:& sic res erit mota & quiescens in eodẽ:ga finis est quietis & initiũ motus. Ponat igitur. s. motũ moueri in toto tpe.a.d. & ponatur etiã ipsum quiescere in fine istius tẽporis.s.d. mouet igit̃ etiã i initio ei⁹ ꝙ est. a. ergo necesse est si ille finis & initiũ qd̃ est indiuisibile poster in eo fieri motus & quies:vt illud qd̃ mouet in eo sit quiescẽs & motũ insimul: qm̃ in.a.d. qd̃ est indiuisibile erit quiescẽs secũdũ quod est finis qꝫ tis:& erit in.a. motũ secũdũ quod est initiũ motus: & sic in eadem re erit quiescens & motum insimul.

Demõstratio prima sumpta ex parte temporis ostendẽs quod nõ est accipere primum in quo mutatum est ex parte principij.





Aliqd ipsius q̃ mobile prius mutatum est.

Quoniã aũt nõ est impartibile: necesse est diuisibile esse: & in quolibet huiusmodi mutatũ esse. Diuisio eñ. ipso.a.d.si qdẽ in neutro mutatũ est: neq;

in toto. Si autem in ambobus mutatur & in omni. Si vero in altero tantũ mutatum est:nõ in toto primo. Quare necesse est in quolibet mutatum esse. Manifestum igitur est quod nõ est in quo primo mutatum est:infinite enim diuisiones sunt.

Si igitur.a.d non est indiuisibile:necesse est vt sit diuisibile, & in quolibet istius accipiatur:trãsmutabitur in eo quando a.d.diuidetur. Si igitur non trãsmutetur: neq; in altera duarum partium:ergo neq; in toto trãsmutabitur. Et si in eis semper trãsmutatur:ista erit dispositio eius in toto. Et si trãsmutatur in altero:non erit primum eius in quo trãsmutatur totum. Ergo necesse est vt trãsmutetur in quocunq; eius accipiatur. Ergo manifestum est quod non est primum eius in quo trãsmutatur:quoniam diuisio eius est infinita.

Dicit. Si igitur.a.d.in quo posuimus principiũ trãsmutationis exi- 47
stens in actu nõ fuerit indiuisibile:necesse est. vt semper diuidatur in di
uisibile, & in qualibet parte ponatur trãsmutari in actu: necesse est vt
prius trãsmutetur scilicet quod ante hanc trãsmutationẽ ponitam sit
trãsmutatio qm̃ magnitudo in qua posita est trãsmutatio est diuisibilis
necessario. Et hoc intẽdebat cũ dixit cũ diuidat.a.d.& cũ narrauit ꝙ
cũ trãsmutat in hac magnitudine:necesse est vt sit trãsmutatiõ in partibus:incepit declarare hoc & dixit. & si nõ trãsmutat &c.i.& cum posuerim⁹ ꝙ primũ ei⁹ in quo demõstratur trãsmutatiõ & ei⁹ in quo est transmutatio est diuisibile. Verbi gratia.a.d.diuidetur in.b.si igitur non transmutatur in altera parte scilicet in.a. b. b. d. ergo neq; in tota magnitudine.a.d.quod est contra positum,& transmutatur in eis semper:tunc dispositio eius in toto erit talis:sed positum est quod ista trãsmutatio est principium transmutationis,& hoc est impossibile. Et si transmutatur in altera & non in reliqua:tunc totum non erit principium eius in quo transmutatur:sed positum est primum, & hoc est inconueniens. Et hoc intendebat cum dixit,& si transmutatur in altera &c.& cum sit impossibile vt in vtraq; sit quiescens: aut in eis semper transmutetur & in alia non trãsmutatur:sequitur ex hoc vt in vtra q; sit iam transmutatum,& dixit ergo necesse est &c.id est,quęq; pars accipiatur ex illo primo:necesse est vt transmutatum in eo sit iam transmutatum:ergo transmutatio erit ante transmutationem & ante hanc alia sicut est dispositio in diuisione magnitudinis in infinitum, & hoc intendebat cum dixit ergo manifestum est &c.id est ergo manifestum est quod in eo non est principium eius quod transmutatur: quia diuisio eius est in infinitum.


Neq; itaq; in eo quod mutatum est aliquid ipsius prius est quod mutatum est. Sit enim.d.z.quod primo mutatũ est ipsius.d.h.omne enim diuisibile esse demonstratum est quod mutatur.

tatur. Tempus autē in quo.d.z.mutatū est:sit in quo est.b.c. si ergo in omni.d.z.mutatū est in medio minus est quod mutatum est,& prius est ipso.d.z.& iterū hoc aliud,& illo alterū, & sic semper:quare nihil est primū mutātis quod mutatū est.

Neq; ex illo quod transmutatur est aliquid quod primum eius quod trāsmutatur.Sit ergo.d.z.primū eius quod transmutatur ex.d.h.quoniā iam declarauimus quod omne trāsmutatum est diuisibile,& tēpus sit.b.c.Si igitur.d z.trāsmutatur in hoc tempore:ergo in sua medietate erit illud quod transmutabatur prius,& ante istud aliud minus prius,& ante illud aliud minus prius:& sic semper:vnde necesse est vt in transmutatione nō sit aliquid omnino quod sit primū eius quod trāsmutatur.

Demonstratio secunda ostēdens idem quod supra sumpta ex parte mobilis.

Vult declarare etiam quod trāsmutatū nō est
48 aliqua pars quæ sit primū eius qđ trāsmutatur id est,q̄ ante ipsum non est alia pars quę dicatur trāsmutari:quā autē trāsmutatum debet habere partē:manifestum est ex dictis, nā oē trāsmutabile est diuisibile. Quoniā vero in ista diuisione nō inuenit̄ ps prīa:manifestū est ex hoc quod est declaratū qđ trāsmutatio & tēpus & trāsmutatio omnia sunt de natura cōtinui,& q̄ cōtinuū semper diuiditur in diuisibile. Et quia diuisibilitas moti est manifestior ex diuisibilitate eius a quo mouetur:incepit declarare q̄ si esset hoc primū transmutatū: tunc esset prima longitudo,& primū tēpus:sed quia hoc est manifestius in tēpore. Dixit:nec sit ex illo qđ trāsmutatū est &c.id est,neq; in trāsmutato inuenitur pars quæ sit primū eius quod transmutatur. Deinde posuit trāsmutatū de hoc,& posuit partē illius primo.d.z.vt declararet ducēdo ad inconuenīs:qđ ista pars nō est primū,& dixit.d.z. &c. & quia aliquis potest dicere qđ ista positio non est vera:nisi esset verū qđ omne trāsmutatū est diuisibile:dixit quia iā declarauimus q̄ omne trāsmutabile est diuisibile. Et cū posuit hoc,& iā declarauit qđ omne transmu



trāsmutatū trāsmutatur in tēpore:necesse est vt ista pars trāsmutetur in tēpore,& dixit,& tēpus in quo trāsmutatur sit.b.c.id est,& cū declarauit qđ ista trāsmutatio debet esse in tēpore sit igitur illud tēpus pars d.z.trāsmutatur.b.c. D.d.si igitur.d.z.&.c.scilicet pars trāsmutati quā posuimus primū eius qđ trāsmutatur:tūc in medietate istius tēporis erit illud qđ transmutatur de illa parte minus. Quoniā illud quod trāsmutatur in minori tempore est minus scilicet in æquali velocitate. Et erit trāsmutatio quæ est in medietate istius ante trāsmutationē quę est in toto illo tempore quæ posita est prima,& sic erit prima. Et quia tempus diuiditur in medietates in infinitum necesse est vt diuidatur in minus,& minus in minori secundum diuisionem temporis in infinitum. Et similiter in prius & in prius priori,& sic in infinitum. Et cum declarauit quod transmutatum non habet primum:dixit.necesse est igitur &c.id est,sicut est necesse in ipsa transmutatione & in eo in quo est transmutatio. Supra.31.

Quod igitur neq; in eo quod mutatur:neq; in quo mutatur tēpore nihil prius sit:manifestū est ex his quę prius dicta sunt. P
Ipsum autem quod mutatur aut secundum quod mutatur nō etiam similiter se habebit. Tria nāq; sunt quæ dicuntur secundum mutationem. Quod mutatur. Et in quo. Et in quod mutatur:vt homo:tempus,& album. Homo quidem igitur & tēpus,diuisibilia sunt. De albo autem alia ratio est propter id q̄ secundum accidens omnia diuisibilia sunt:cui enim accidit album aut quale illud diuisibile est. Quoniam quecūq; diuidit̄ tur secundum seipsa diuisibilia,& nō secundū accidens: neq; in his erit ptimum vt in magnitudinibus. Sit enim in quo est a.b.magnitudo:motus autem sit ex.b.in.c. primum. Igitur si quidē indiuisibile est.b.c.impartibile impartibili erit coniunctū. Si vero diuisibile:erit aliquod ipsi .c.prius in quo mutatū est & illo iterū aliud,& sic semper:propter id quod nullo modo deficit diuisio. Quare non est primum in quod mutatum est. Similiter autem est & in quantitatis mutatione,& hæc cū in continuo est. Magnifestū igitur est q̄ in sola mutatione quę est secundū qualitatē contingit indiuisibile per se esse. Manifestum est igitur ex dictis q̄ neq; ex transmutato neq; ex tempore in quo est transmutatio est aliquid omnino quod sit prius mum. Et illud ipsum in quo est transmutatio nō habet talem dispositionem. Sunt enim tria quæ sufficiunt in transmutatione scilicet trāsmutatum,& illud in quo est transmutatio,& ad quod. Verbi gratia homo,& tēpus, & album. Homo vero & tempus sunt diuisibilia. Sermo autē de albo est alius a sermo-

ne de istis: sed omnia sunt diui sibilia per accidens. Illud enim cui accidit album & quale est diuisibile. In illis autem omnibus quæ dicuntur diuidi per se non per accidens non est etia primum. Verbi gratia, in magnitudinibus. Sit igitur. a.b.c. magnitudo. & moueatur de. a. ad. b. primo motu. Si igitur. a.b. fuerit indiuisibile: tunc impartibile sequitur impartibile. Et si fuerit diuisibile tunc erit aliquid ante. b. in quod cecidit transmutatio, & ante illud aliud, & sic semper. Quoniam non cuadet a diuisione aliquo modo: non est hoc primū eius in quod cadit transmutatio. Et similiter de transmutatione quantitatis: quoniam ista transmutatio etiam est in continuo. Ergo manifestū est quod in motu in qualitate sola inter alios motus potest esse indiuisibile per se.

49 Dicit. Magnifestum est igitur ex prædictis supra sumpta ex parte magnitudinis.



Demonstratio tertia ostendens idem quod qđ nō est aliquod primū scilicet indiuisibile ex trāsmutatione neq; ex tēpore: quo fit trāsmutatio secūdū qđ est transmutatio & secundum qđ est tēpus neq; per se neq; per accidēs. Deide. d. & illud ipsum &c. & intēdit illud in quo est genus trāsmutatiōis, & dixit hoc quoniā transmutabilium sunt quædam in quibus nō inuenitur primum per accidens licet quæ sunt in qualitate. In eis autem quæ sunt in vbi, & quādo nō inuenitur primum omnino: neq; per se neq; per accidens. Et cū narrauit qđ dispositio in eo in qua est transmutatio in hoc nō est sicut dispositio in trāsmutato, & tempore, incepit exponere hoc & dixit: sunt enim tria &c. id est, sunt enim tria in trāsmutatione & sunt illa, & tēpus dit per illud in quo est trāsmutatio tēpus & per illud ad qđ trāsmutatio genus motus. V. g. homo qui albescit: quū sunt in eo tria: homo & tēpus, & color albus. & dixit: motū qui est in qualitate: notificando qđ in isto nō inuenitur primum per accidēs scilicet in eo ad qđ est motus: nō in moto: neq; in tēpore, & hoc intendebat cum dixit: homo vero &c. id est, homo vero quod est transmutatū in hoc motu, & tempus in quo est motus: nō habent primum omnino neq; per se neq; per accidens: quia sunt diuisibilia per se. Album vero & similiter de reb⁹ ad quas fit transmutatio in qualitate nō habēt talem dispositionē: quoniā ista nō diuidūtur per se scilicet qualitates: sed per accidēs. Deinde dicit sed omnia sunt diuisibilia per accidēs, id est, omnes qualitates.

Deinde

Deinde narrauit quō diuidunt per accidēs & dixit: illud em̄ cui accidit albū &c. i. album vero & vniuersaliter qualitates sunt diuisibilia: qa sunt in corpore qđ est diuisibile per se. Et cū narrauit qđ diuisibilis ex istis tribus quædā sunt q̄ semper diuiduntur per se. s. tēpus & transmutatum. Et quædā sunt quorō quædā diuiduntur per se. & quædam per accidēs: & est illud ad qđ est transmutatio. narrauit qđ in isto quod diuiditur per se in istis nō inuenitur primū per se: & in illo quod diuiditur per accidēs inuenit primū per se & nō per accidens: & dixit: in illis aūt omnib⁹ &c. i. in trāsmutato: & tpe: & transmutatiōe quæ est in vbi & q̄nq̄n̄ ista sunt diuisibilia per se. Et cum narrauit qđ in istis nō inuenitur primū diuisibile iterauit suam demonstrationē super ista diuisibilia: cū in declarationibus prædictis nō distinguitur illud quod diuiditur per se ab illo quod diuiditur per accidens. Et dixit: sit igitur. a.b.c. &c. id est, sit igitur spacium per quod motū mouetur primū spacium. a.b.c. & motus eius ex. a. ad. b. sit primus motus. D. d. si igitur a.b. &c. id est si igitur. a.b. quod est ex spacio primum eius per quod fit primus motus fuerit magnitudo indiuisibilis: tunc motus per illud erit indiuisibilis: & sic indiuisibile sequitur indiuisibile: & sic magnitudo & motus erunt cōposit̄ ex indiuisibilibus: quod est impossibile. Deinde. d. & si fuerit diuisibile &c. id est si igitur spacium. a.b. fuerit diuisibile: tunc erit hoc spacium ante spacium. a.b. in quod cecidit transmutatio anteq̄ caderet in spacium. a.b. V. g. medietas spacij. a.b. & similiter sequitur vt ante transmutationem quæ est in medietate istius spacij sit minor transmutatio: & est illa quæ fit in medietate istius medietatis: & sic proceditur in infinitum. Deinde dixit ergo hic non est primum &c. id est in motu locali. D. d. & similiter est de transmutatione quantitatis: id est in augmento & diminutione. Et causa in hoc est quod transmutatio in quāto est transmutatio in continuo per se: & declarationi in qualitate: scilicet quia non est in continuo. D. d. manifestū est igitur quod in motu &c. id est & possibile est vt in eo sit primū indiuisibile per se: & si sit diuisibile per accidens & hoc est ita: quia minimus a color est terminatus per se: quemadmodū minima forma est terminata: scilicet quod minimū eius quod potest esse coloratū in actu est terminatum: quemadmodum minimū eius quod potest esse aliquod demonstratum est terminatum. V. g. quoniam minima aqua est terminata: & similiter de aliis corporibus simplicibus & compositis.

In quo ostendit quomodo ea quæ sunt in motu præcedant scinuicem &c.

CAP. VI.

Omniā aūt omne quod mutatur, in tēpore mutat. Dicitur aūt in tēpore mutari & sicut in primo: & sicut secūdū alterū vt in anno: qa in die mutatur. In quo primo tēpore: & mutatur qđ mutat. Et in quolibet huius necesse mutari. Manifestū igitur & ex diffinitione: primum enim sic diximus.

Quia omne quod transmutat, trāsmutatur in tēpore. Et dicitur

Q Qualitates nō diuidūtur p se sed p accidens. Idem supra cō. 37. 39. & infra. 59.

a Minimus color ē terminatus per se quēadmodū minima forma ē terminata sicut minima aq̄ R est terminata: & similit est de aliis corpib⁹ simplicibus & cōpositis. Idem supra cō. 32. & q̄ A ibi. Oē qđ mutatur in tpe mutatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur aliquid trãsmutari in tẽpore: quia est primum tempus in quo transmutatur: & quia transmutatur in aliquo eius. Verbi gratia quoniã dicitur aliud transmutari in tali anno: quia trãsmutatur in aliqua die illius anni. Quoniam primum tempus in quo transmutatum transmutatur: necesse est vt in qualibet parte illius transmutetur. Et hoc manifestum est ex eius diffinitione: quoniam hoc intelligimus per primum.

50

B

Datur minimũ tempus in q̃ aliquid potest transmutari.


CVm declarauit qd̃ motꝰ nõ habet principiũ: neq; illud in quo est motus neq; tẽpus: vult declarare qd̃ illud quod trãsmutatũ est prius transmutabatur. Et dixit: quia omne trãsmutatum &c.i. vt declaratũ est superius. D.d. & dicitur aliquid trãsmutari &c.i. & manifestũ est per se: quod dicitur aliquid transmutari in illo quo tempore: quia illud tempus est minimũ tempus in quo potest trãsmutari: & hoc intendebat cum dixit. quia est primũ tempus &c. quoniã omne quod attribuitur rei nõ propter suã partẽ est principiũ illius rei: vt declaratũ est: & quia transmutatio nõ attribuitur tempore æquali ei: quia inuenitur in tẽpore minori ipso: ideo necesse est: vt istud tempus sit primũ illius transmutati: econtrario de tẽpore qd̃ excedit trãsmutationẽ. scilicet quia nõ est primũ: qm̃ transmutatio nõ attribuit ei nisi gratia sue partis: & hoc intẽdebat cũ dixit: & quia transmutatur in alio, id est & attribuitur etiam transmutatio tẽpori: quia transmutat in alio cũ tẽpus cui attribuitur excesserit idẽ tempus æquale ei. D.d. V.g. &c.i. V.g. qm̃ bellũ fuit in tali anno: quia fuit in tali die illiꝰ anni: vnde attributio eius ad annũ nõ est prima. D.d. qm̃ primũ tẽpus &c.i. & cũ res habuit tẽpus primũ in quo trãsmutatur: necesse est vt in qualibet parte illius temporis inuentatur illa res trãsmutari: quoniam hoc est manifestum ex diffinitione primi: quoniam primũ est tempus æquale transmutationi: cui transmutatio non attribuitur gratia partis. Ergo necesse est in toto: quoniã omnis transmutatio quæ attribuitur tẽpori: necesse est vt attribuatur ei: aut propter partem: aut propter totum: sed primo non attribuitur propter partem: ergo propter totum.

Sed ex his manifestum est. Sit enim in quo primo mouetur quod mouet. z.b.c. & diuidatur secundũ.b. Omne eñ tempꝰ diuisibile est in. z.b. tempore: aut mouetur: aut nõ mouetur: & iterum in. b.c. similiter. Si quidem igitur in neutro mouetur quiescit itaq; in omni: moueri enim in nullo huius quod mouetur impossibile. Si vero in altero solum mouetur non vtiq; in primo mouetur: quod est. z.c. secundũ enim vtrunq; motus est. Necesse est igitur in quolibet ipsius. z.c. motum esse.

Et hoc apparet etiã ex hoc quod narrabimus. Sit igitur tempus in quo motum mouetur primo. z.c. & diuidatur in. b. Si igitur omne tempus est diuisibile. Et motũ aut in tempore. z. b.c. mouetur: aut non mouetur: & similiter etiam in duobus tẽporibus. z.b.c. Si autem non mouetur in altero eorum ergo quiescit

quiescit in hoc toto tempore. Nam impossibile est vt sit motum: & nõ moueatur in altera partium. z.b.c. Et si mouetur in altero corũ tantõ, tunc tempus. z.c. non est primum tempus in quo mouetur. Quoniam motus eius est in vtroq; corũ. Ergo necesse est vt moueatur in qualibet parte.

Demonstratio probans quod id quod mouetur primo in aliquo tẽpore: mouetur in qualibet parte illius temporis.



Dicit: & hoc apparet ex hoc quod dico: qm̃ cũ primũ tẽpus fuerit demõstratũ. V.g. tẽpus. z.c. & fuerit diuisum in duo in. b. cũ omne tẽpus sit diuisibile: & illud quod mouetur necesse est primũ ghꝰ dicimus non habere primũ. D.d. scilicet trãsmutatum &c. & moueri in z.c. quod est positum primũ aut nõ moueri: & manifestum est qd̃ nõ est quiescens in eo: ergo mouetur. Et cũ posuerit qd̃ in hoc tẽpore necesse est vt sit motũ in toto: & qd̃ aduersarius nõ potest ponere ipsum in eo quiescẽs: dixit: & similiter etiã &c.i. & similiter etiã interrogabimus aduersarium & dicemus ei quod istud motum quod tu concedis moueri in tempore. z.c. aut concedis etiam ipsum moueri in vtraq; parte eius: aut quiescere in vtraq;: aut moueri in altera: aut quiescere in reliqua. Deinde dixit si igitur non mouetur &c. id est quæ sunt partes magnitudinis cum sit impossibile: vt in ea sit quiescens: & quasi dicit: quod si fuerit quiescens in vtraque parte magnitudinis: sequitur maximum impossibile, scilicet vt aliquid moueatur per aliquid & quiescat in omnibꝰ partibus eius. Et cum destruxit ipsum quiescere in vtraque parte: destruxit etiam ipsum quiescere in vtra: qua: & dixit: si mouetur in altera tantũ, id est tunc tempus cõgregatum ex istis duobus temporibus nõ erit tempus primum: sed positũ est primum. Et hoc est ita: quia primum est illud in cuius omnibus partibus est motus: & hoc intendebat cum dixit: motus eius est in vtraq;, id est quoniam necesse est cum sit primum vt motus sit in vtraq; parte eiꝰ. Et cum destruxit ista duo condiuidentia concluſit tertium: & dixit. ergo necesse est &c. & hoc manifestum est.

51

C

Primũ tempus & illud in cuiꝰ oibꝰ partibus est motus.

Ostenso autem hoc: manifestũ est quod omne qd̃ mouetur necesse est motũ esse prius. Si enim in. z.c. primo tempore per q.l. motũ est magnitudinẽ. In medietate quod æque velociter mouetur:


D

Omne moueri p̃cedit mutatũ esse.

mouetur: & simul inceptum est in medium est motum. Si autē eque velox motum est aliquid in eadem tempore. Et alterū ne cesse per eandem motum esse magnitudinem. Quare est mo tum prius quod mouetur.

Hoc quidem declarato manifestum est quod omne qđ mo uetur necessario mouebatur prius. Quoniam si mouetur per spacium. q. l. in tempore. z. c. quod est primum tempus. Tunc æquale ei in velocitate motus: & incipiens cum ipso mo ueri: mouebitur per medietatem in medietate. Si igitur il lud quod est æquale ei in velocitate moueatur per aliquid in hoc tempore: necessario aliud etiam mouebitur per illud spacium. Vnde necesse est vt illud quod mouetur iam mo uebatur.

52 Et cum hoc sit declaratū scilicet ꝙ illud quod mo uet in primo tēpo re necessario mo uetur in omnibus partibus illi⁹ tem poris. Manifestū est ex hoc qđ in quolibet instanti ante quodlibet in stās in quo demōs tratur moueri sit mo tū. D. icepit de clarare hanc cōse curionē: & dixit: qm̄ si moueat &c. i. V. g. qm̄ si aliqđ motū moueat per aliqđ spaciū in alī quo tpe. V. g. per spaciū. q. l. in tpe. z. c. & illud tēpus



fuerit primum illius motꝰ: Tunc si posuerimus aliquod motum æqua le in velocitate incipere cum illo moueri in medietate illius temporis tantum: necesse est vt pertranseat medietatem illius spacij. Deinde dicit, si igitur mouetur per aliquid &c. idest si igitur motū quod est æqua le in velocitate moto posito pertransire illud spacium terminatum in il lo tempore terminato pertransierit aliquam partem magnitudinis in aliqua parte illius temporis positi: necesse est vt primum motum quod pertransiuit pertranseat spacium per quod secundum motum mouebā tur antequā pertranseat totum spacium. Deinde dicit ergo necesse est vt

vt primum motum demonstratum quod mouetur in vltimo spacij qđ prius mouebatur: id est, compleuit motum quo mouebatur illud quod est æquale ei in velocitate in quadam parte illius temporis: & similiter si posuerimus primum motum demonstratum in vltimo spacij per qđ secundum motum mouebatur: sequitur quod prius mouebatur: nam il lud spacium diuiditur in duas medietates: & possum⁹ ponere aliud mo tum æquale ei in velocitate pertransire illud in medietate illius tempo ris: & sic in infinitum. Et causa in hoc est quia magnitudo & temp⁹ diuiduntur in infinitum: vnde necesse est vt ante quodlibet vltimum in quo res mota demonstratur: moueatur. Sed ipse vsus est in hac declara tione secundo moto: quia est manifestius. Nam aduersarius potest con cedere ipsum pertransire totum spacium: sed non pertransit medietatē antequam pertranseat totum: cum pertransire medietatem sit pertransi re in potentia: non in actu: & ideo vtitur secundo moto. & possit ipm pertransire in actu: quoniam hoc non potest aduersarius negare. Et cū concesserit hic esse spacium quod pertransit motum æquale ei in velocitate in quadam parte illius temporis: necessario concedet quod primū motum quando mouetur per totum spacium pertransibit illud spaciū quod pertransiuit illud quod est æquale ei velocitate: scilicet illud qđ mouetur in minori illo tempore.

Pertransire medietatē est ptrāsire in potentia non in actu cōsile. infra com. 57.

Amplius autem & si in omni tempore quod est, z, c, motū esse dicimus: aut omnino in quolibet tempore in accipiendo vltimum ipsius temporis nunc. Hoc enim determinatum est: & medium ipsorum nunc tempus est: & in alijs dicetur similiter motum esse. Medietatis autem vltimum diuisio est. Quare & in medio motum erit: & oīno in qualibet partiū. Sem per enim simul secundū diuisionem tps est determinatum ab ipsis nunc. Si igitur omne tps diuisibile est: medium aūt ipsorum nunc tps est: omne quod mutatur: infinite mutatum est.

Et etiam si dicitur aliquid moueri in tpe. z, c, totum: & vlti ter in aliquo tempore quodcunq; sit: cum acceperimus instans quod est vltimum eius. Quoniā hoc determinat illud: & inter duo instantia est tempus: & in alijs instātibus dicitur in eo qđ mouetur ipsum iam moueri. Et vltimum medietatis est differentia. Necesse est vt in medietate etiam moueatur: & vniuersaliter in qualibet parte: quoniam cum casu diuisionis determinatur tempus per instantia. Cum igitur omne tempus est diuisibile: & inter duo instantia est tempus: necesse est vt oīne quod transmutatur: transmutetur in infinitum. B

Ista declaratio est alia: ꝙa pria est ex spacio: & ista ex tpe. Et dicit: & est ēt aliud signū: qm̄ nō dicim⁹ aliqđ moueri in aliquo tpe nisi cum acceperim⁹ instās qđ est finis trāsmutatiōis: & instās qđ est principiū eius: qm̄ p hæc duo instāria determinat tps in quo est trāsmutatio. Sed tacuit instās qđ est principiū: qa hoc intellectū est: nam oē tps finitum 53

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sit finitum nisi accipiendo illud inter duo instantia. & ideo dixit & inter duo instantia est tempus. i. cum posuerimus quod omne tps terminatur per duo instantia: & inter quælibet duo instantia est tps vt declaratum est: & posuerimus quod finis medietatis istius temporis: in quo motus totum mouetur. s. tps. 2. c. determinatur ab instanti quod est dria inter istas duas medietates. Manifestum est quod cum motum fuerit in hoc instanti. s. quod diuidit hoc tempus in duas medietates: dicetur vere iam motum esse: & in alia medietate moueri: ergo illud quod mouetur iam motum est. Et similiter cum diuiserimus illa medietate in duas medietates: tunc in alia medietate vere dicetur moueri. ergo & in differentia quæ est inter duas medietates ipsum iam esse motum: & similiter in medietate medietatis: & sic in infinitum. ergo omne quod mouetur iam mouebatur. Et hoc intendebat cum dixit: & finis medietatis est differentia. i. & instans quod est finis alterius medietatis & principium secundæ est differentia inter has duas medietates. ergo necesse est vt motum in prima medietate dicatur iam motū esse: & in alia dicatur moueri. ergo antequam moueatur iam mouebatur. D. d. & vniuersaliter & c. i. quoniam quælibet pars temporis cum accipitur pōt diuidi in duas medietates: & motum in vltima medietate dicitur moueri: & in alia dicitur iam motum esse. Si igitur diuisio temporis in medietates procedit in infinitum. ergo oīe quod mouetur necessario mouetur. Et hoc intendebat cum dixit. & cum omne tempus sit diuisibile & c. i. & vniuersaliter cum posuerimus quod omne tempus est diuisibile per instantia inter quælibet duo instantia est tempus: & quod ista diuisio procedit in tempore demonstrato in infinitum: & quod in quolibet instanti transmutatum dicitur iam esse transmutatum: & in quolibet tempore dicitur transmutari necessario aut illud transmutabatur infinities.

Amplius aūt si continue quod mutatur & nō corrumpitur neq; pausat a mutatiōe: aut mutari: aut mutatū esse: necesse est in quolibet: in ipso aūt nunc est mutari: necesse mutatum esse secūdū vnūquodq; ipsorū nūc. Quare si ipa infinita nūc sunt. necesse est omne quod mutatur infinite mutatum esse.

Et etiā si omne quod trāsmutat cōtinue absq; eo qđ corrūpat: aut cessat trāsmutari: aut transmutat: aut iam transmutatū est necessario in quacūq; parte accepta fuerit ex eo: & sit impossibile aliquid trāsmutari in instanti. Necesse est vt in vnoquoq; instantium sit iam transmutatum: & si instantia sint infinita.

Hæc est declaratio quasi vnius propositionum quibus vsus est in prædicto sermone. s. dicētis q̄ in quolibet instāti dicit trāsmutatū esse trāsmutatū. Et declaratio eī est talis. s. Oē trāsmutatū cōtinue trāsmutatiōe dū trāsmutat dicit in tpe in quo it trāsmutat ipsum esse trāsmutatū in quacūq; parte ipis demonstretur. Et omne tempus dicitur in tēpora determinātia illa tempora infinita: & post impossibile ipsum trāsmutari in instantibus: quoniam in instanti non fit trāsmutatio: ergo necesse est vt in instāti sit iam transmutatū. & si instantia sint infinita

infinita: sequitur vt illud quod transmutatur sit trāsmutatum iam infinities. D. d. aut transmutatur aut iam transmutatum est &c. i. qm̄ omne transmutatum transmutari one continua dicitur in quolibet instāti temporis esse transmutatum & transmutari. & cum posuit hāc propositionem & iam prædixerat quod omne tempus est diuisibile in tēpora infinita: & in instātia infinita: dixit: & est impossibile aliquid trāsmutari in instanti &c. i. & si in instanti non dicitur trāsmutari. ergo necesse est dici iam esse transmutatum: & hoc est ita: quia omnis pars temporis in quo est motus necessario attribuitur ei motum. Et quia impossibile est ipsum attribui instantibus. s. transmutari in eis remanet vt attribuatur eis ita quod sit iam transmutatum. Quoniam si hoc non fuerit non habebit attributionem ad illas partes. Sed positum est ipm attribui omnibus partibus temporis diuisibilibus & indiuisibilibus: & hoc est impossibile. Et vocare hoc instans partē est trāsumptiue: & intendebat quod quia instans est differentia inter tempus primum & secundum manifestum est quod omne quod mouetur in secundo tēpore iam motum est in tempore quod est inter illud & primum.

Vocare instās pt̄ē ipsa est transumptiue, vide supra, c. 2. & F

Demonstratio probans quod oportet quod omne quod mouetur moueatur in tempore.



Non solū aūt quod mutatur necesse est mutatū esse: sed etiā mutatū necesse prius mutari. Oē enim quod ex quodā in quoddam mutatū est: & ip̄m tempore mutatū est. Si enim in ipso nunc ex, a, in, b, mutatum. ergo ī ipso quidem nūc in quo est in ipso, a, non mutatum est. Simul enim esset in ipso, a, & in, b. Quod enim mutatum est cū mutatum est. quod non est in hoc: ostensum est prius. Si vero in alio est: in medio est tps. Non enim coniuncta erant ipsa nunc.

Oē mutatū p̄cessit mutari,

Et non solummodo illud quod transmutatur est necesse vt iam sit transmutatum: sed etiam illud quod est transmutatum ad aliquid necesse est quod prius transmutabatur. Quoniam omne quod transmutatum est de aliquo in aliquid, transmutatum est in tempore. Sit igitur aliquid & transmutetur de, a, in b, ergo necesse est vt in instanti in quo est in, a, non sit iam trāsmutatum. Quoniam erit in, a, & in, b. Nam iam declarauimꝰ superius quod illud quod transmutatum est non est in hoc: sed in alio. Ergo inter illa est tps. Quoniā instantia non sunt secta.

Cum declarauit quod omne quod transmutatur iam prius transmutatum est: vult declarare conuersum: scilicet quod omne quod trãsmutatum est: prius etiam transmutabatur. Et ideo dixit: & non solũmodo &c.i. quoniã hoc similiter est in eis. Deinde incepit declarare hoc: & dixit: omne enim quod transmutatum est &c. id est, & ista propositio declarata est: scilicet quod omne transmutatum est in tempore: & cum posuit hoc posuit transmutatum aliquod de aliquo terminato in aliquod terminatum quod est principium eius ad quod transmutatur. Verbi gratia, sit a.in.b. et dixit: sit igitur aliquod &c. id est, de aliquo contrario: scilicet ad contrarium: ad quod primo fit transmutatio: scilicet inter quæ non est medium: vt declaratum est superius: quod illud quod transmutatur primo cum transmutatur est in illo ad quod: non in illo ex quo: & hoc intendebat cum dixit: est enim in.a. &c. i. est enim in instanti alio ab instanti in quo est in.b. quoniam declaratum est quod illud quod transmutatur non est in hoc, id est, in eo ex quo est transmutatio. Deinde dicit si igitur fuerit in alio &c. id est, si igitur fuerit in eo ex quo in alio instanti ab eo quo est in eo ad quod: tunc inter illa erit tempus: & in hoc tempore mouebitur necessario: & omne quod dicitur iam motum esse dicitur prius moueri: quemadmodum illud quod transmutatur dicitur prius fuisse transmutatum.

Quoniam igitur in tempore mutatum est: tempus autem omne diuisibile in medio aliud est mutatum. Et iterum in illius medio aliud: & sic semper. Quare mutabitur prius.

Et etiam quia transmutatum est in tempore: & omne tempus est diuisibile: in medietate eius erit transmutatio. Et etiam in medietate illius medietatis transmutatur aliud: & sic semper. Quare necesse est quod prius transmutabitur.

56 Hæc est alia declaratio: & est quod si omne transmutatum transmutatur in tempore: & omne tempus est diuisibile: tunc in medietate alicuius temporis dicetur transmutatum trãsmutari: & tunc dicetur ipsum iam esse transmutatum in medietate illius medietatis. & similiter quãdo fuerit in medietate illius medietatis dicetur transmutari. & in medietate medietatis illius medietatis ipsum esse transmutatum: & sic in infinitũ. ergo illud quod transmutatur iam est transmutatum.

H Amplius autem in magnitudine manifestius est: quod dicitur propter id quod cõtinua est magnitudo in qua mutatur quod mutatur. Sit enim mutatum ex.c.in.d. quod mutatur. Si quidem ergo indiuisibile est ipsum.c.d. impartibile est impartibili coniunctum. Quoniam autem hoc impossibile est: necesse est magnitudinem esse quod interest: et in infinita esse indiuisibile. Quare si in illa mutatur prius: necesse est ergo omne quod mutatum est mutari prius.

Et

Et etiam declaratum est hoc manifeste in magnitudine. Magnitudo enim est continua: & est illud in quo transmutatũ trãsmutatur. Transmutetur igitur aliquid de.c.in.d. Vnde necesse est sic.c.d. est indiuisibile: vt illud qđ est indiuisibile sequat̃ indiuisibile. Sed hoc est impossibile. Ergo inter illa est magnitudo: & est diuisibile in infinitum. Ergo transmutabatur antecp transmutaretur de.c.ad.d. Vnde necesse est vt omne quod trãsmutatum est prius transmutebatur.

57 Cum declarauit qđ omne transmutatum transmutabatur antequã transmutaretur: quoniã omne transmutatum est in tempore: & omne tẽpus est diuisibile in infinitum declarauit hoc idem per magnitudinem. Et dixit: declaratum est hoc &c.i. & declaratum est illud qđ declarauimus per tempus per magnitudinem: & hoc est in transmutato in loco: & in qualitate: & ista declaratio est manifestior. Quoniam magnitudo est manifestior in hoc qđ trãsmutatio fit talis: sed non est ita in tempore. Et Alex. dicit cp non intendit cp declaratio quæ est ex magnitudine est manifestior quã illa quæ est ex tempore: cum vtrũcp sit continuum. Sed intendebat cp declaratio quæ est in motibus quantitatis est manifestior quam qui sunt in qualitate: & verba Alex. sunt ista: & qđ diximus declarabitur magis in spacio: nam spacium in quo transmutatum transmutatur est continuum. D.d. transmutetur igitur aliquid &c. id est ponatur igitur aliquid transmutari per aliquam magnitudinem de.c.ad.d. sequitur igitur vt si inter punctum.c. & .d. non fuerit linea diuisibilis: vt indiuisibile tangat indiuisibile: cp est impoſe. Deinde dicit necesse est ergo vt iter illa sit magnitudo. i. & cũ sit impoſe indiuisibile sequi indiuisibile: necesse est vt inter vltimum indiuisibile ex quo motum mouetur & indiuisibile ad quod mouetur: sit magnitudo diuisibilis in infinitũ: & cum posuit hoc dixit: ergo transmutabatur &c. i. & cum inter.c. & .d. sit magnitudo semp diuisibilis: & in qualibet magnitudine earum transmutatur transmutatum: necesse est quod transmutabatur antequam transmuteur de.c.in.d. Et similiter sequitur in vltimo vltimorum quibus diuiditur scilicet quod necesse est quod ipsum transmutabatur antequam transmutatum sit in ipso scilicet antequam pertranseat illam magnitudinem. Vnde necesse est: vt dixit: quod illud iam transmutatum est prius transmutabatur. Quoniam si hoc non esset. tunc inueniretur finis transmutationis sine transmutatione: & sic inueniretur finis sine eo cuius est finis: quod est impossibile. Nihil enim dicitur a iam transmutatum esse nisi cum fuerit in vltimo trãs mutationis.

Impoſe est vt finis sit sine eo cuius est finis. 1dẽ. 4. phy. 42. 129. 107. & .1. de generatione. 29.

a Nihil dicitur tũ trãsmutatũ esse nisi fuerit i vltimo trãs mutatiõis. cõsimile su pra. c. 25.

Eadem enim demonstratio est in non continuis vt in contrarijs: & in contradictione. Accipiemus enim tempus in quo mutatum est: & iterum eadem dicemus. Quare necesse est mutatũ omne mutari prius: & qđ mutatur mutatũ esse: & est ipso

mutari mutatū esse prius: ipso autem mutatū esse mutari: & nullo modo cōpræhēditur primū. Causa aūt hmōi: est nō esse impartibile impartibili coniunctū. In infinitum enim diuisio est sicut in his quæ augmentantur & minuuntur lineis.

Sequit̄ igit̄ necessario vt illud qd̄ iā trāsmutatū est prius trāsmutabat̄. Q̄m demōstratio eadē est in eo qd̄ nō est cōtinuū ois no, V.g. in cōtrarijs & in cōtradictione. Accipiemus em̄ tps in quo trāsmutat̄: & dicemus etiā hoc idē. Ergo necesse est vt illud qd̄ trāsmutatū est iam trāsmutabatur. Illud igit̄ qd̄ transmutatur prius erat trāsmutatū: & qd̄ trāsmutatū fuit prius trāsmutabatur. Et impoſe est aliquo modo inuenire primū. Et causa huius est: qa impoſe est impartibile sequi impartibile. Nā diuisio est in infinitū sicut in lineis quæ adduntur & diminuuntur.

Cum declarauit quod in genere qualitatis quæ est in quantitate nō est alteratio: incepit etiam declarare hoc in alio genere prædicamenti qualitatis scilicet in formis quæ sunt in anima & in animato, & incepit a formis quæ sunt in corpore. Et dixit, declaratum est igitur qđ alteratio &c. id est, & cū declaratū sit qđ alteratio nō est in eo qđ generatur neq; in eo quod est de genere generati, id est, de genere formarū: manifestū est qđ nō est etiam in formis quæ sunt in animato, & narrauit hoc, & dixit: formæ enim sunt virtutes: aut vitia scilicet quoniā omne quod attribuitur corpori animalium est aut virtus aut vitiū scilicet aut vletus corporalis vt pulchritudo & fortitudo: aut vitiū vt turpitudo. Deinde posuit aliā propositionem, & est q⁹ virtutes & vitia sunt relatiua. Et quia hoc in quibusdā manifestius est quā in quibusdā incepit exēplificare de apparētibus: vt declararet illa quæ latēt: quēadmodū sanitas &c. id est, & quēadmodū manifestū est qđ sanitas est aliqua tēperātia, id est, mediocritas inter res calidas & frigidas: aut in cōplexiones corporis & mēbrorum: aut in rebus cōtinentibus corpus in respectu corporis. Mediū autē relatiuū dicitur in respectu extremorū. Similiter apparet hoc in fortitudine & pulchritudine: quoniā sunt relatiuæ. Et cū declarauit qđ fortitudo & pulchritudo sunt, sicut sanitas: incepit dicere illud in quo cōueniunt: ex quo certificatur ea esse relatiua, & dixit: sunt enim dispositiones &c. id est, & pulchritudo & fortitudo sunt in capitulo ad aliquid sicut in sanitate: quia pulchritudo & fortitudo & aliæ formæ corporales similes his sunt dispositiōes laudabiles in animabus quę nō intelligūtur nisi in respectu laudabilissime dispositiōis scilicet in respectu animalis nobilissime dispositiōis. Et omne qđ intelligit in respectu alterius est ad aliquid necessario. Dispositio ēm laudabilissima animalis est: vt in omnib⁹ dispositiōib⁹ suis sit secūdū cursum naturæ, & pulchritudo in aliquo animali est dispositio in forma creaturæ cōsiderata secūdū dispositionē quā habet in creatione respectu nobilissimi animalis in illa specie, & est illud qđ in oīb⁹ suis dispositiōibus est secūdū cursum naturæ. Et similiter fortitudo est dispositio secūdū cursum naturæ eius in potētia, & q⁹ fortitudo ad aliquid manifestū est: non ēm dicitur nisi in respectū debilitatis, & similiter est

N

a de pulchritudine cū dicatur in respectu turpitudinis: est enim vniuersaliter proportio inter mēbra media & extrema. Et cū declarauit qđ istæ formæ sunt ad aliquid: dixit, & cū virtutes &c. id est, & cū sit declaratū q⁹ formæ, & virtutes corporales sunt ad aliquid & sit declaratum in quinto istius libri quod in prædicamēto ad aliquid nō est generatio: neq; trāsmutatio: neq; alteratio: manifestū est qđ sequitur in prima figura: q⁹ in formis corporalibus & inanimatis non est alteratio.

O

Medium relatiuum dicitur in respectu extremorum.

Omne qđ p intelligit in respectu alterius est ad aliquid necessario.

Quæ sit dispositio laudabilissima in animali & qđ sit pulchritudo.

T. com. 10. a Pulchritudo è pro-

portio liter membra media & extrema.

Necq; circa virtutes animæ & malitias. Virtus enim perfectio quædã est. Vnũquodq; enim tũc maxime perfectũ est: cũ attingit proprie virtuti. Et tũc est maxime secũdũ naturã. Sicut circulus tunc maxime secũdũ naturã est. Cũ maxime circulus sit. Malitia autẽ corruptio horum & remotio est.

R Vnũquodq; ẽp tũc maxime perfectũ est cũ attingit proprie 18 virtuti & tũc maxime est secundũ naturam. 5. phy. t. cõ. men. 10.

Necq; etiã in virtutibus & vitijs animæ. Virtus enim est aliqua pfectio. Vna quæq; enim rerum tũc est perfecta in illa hora proprie in qua peruenit ad virtutẽ propriã. Et erit in fine dispositionis naturalis. Quemadmodũ circulus tũc erit in dispositione naturali cum erit circulus in fine. Vitium autem distat & separatur ab illa.

Cũ declarauit qđ alteratio nõ est in genere qualitatis quæ est in quãtitate in eo qđ est quãtitas: incepit declarare hoc in formis animatis. & incepit in hoc a virtutibus moralibus antequã a cõprehẽsiuis. Et dixit necq; etiã in virtutibus & vitijs animæ. Deinde induxit signũ super hoc, & dixit: virtus enim est aliqua perfectio, id est, & in perfectione nõ est motus alterationis: ergo in virtute nõ est alteratio: cũ generatio eius nõ sit alteratio. Et cũ posuit qđ virtutes sunt perfectio, & intendit declarare qđ perfectio nõ est alteratio: incepit declarare propositionẽ per quam declaratur hoc, & est qđ perfectio nõ est diuisibilis: alteratio autem est in re diuisibili secundũ magis & minus: vt dictum est in quinto de motu: scilicet quod nõ inuenitur nisi in rebus diuisibilibus, & dixit: quoniã vnaquæq; rerũ est perfecta in illo tempore in quo peruenit &c. id est, & perfectio est indiuisibilis quoniã aliquid nõ fit perfectum nisi in tempore in quo peruenit ad perfectionẽ, & causa in hoc quod illud tẽpus est indiuisibile est: quoniã illud quod peruenit in illa hora est indiuisibile, & est perfectio quia est finis rei naturalis. & finis est indiuisibilis. D. d. & erit in fine rei naturalis, id est, & ens erit in eo in fine rei naturalis, & cũ hora in qua inuenitur perfectio est indiuisibilis, & est declaratũ quod omnis motus est in diuisibili: manifestũ est quod alteratio non est in perfectione. Et cũ posuit quod perfectio est in fine rei naturalis, & quod finis rei naturalis est indiuisibilis: incepit demonstrare hoc in circulo: cũ hoc manifestũ sit in eo scilicet quoniam est perfectio indiuisibilis: non enim est circulus magis quã circulus, & dixit: quemadmodũ circulus &c. id est, & perfectio rerũ naturaliũ est indiuisibilis: quia sunt in fine: non ante: sicut est dispositio in circulo. Quoniã perfectio eius est quando fuerit in fine: non enim est circulus ante finẽ, &. q. d. & perfectiões sunt indiuisibiles: quia perfectiones sunt similes perfectioni circuli: quemadmodũ circulus nõ est circulus ante finem. Similiter est in aliis perfectibus. Et cũ declarauit qđ virtus est indiuisibilis: declarauit hoc etiã in vitio, &. d. & vitiũ &c. id est, & vitiũ est separatio & remotio ab illis fine indiuisibili, & cũ iste finis est indiuisibilis, ergo & illud qđ distat ab eo maxime est indiuisibile, & sic nõ est mediũ inter virtutẽ & vitiũ. Motus autẽ est in eis inter quę est mediũ vt declaratum est in quinto, & totum hoc intellectum est ex suis verbis potentialiter.

S Perfectio ẽ indiuisibilis quæ est finis rei naturalis: & finis est indiuisibilis. Idem 6. phy. text. cõ. 46.

T Motũ esse ẽis quæ habent mediũ

Fit quidẽ igitur cũ quiddã alteratur, & acceptio virtutis, & remotio malitiæ: alteratio tamẽ horũ neutrũ est. Quod aũt nõ alteretur aliquid horũ manifestũ est. Virtus quidẽ enim aut impassibilitas quædã est: aut passibile est sic. Malitia autẽ passibilis est: aut contraria passio est virtuti. Et hoc totũ est ẽp mobile virtutẽ in voluptabilibus & tristitijs esse accidit. Aut eñ secundũ actũ est ẽp est voluptatis: aut per memoriã aut spẽ. Si quidẽ igitur secundũ actũ est: sensus est causa. Si vero per memoriã aut per spẽ ab ipso est: aut enim insunt qualia passi sumus: reminiscẽtibus voluptatis aut qualia patiemur sperantibus.

Et diminutio a virtute & denudatio a vitio fiunt quãdo aliquid alteratur. Sed neutrũ est alteratio. Et signũ eius quod aliqua alterãtur manifestũ est. Virtus eñ est aut inreceptibilitas passionũ: aut receptio earũ tali modo. Vitium autẽ est receptio passionũ cõtrario modo illi quo virtus recepit eas. Et vniuersaliter accidit quod virtus moralis sit in modis voluptatis & tristitiæ. Voluptas enim aut est actu aut per rememorationẽ aut spe. Eius autẽ quod est actu causa est sensus. Illud autem quod est per rememorationẽ: aut per spem erit secundũ hoc. Voluptas enim accidit nobis: aut per rememorationẽ eius quod habuimus ex ea. Aut per spem ad illud quod habendum est.

patet hic & 5. phy. tex. com. 22.

V

Cum declarauit quod in qualitate quæ est in quãtitate nõ est alteratio, & quod generatio eius sequitur alterationẽ, & declarauit quod in virtutibus animæ nõ est alteratio: vult declarare quod sequãtur alterationẽ: qđ nõ fecit in formis corporalibus: quia manifestũ est eas sequi alterationẽ. Et dixit, & diminutio &c. id est, & vitiũ & virtus fiunt a rebus alterationis: sed factio earũ in se nõ est alteratio: cũ sint indiuisibiles: vt declaratum est. Deinde induxit signum super hoc, & dixit, & signũ quod aliqua alterantur manifestum est: quorũ alterationẽ sequitur factio virtutũ & vitiorũ. Virtus enim aut est prohibitio vitiosi a receptione passionũ corporaliũ: aut est receptio passionũ modo terminato & quomodocũq; fuerit necesse est vt sequãtur passionẽ. Si autem fuerint mediæ in passione, sicut enim est verũ. Manifestũ est quoniã sequãtur medium in passione. Ipsa enim passio corporalis erit per alterationẽ immo est ipsa alteratio, & similiter ũ sequitur impassibilitatẽ. Prohibitio enim a passione praua erit per passionẽ cõtrariam illi passioni praue. Et cũ dixit quod virtus sequitur alterationem: cum sequitur passionem, & passio est alteratio: dixit hoc etiã in vitio, & dixit: vitiũ autẽ est &c. id est, vitiũ autẽ sequitur receptionẽ passionũ quæ sunt cõtrariæ passionibus, quas sequũtur virtutes. Sed quæritur quomodo dicitur quod virtus sequitur passionẽ laudabilẽ, & vitium passionem illaudabilẽ, & passio laudabilis & illaudabilis sequuntur virtutem & vitiũ

X

Y

Dubium.

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitium. Virtus enim est habitus per quē patitur passionē laudabilem. Et vitium est habitus per quem patitur passionē illaudabilem. Ad hoc autem dicendum est quod isti duo habitus acquiruntur consuetudine passionum laudabilium aut illaudabilium. Ergo existentia eorū perfecte necessario sequitur passionem. Et cum sit declaratum quod virtus & vitium sequitur passionem: est declaratum quod passio est alteratio: sequitur ex hoc quod virtus & vitium sequuntur alterationem.

Deinde dixit, & vniuersaliter accidit &c. id est, & virtus moralis est in voluptabili & contristabili: scilicet in quærendo voluptabile, & fugiendo contristabile secundum quod oportet: & quando oportet, & intendebat per hoc dicere quod virtus sequitur passionem. Nam quærere voluptabile & fugere contristabile sequitur passionem. Et syllogismus componitur sic. Virtus inuenitur in contristabili & voluptabili. Et contristabile & voluptabile sequuntur passionem. Ergo virtus sequitur passionem. Et similiter declarabitur per hunc syllogismū in vitio. Et quia voluptabile aliud est in præterito, & aliud in futuro declarauit hoc &c. d. voluptas enim aut est in actu &c. & intendit per actum tempus præsens, & per rememorationem præteritum, & per spem futurum. Et quia vnusquisq; istorum trium modorum voluptatis proprius est alicui virtuti virtutum animæ. & dixit: eius vero quæ est in actu causa est sensus, id est voluptatis enim quæ est in actu causa est: quia comprehenditur sensu qui est in actu. Et eius quæ est per spem causa est sensus: sed de sensu qui est in potentia: ille qui iam exiuit in actum proprium est virtuti rememorativę, & ille qui futurus est imaginatiuæ. Delectamur enim per rememorationem: quando imaginati sumus illud rememoratum. q. iam exisset in actum. Et similiter est de sperato. Omnia igitur pendent a sensu, & ideo dixit: voluptas enim accidit nobis &c. Et. q. intendebat per hoc confirmare: quod voluptas sit a passione quæ sit a sensibili: & quia voluptatio, est per spera-

Z Delectamur per rememorationem quādo imaginati sumus illud rememoratum. q. iam exisse in actum.

tum, & illud quod tendum est: potest hic fieri conclusio: scilicet quod voluptas sequitur passionem a sensibili. Quoniam necesse est si voluptas sit passio: aut sequatur passionem vt facta, sit a passione sensibili: cum sit positum quod passiones fiant a sensibilibus & insensibilibus. Et ideo dissoluit quæstionem narrando quod voluptas in præterito & futuro est sensibile in potentia, & quod comprehensio sensibilis in potentia & in actu: sequitur eam necessario passio.

A Literatibus sanissi. ex co

Atvero neq; in intellectiua parte animæ est alteratio. Sciens enim maxime ad aliquid dicitur, hoc autem manifestum est. Secundum enim nullam potentiam in mouentibus factum est quod est scientiæ: sed existente quodam. Ex ea enim quæ est secundum partem experientia vniuersalem accipimus scientiam. Neq; igitur actus generatio est: nisi aliquis respectionem & actum generationes dicat. Huiusmodi enim est actus. Quæ autem ex principio est acceptio scientiæ non est

generatio neque alteratio. In quiescendo a nanque & sedendo anima sciens fit & prudens. Sicut igitur neque cum dormiens surgat aliquis: aut ebrius pauset: aut infirmans ordinetur factus est sciens quamuis prius non poterat vti: & secundum scientiam agere. Sed mutata perturbatione & in statum reueniente intellectu incrat potentia ad scientiæ consuetudinem. Huiusmodi igitur aliquid fit & quod est ex principio in scientia existentia. Turbationis enim quies quædā est restitutio. Neq; igitur infantes possunt addiscere: neq; indicāt sensibus similiter senioribus: multa enim turbatio circa hos & motus. Statur autē & pausatur turbatio aliquando quidem natura alicuius quando autem ab aliis. In vtrisq; autem his alterari aliquid accidit: sicut cū surgat & fiat vigilans ad actum. Manifestum igitur quantum ipsum alterationis in sensibilibus est & in sensibili parte animæ: & in alio nullo nisi secundum accidens.

nūq; qa perturbatiōes B sedantur & trāquilla fit C ata scies qs piātq; pru dēs euadit. a In quiescendo nūq; & sedēdo, ata fit prudēs.

D

Neq; in parte distinguente de anima est alteratio. Sciens enim & cognoscens dignius dicentur de capitulo ad aliquid: & hoc manifestum est. Quoniam cognitio non est in cognoscente: ita quod aliqua potentia omnino moueatur: sed cum aliquid fuerit. Quoniam per experientiam rerum particularium comparamus cognitionē mutabilē. Neq; intellectus est etiam generatio. Nisi quis dicat quod videre etiam & sentire est generatio: & quod tale est. Intelligere & acquirere cognitionē in principio non est generatio neq; alteratio. Homo enim fit sciens & intelligēs quando anima eius quiescit & firmatur. Quēadmodum igitur homo quando expergefit a somno: aut quādo desinebriatur: aut qñ fuit infirmus non dicit ipse fieri sciens. Licet prius nō habebat potentiā vtendi scientia neq; operādi ea. Deinde postq; recessit ab illa cōturbatio & quiescit intellectus inuenitur in eo ista potentia quæ fit: ita est in eo quod inuenit in principio in dispositione cognitionis. Cognitio enim est quies: & rectitudo. Neq; pueri etiā possunt addiscere aut cōicare in sensibus sicut plurium annorum. Nam conturbatio & motus in puericia est multa. Et ista cōturbatio rectificat & cessat: quædā a natura: & quædam in aliis rebus vt a disciplina: & a similib⁹. Et in istis duobus necesse est vt aliquid alteretur: sicut est dispositio eius quod expergefit a somno: & est somnus apud actum. Manifestum est igitur quod alteratio est in sensibilibus & in parte sensibili animæ: & in aliis autem non nisi per accidens.

Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

20 Cum declarauit qđ in parte rationabili operatiua non est transmutatio: vult declarare qđ neq; in parte comprehensiua anime sit trãsmutatio neq; alteratio. Et dixit: neq; in parte distinguente: & intendit per partem distinguentem comprehendẽtem: & est virtus sensibilis & imaginatiua: & rationabilis. D.d. cognoscens enim dignius est &c.i. & dignum eius est quod generatio istorũ videtur esse de genere relatiõis & maxime partis rationabilis. Est enim dignius a vt existimet esse de

B Oppositũ me. 10. cõ. 22.

capitulo ad aliquid, q̃ de qualitate: & intendit quod esse cõprehensionẽ in nobis non est aliquid factum in se: sed in respectu ad nos. i. quãdo anima fuerit præparata ad recipiendũ illas comprehensiões: vt ferrum præparatur per terfitudinem ad recipiendũ lucem: & alios colores & formas. Nõ quod comprehensiones generẽtur in se quod ante nõ erãt. Et hoc qđ dixit manifestius est in intellectu q̃ in alijs virtutibus comprehensiuis: & ideo dixit: cognoscens enim &c. Sed intendebat per cognoscens intellectũ. Et forte intendit per cognoscens omnes virtutes comprehensiuas: & erit ista comparatio inter illas: & alias partes animę non rationabiles scilicet morales. D.d. & hoc manifestũ est &c. id est. qm̃ cognitio non fit in cognoscẽte: ita quod pars cognoscens ita transmutata: sed fit quando aliud aliquid transmutatur sicut est dispositio in omnibus relatiuis. Verbi gratia. in colũna. Colũna eñ nõ transmutatur in se quãdo de sinistra posita est in dextra: sed aliud. Verbi gratia. Sor. Et similiter est dispositio in factione cognitionis: quoniam hoc non fit ita quod pars cognoscẽs transmutetur: sed quod aliud transmutatur: & est illud in respectu cuius dicitur illa cognitio. Et cum narrauit quod cognitio fit in nobis nõ ita quod pars cognoscens transmutetur: sed aliud dixit: quid est illud aliud: & dixit: quoniã ex experitia &c. id est quoniam cognitio fit in nobis quando transmutatur per receptionem particularium & considerationem eorum: quoniam cum considerauimus particularia fit ex hoc cognitio vniuersalis in nobis secũdũ

C Cũ considerauimus particularia fit ex hoc cognitio vniuersalis in nobis.

relationem ad illa scilicet quod cum apud nos fit ex aliqua specie plus q̃ vnum particulare: statim fit in nobis species vniuersalis absq; eo quod in ipsa fiat transmutatio. D.d. neq; intellectus etiã &c.i. & ad dictum qđ intelligere est generatio nõ habet viam ad dicendum hoc: nisi dicat quod videre & vniuersaliter sentire est generatio. Et dixit hoc. quia proportio b intellectus ad intellectũ est sicut proportio sensus ad sensatum. Si igitur aliquis diceret quod factio istorũ est passio & trãsmutatio scilicet qđ sequitur alterationẽ secundũ quod est vera generatio potest dicere hoc in intellectu. Qui autem non dicit hoc in sensibus minus dicit in intellectu. D. incepit probare quod cognitio fit in nobis sine generatione per rationes probabiles: & dixit: & acquisitio cognitionis &c. & intendit a principio non secundũ rememorationem. D.d. homo enim &c. id est & necesse est vt cognitio fiat in nobis sine generatione: quia visum est quod homo non fit cognoscẽs nisi quando quieuerit & rectificata fuerint accidẽtia animæ apud separationẽ a peritia. Et intẽdit qđ scientia nõ est in puericia in actu sed accidẽtia apperibilia & vniuersaliter humores vt dixit Plato impediũt pueros. Si ideo assimilauit ipsum dormiẽti & ebrio & infirmo: & dixit: quãdo igitur homo &c.i. & quemadmodũ quãdo homo fuerit dormiẽs & expergẽs

expergefit & reuersa est ad illum cognitio eius: aut quãdo est liberatus ab ebrietate. aut ab infirmitate: nõ dicitur acquirere scientiã quam nõ habebat prius scilicet scientiã generatam in se postq̃ nõ fuit: ita etiam nõ dicimus in scientia quæ acquiritur a principio quod est scientia generata in se sed generatio eius in scientę est secundũ relationẽ: sicut lux generatur in speculo ferri terso. D. dicit. licet prius non habebat potentiam &c. id est quoniã quẽadmodũ dicimus in dormiẽte quãdo expergefit ipsum habere scientiã quam prius habebat non potentiã vtẽdi. id est quoniã nõ erat existens in actu in anima eius. Ita dicimus in scientia acquisita a principio. Et nõ intẽdebat p hoc qđ dixit in dormiente: qđ scientia reuertitur ad illã quã prius nõ habebat in potẽtia vtẽdi. Et hoc qđ assimilauit scientiã acquisitã a principio scientiæ acquisitę post somnũ: ita qđ scientia acquisita a principio acquiral illo modo quo acquisiit post somnũ. hoc est impossibile: sed intẽdebat p potẽtiã vtẽdi ipsam esse in aia ei⁹ in actu nõ a generatiõe. D. induxit aliud signũ: & dixit. cognitio eñ est quies & rectitudo. i. & ideo cognitio existit in nobis in principio p quietẽ animæ & rectitudinẽ accidẽtiũ: & si generet: tñ existẽtia eius esset apud trãsmutationẽ. Deinde induxit signũ de pueris: & dixit: neq; pueri etiã &c.i. & hæc est causa in hoc quod pueri nõ addiscũt anteqũ pertranseat puericia: neq; cõsecant cũ eis q̃ sunt plurium annorũ in quãtitate ei⁹ qđ cõprehendãt de differẽtijs sensibiliũ. i. quia humor & motus abundat in eis. Deinde dixit: & ista conturbatio &c. & intẽdit per naturã etatẽ: & per alias res consuetudinẽ & exercitiũ. Exercitiũ eñ largit naturæ hominis præparationẽ quę in ea nõ erat ante: & nõ est remota vt virtus. i. moralis operet in hoc: & maxime castitas. D.d. & in istis duobus &c. id est & in ista translatiõe quã habẽt pueri de ignorantia ad cognitionẽ. ppter etatẽ aut p disciplinã: nec esse est vt alteret. V.g. per subiectũ animæ qđ est calor naturalis: sicut accidit ei q̃ expergefit a somno vt alteret p alterationẽ alterius partis in eo a parte quę intelligit. V.g. caloris naturalis. Et intẽdebat per ola ista ponere qđ anima nõ alteratur per se sed per accidens. Si aũt facta est tunc esse eius sequitur essentialiter alterationẽ. Si autem non est facta tũc esse eius in nobis sequitur alterationẽ non esse eius in se: sicut est dispositio in somno. Et hoc manifestius est in intellectu quã in cæteris partib⁹ anime cognoscibilib⁹. Et iam declarauit ipse in libro de anima quod esse comprehensibilis sensus sequitur in se alterationẽ essentialiter: postq̃ induxit ista signa sufficientia quibus vsus est hic. In intellectu aũt multum latet: & iam consideranimus de hoc in libro de anima. hic autem non intendebat declarare quod anima intelligibilis aut intellectus non sequitur in suo esse transmutationem essentialiter: sed intendebat declarare quod in ea non est transmutatio. Sunt enim tria quorũ vnum est vtrũ in substãtia intellectus aut aiæ sit trãsmutatio & alteratio. Secũdũ vero est vtrũ suũ esse in se sequatur transmutationẽ & alterationem essentialiter ita quod sit facta in rei veritate. Tertium autem est. vtrũ suũ esse sequatur alterationem per accidẽs. scilicet secundũ qđ est in nobis nõ secundũ quod est in se. Et quia si fuerit declaratũ ipsam esse alteratã per accidens: tunc dignior erit vt non sit alterata in sua substantia: quã vt sequatur alterationem essentialiter. Et quod si ex vtraque opinione sequitur

Exercitiũ largit naturę H

re hois præparationem I

quæ i ea nõ erat ante & L

nõ est remotũ vt in hoc operet virtus moralis & maxime castitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequitur vt non sit alterata in sua substantia: & est illud quod intendebat vidit quod melior doctrina in hoc est inducere sermones ex quibus videtur ipsam esse alteratam per accidens. Quoniam cum hoc fuerit existimatum. ipsam est alterata per accidēs: tūc mens nō cogitabit in hoc qđ nō sit alterata i substātia. Sed illud de quo cogitabit tūc est: vtrū sit possibile vt in suo esse sequatur alterationē essentialiter aut nō. Et cū nō accidit ei in hoc nisi altera duarū cogitationum, puter ista signa sufficientia quæ sunt in prima cognitione. s. quū nō accidit ei vt sit alterata in sua substantia: manifestum est quod qui inspexerit ista signa nō dubitabit in hoc quod est nō trāsmutata in sua substātia. Sed remanebit ei secūda possibilitas. s. in nobis: nō quod hæc sit opinio eius: sed intendebat demonstrare vim istius opinionis. Vt cum homo scuerit ista signa habebit pro impossibili: vt sit alterata in sua substātia: nō remanebit ei cognitio nisi inter duas alias intentiones. D.d. manifestū est igitur de alteratione &c. & intēdit per sensibilia tangibilia: & colores: & sapores & odores & per partē in sensibilem animæ passiones factas in virtute concupiscibili: quas sequūtur passiones corporales: vt rubor verecundiam: & pallor timorem. Et vocauit hāc partē corporalē: quia indiget corpore: & ideo nullus existimat qđ illa pars animæ possit separari. Sed quæritur hic quare tacuit hic speciem qualitatis quę dicitur potentia & impotentia naturalis. Et Alex. dicit qđ iam declaratum est vniuersaliter qđ non est qualitas: & intendit vt mihi videtur q̄ res agunt per suas formas & patiuntur per materias. & formæ & materiæ sunt substantiæ necessario. Et forte intendit quod declaratum est vniuersaliter quod non est qualitas alterabilis: quoniam est formæ & declaratum est quod formæ non sunt alteratio: sed sequuntur alterationem.

Ista non est opiū. Arist. sed intendebat demōstrare viam istiꝰ opinionis.

Dubium

Solutio.

Videde materia hac Auer. 3, c. 19. .me.

A Ostendit qui motus sunt comparabiles adinuicē. Cap. iiij.

DVbitabit autem aliquis vtrum est motus oſs omnit comparabilis aut nō. Si igitur est omnis comparabilis: & æqualiter velox est: qui in æquali tempore per æquale spacium mouetur. Erit ergo circulatio quidem æqualis recto & maior & minor. Amplius autem alteratio & loci mutatio æqualis est: cū in æquali tempore aliud quidem alteretur: aliud vero ducatur. Erit ergo æqualis passio longitudini: sed hoc impossibile est Si ergo cum in æquali tempore secundū æquale mouentur: tūc æqualiter velox est. Aequalis autem non est passio omnis longitudini. Quare non erit alteratio loci mutationi æqualis: neq; minor. Quare non omnis comparabilis est.

B Et quærit vtrum motus coniungetur cū motu aut nō. Quoniā si oſs motus cōiungantur sibi: & cōuenientia in velocitate sunt illa quæ in tempore æquali mouentur per æquale. Tūc aliqs motus circularis erit æqualis recto. Ergo aliquis motus circularis

cularis erit maior aut minor illo: & alteratio & translatio erūt æquales cum in tempore æquali hoc alteratur & hoc mutat locum. Ergo passio erit æqualis longitudini: sed hoc est impossibile. Quoniam tunc velocitas est æqualis quando duo pertranseunt in æquali tempore aliquod æquale. Sed passio & longitudo non sunt æquales: ergo neque alteratio & translatio sunt æquales. Neq; vna minor est alia. Vnde necesse est vt nō oīs motus coniungatur cum omni motu.

28 C

HAec est quarta quæstio istius tractatus. In prima enim declarauit quod omne motum habet motorem. In secunda vero quod omnia mota in loco reducuntur ad primum motum quod mouetur a motore in ipso. Tertia autem est quod oīs motor est insimul cum eo quod ab eo mouetur in loco. Quarta vero est ista: vtrū omnis motus habet proportionem cum omni motu. Et dixit: & quæritur &c. & intendit q̄ coniunctionem superpositionem: & mensurationē: ita quod omnes motus possunt diuersari secundum magis & minus. D.d. quū si omnes motus &c. s. quū si omnes motus mensurent se adinuicem: aut superponuntur sibi adinuicem sequitur vt motus a circularis sit æqualis recto. Quoniam si duo motus fuerint superpositi: aut mensurantes se adinuicem: tunc duo spacia per quæ sunt motus erunt talia. Et hoc intendebat cum dixit: & conuenientia in velocitate &c. Et cum induxit hoc improbabile induxit aliud maius: & dixit: & erit etiam alteratio translatio æqualis &c. id est, & si quilibet motus mensuret quemlibet motum: sequitur aliud inopinabilius prædicto: & est vt alteratio sit æqualis translationi: cum fuerint posite in tempore æquali. Deinde induxit impossibile quod sequitur ex hoc: & dixit. ergo & passio erit æqualis longitudini, id est, & si alteratio est æqualis longitudini: necesse est vt qualitas sit æqualis loco: aut minor: aut maior. Deinde induxit causam in hoc quod est impossibile: & dixit: sed hoc est impossibile &c. id est, sed hoc est impossibile, quia æqualia in velocitate dicūtur æqualia: quia in eodem tempore pertranseunt idem spacium in quantitate: & qualitate eadem qualitatem: & si in translatione & alteratione inueniantur æqualitas: necesse est vt qualitas sit æqualis loco: quod est valde inopinabile. & cum hoc multum apparet in alteratione & translatione scilicet quoniam non dicuntur vniuoce: induxit conclusionem intentam: ista quod iam compleuit suam declarationem: & dixit: & ergo nec alteratio est æqualis translationi. Et cū declarauit q̄ alteratio nō est æqualis translationi: dixit. ergo necesse est vt non omnis motus &c. id. vt non omnis motus mensuret omnem motum: cum alteratio & trāslatio sint motus: tamen non æquales: & mensurantia se adinuicem sunt illa in quibus inuenitur æqualitas: & quia aliquantulum est dubium de coniunctione motus translationis recte cum circulari reuertus est ad illum.

a Motꝰ circularis non est æqualis recto. Idem phy. c. 129.

D Mensurātia se adinuicē sunt illa in qbꝰ inuenit̄ æqualitas.

In circulo autem & recto quomodo contingit. Inconueniens quidem est: nisi sit in circulo similiter hoc aliquid moueri: & hoc in recto. Sed mox necesse est aut velocius aut tardius

moueris

moueri: sicut si hoc moueatur deorsum: hoc autem sursum.

Sed considerandum quomodo est de circulo & linea recta. Quoniã tarpe est dicere quod hoc impossibile est: vt moueatur circulariter & mouetur idem recte: & eodem modo. Sed necesse est vt cum mouetur taliter vt motus eius sit velocior & tardior. Sicut est necesse in eo quod mouetur quãdoq; superius & quandoq; inferius: & hoc non nocet.

11 Cum induxit inopinabile quod contingit: si motus rectus sit proportionalis motui circulari: incepit inducere modum quo potest quis existimare quod isti positioni non sequitur improbabile. Et dixit. Sed considerandum est &c. id est, quoniam manifestum est quod motus alterationis non est proportionalis motui translationis: sed illud de quo perscrutãdum est: est vtrum motus rectus sit proportionalis motui circulari: & ipse circulus lineæ rectæ: quoniam si inter motum circularẽ & rectum fuerit proportio: necesse est vt causa in hoc sit: quoniam inter lineam circularem & rectam est proportio. & ideo perscrutatus est hic de circulo & linea recta: & dixit: sed considerandum est &c.


Deinde induxit modum quo existimatur quod non sequatur hanc
2 positionem improbabile: & dixit: malum enim est dicere &c. i. inconueniens est enim dicere quod impossibile est vt aliquid moueatur circulariter motu æquali in velocitate sui motui recto. Sed necesse est in eo quod mouetur circulariter & mouetur recte vt alter motus sit alio velocior: aut tardior: aut æqualis. Et hoc intendebat cum dixit: sed necesse est cum mouetur &c. id est, quoniam quemadmodum motus rectus est velocior & tardior alio motu recto. Et similiter circularis cũ circulari: ita est de recto cum circulari. D. d. & hoc non nocet, id est, & existimatur quod nullum inopinabile sequitur ex hac positione.

Amplius nihil differt in ratione si aliquis dicat necessariam esse velocius mox aut tardius moueri. Erit enim maior & minor circulus illo recto: quare & æqualis. Si enim in, a, tempore ipsum, b, transiuit: aliud autem ipm, c, maius erit, b, ipso, c, sic enim velocius esse dictum est. ergo & si in minori æquale velocius est. Quare erit aliqua pars ipsius, a, in quo ipsius, b, circuli transibit: cum in toto, a, ipsum, c.

Si igitur aliquis dixerit. quod hoc necesse est vt motus in loco sit velocior & tardior. quoniam motus circularis debet esse maior aut minor motu recto: ex quo sequitur vt sit æqualis ei. Quoniam si aliquod motum mouetur in tẽpore, a, motu, b, velocius quam motu, c, quoniam hoc modo vocabimus velocius. Necesse est vt si mouetur in minori tẽpore æqualiter: sit velocius. Ex quo sequitur: vt tempus in quo, b, pertransit circulum sit pars temporis, a, & in quo pertransit, a, lineam c, sit totum tempus.

Cum

Ostenso quod si motus circularis sit maior vel minor in velocitate quam rectus: quod possit etiam æqualis esse.



Cum dixit quod visum est quod inter motum circularẽ & rectum est comparatio secundum velocitatem & tarditatem: sicut accidit hoc in motibus rectis cũ omnes sint in loco. Incepit declarare quomodo sequitur si dicantur velociores & tardiores: vt dicãtur æquales. Et iterauit sermonem a capite.

Et dixit: si igitur aliquis dixerit &c. id est, si igitur aliquis dixerit qd̃ necesse est vt in qbuslibet duobus motibus positis in loco vt alter sit velocior & alter tardior. Quoniam oẽs duo motus diuersi in loco alter est maior: alter minor: & cum magnitudo & parultas inueniãtur in eis. ergo velocitas & tarditas, ergo & æqualitas. Omne cũ in quo potest esse velocius & tardius potest esse æquale. Et cum posuit quod oẽs duo motus in loco possibile vt alter sit maior & reliquus minor. Et omne in quo inuenitur velocitas & tarditas inuenitur æquale. Et posuit quod motus rectus & circularis secundum quod ambo sunt in loco 3
inuenitur in eis magis & minus: vel velocitas & tarditas: concluſit q̃ in motu recto & circulari inuenitur velocius & tardius: ergo & æquale. Et quia ad certificandum propositionem dicentem quod omne in quo inuenitur velocius & tardius inuenitur in eo æquale: melius est vti exemplificatione: dixit: quoniam si aliquod motum mouetur in tẽpore, a, & c. id est, ponatur igitur quod aliquod motum circulare. Verbi gratia, b, mouetur in tempore, a, motu velociori quam motus alterius moti quod mouetur in eo. Verbi gratia, c. Ergo necesse est vt ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

locius pertranseat spacium æquale ei quod pertransit tardius in tempore minori. Talis enim est diffinitio velocioris. Deinde dixit: ergo necesse est &c.i. & cum sit positum quod velocius est illud quod in minori tempore pertransit æquale spacium: erit etiam verum conuersum: scilicet quod illud quod mouetur in minori tempore per æquale spacium est velocius: & intendebat per hoc verificare diffinitionem: & cum fuerit coniunctum huic quod motum circulare potest esse velocius aut tardius recto concluditur ex hoc quod motum circulare & rectum mouentur per spacium æquale in minori tempore. Et hoc intendebat cum dixit: ex quo sequitur vt tempus, id est, & sequitur cum posuerimus q motum circulare: scilicet, b. est velocius quam motum, c, & mota sunt in eodem tempore scilicet in, a, vt, b. circulare perficiat circulū in parte temporis, a, in quo toto compleuit, c, lineam rectam. Et sic possibile est vt aliud motum per lineam rectam sit veloci? quam motum, c, ita quod velocitas sui motus ad motum, c, erit sicut velocitas motus, b, ad motum, c. Et ex quo sequitur vt mot? rectus sit æqualis circulari: & hoc intendebat concludere vt videtur: & dimisit conclusionem: quia bene apparet ex propositionibus quas induxit. Deinde induxit inopinabile quod opponitur huic conclusioni.

B Quæcunq; nō æquiuoca comparabilia sunt.

At verò si sunt comparabilia accidit modo dictum scilicet æquale esse rectum circulo: sed non comparabilia sunt: neq; ergo motus. Sed quæcunq; non æquiuoca comparabilia sunt: vt quare nō comparabilia: vtrum acutius stilus: aut vinum: aut vltima. Quia namq; æquiuoca sunt non comparantur. Sed vltima ei quæ est iuxta vltimam comparabilis est quoniam idē accidit acutum in vtrisque. ergo non idem velox & hic & ibi. Multo autem minus est in alteratione & loci mutatione.

Sed si coniungantur, continget illud quod prius diximus scilicet quod linea recta sit æqualis circulo: sed non coniunguntur: neq; coniunguntur etiam motus. Sed omnia quæ nō sunt vniuoca non coniunguntur. Verbi gratia, dicere quare ista non cōiungūtur. s. est acutus perforans: aut vinū aut neuma quē dicitur vita. Dicamus quia ista sunt æquiuoca: & ideo non cōiunguntur. Sed neuma quod dicitur vita non coniūguntur cū neumate: quod dicitur amara vita: quia acumen in eis habet eandem rationem. Et forte velocitas: hic non est velocitas illic: & hoc dignius est in alteratione & translatione.

F 24 Mot? rectus nō habet rectitudinē nisi propter magnitudinem circularē.

Cum induxit sermonem ex quo existimatur quod motus rectus est proportionalis motui circulari: reuertus est ad improbabile quod contingit huic positioni. Et dixit: sed si coniungantur &c. id est, & sequetur quia motus rectus non habet rectitudinem nisi propter magnitudinem rectam. & similiter motus circularis propter magnitudinem circularē.

Si igitur motus rectus sit æqualis motui circulari contingit necessario vt magnitudo recta sit æqualis circulari. ergo superponūtur. Sed notum est qđ linea recta nō superponitur circulari: & necesse est vt illa quæ mensurant se adinuicem: vt superponantur sibi adinuicem: & dixit: illud quod diximus prius: & per se non dixit prius quod sequitur ex hac positione vt linea recta sit æqualis circulari: quoniam hoc sequitur ex illo quo sequitur ex prima positione scilicet quod vt motus circularis coniungatur cum motu recto: & est vt motus circularis sit æq̄lis recto. Quoniam si ex hoc quod ponitur quod duo isti motus coniūguntur: sequitur vt sint æquales. Et ex hoc qđ sunt æquales sequitur vt magnitudo recta sit æqualis circulari. Deinde dixit. sed non coniunguntur ideſt non habebunt proportionem inter se: quia non superponūtur sibi. Deinde. d. neq; etiam motus coniunguntur. i. non habebunt proportionem inter se: quia non superponuntur sibi. Deinde. d, neq; etiam motus coniunguntur. i. & cum inter magnitudines nō est proportio. ergo neq; inter motus. Deinde dedit causam quare non coniunguntur: & dixit: quia omnia quæ nō sunt vniuoca nō coniunguntur. Deinde induxit exemplū de æquiuocis: & dixit. V. g. &c. i. q̄ū si aliquis quæsiuerit quare non est comparatio inter acumē stili perforātis & vini & neumatis acuti quod dicitur acutius acuto. Dicitur quia hoc nomen acumen dicitur in eis æquiuoce. in instrumēto. ratio eius est abscindere lingua. in vino autem pungere linguā: in neumate vero percutere auditum fortiter. Deinde dixit forte velocitas hic &c. i. & forte hoc verbum velocitas dictum de motu circulari & de motu recto: est etiam æquiuocū: & dixit forte: quia nō ita apparet æquiuocatio in eo sicut in hoc nomine acumen. Et quia hoc apparentius est in velocitate quæ dicitur de alteratione dicit: & dignius est &c. i. & cum dicimus quod hoc nomen velocitas æquiuoce de motu circulari & recto: quantum magis dicitur æquiuoce de alteratione & translatione.

si propter magnitudinem rectā & circularis propter magnitudinem circularem.

G Velocitas equiuoce dicitur de motu circulari & recto & multo magis de alteratione & translatiōe.

Aut primum quidem hoc non verum est: quod si non sint æquiuoca comparabilia sunt. Multum enim idem significat in aqua & in aere: & non sunt cōparabilia. Si autem non: duplū quidem idem: duo enim ad vnum: & non sunt comparabilia.

Et potest quis dicere primo vero quod iste sermo non est verus. s. quod illa quæ non sunt æquiuoca coniunguntur. Hoc enī nomen magnum debet habere eandem rationem in aqua & aere: & non coniunguntur. Deinde si non fuerit hoc necessario duplum erit in eadem ratione. Est enim proportio binarij ad vnum: & non coniunguntur.

Cum posuit quod illa quæ non sunt vniuoca non coniungūtur: incepit dubitare super hoc. Et dixit. & potest aliquis obijcere nobis in declaratione eius quod motus circularis non coniungitur cum recto. Primo vero in propositione dicente quod illa quæ non sunt æquiuoca sunt proportionalia: non enim omnia vniuoca sunt proportionabilia. Verbi gratia q̄m hoc nomen magnum eandem habet rationem in

Universidad de Deusto
Biblioteca

aqua & aere. Sed aqua nō coniungitur cum a re cū sint diuersa duobus differentijs cōtrarijs: & etiam duplum eādem habet rationem: nihil enī aliud est quā proportio binarij ad vnum: & nō oīa q̄ sunt dupla cōiungunt. Cū enī istud mel sit duplū istius aceti: tamē inter mel & acetū nō est cōparatio: & hoc intēdebat cū dixit: est enim ,pportio &c. i. diffinitio enī dupli est, pportio binarij ad vnū. vniuoca aūt sunt illa quorū diffinitio est eadē & nō coniungunt sicut illa quæ sunt dupla adinuicē.

Aut & in his eadem ratio: & nāq; multum equiuocum est. Sed quorundam etiam rationes equiuoce. Vt si dicat aliquis q̄ multum tantum est. Et adhuc: & si aliquid aliquid tantūdem: & æquale equiuocum esset. Et vnum autem si cōtingit statim æquiuocum esse. Si autem & hæc: & duo.

Ad hoc autem dicamus qđ sermo de istis duobus idem est. Magnum enim etiam est de æquiuocis: sed quorundā nominū diffinitiones etiā sunt æquiuoce. V. g. quoniam si aliquis dixerit qđ magnum est illud quod est talis quātitatis: & talis excessus: & qđ duplum est æquale his. Tunc dicere est talis quantitas & æquale erit æquiuocū. Et dicere etiam vnum est æquiuocum necessario. Et si vnū est tale: & binarius etiam erit tale.

26 H Idem in p̄dicamentis c. primo. a

Cum dubitauit in propositione dicente qđ vniuoca sunt cōiungibilia: quoniam multā & paucō sunt vniuoca cum habeant eadem diffinitiones: tamē nō coniunguntur in omnibus quæ dicuntur multa & paucā: & sīr de duplo & dimidio: dicit dissoluēdo q̄ ista & similia nō sunt vniuoca vera. Vniuoca enim sunt illa quorum diffinitiones sunt exēde voce & ratione. Diffinitiones autem istorum sunt eædem secūm vocem & diuersæ secūm rationem. Et dixit ad hoc autem dicamus &c. i. ad hoc autem dicamus qđ dissolutio in istis duobus de quibus induximus exemplum est prima dissolutio quam diximus in causa eorum quæ non coniungūtur: & est quia sunt æquiuoca. Aequiuocorum enim alia sunt quorum diffinitiones sunt diuersæ voce & ratione. Alia vero sunt quorum diffinitiones sunt æquiuoce sicut nomina eorū & hoc intendebat cum dixit: sed quorundam etiam diffinitiones sunt æquiuoce: id est & ista de quibus dubitamus sunt huiusmodi: & hoc qđ diffinitiones eorum sunt æquiuoce facit existimari ea esse eadem in ratione sicut est dispositio in multo & pauco: & duplo: & dimidio. Et cum dixit qđ diffinitiones istorum sunt æquiuoce declarauit hoc: & dixit. V. g. &c. i. & hoc qđ diffinitiones istorum sunt æquiuoce apparet: quoniam si aliquis dixerit in diffinitione magni qđ est talis quātitatis: tunc hoc nomē quātitas erit æquiuocum: & similiter cum dixerit in diffinitione dupli qđ est æquale his: tunc hoc nomē æquale erit æquiuocū. Et cōnarrauit q̄ ista nomina sunt æquiuoca in hac diffinitione: narrauit etiam qđ in diffinitione etiam dicente: qđ est illud cuius proportio ad illud cuius est duplum est sicut ,pportio binarij ad vnitatem, est etiā æquiuocatio: & dixit: & vnum etiam est æquiuocum. i. qđ accipitur in diffinitione dupli: & si hoc nomē vnū est æquiuocū: ergo & binarius erit etiā æquiuocus. Sed

Aequiuocū duplex. I

Sed notandum est quod non sunt æquiuoca pura: sed de modo æquiuocorum quæ dicuntur. L

Aequiuocorū aliud purū aliud ambiguum M

Quare vniuocorum alia quidem comparabilia sunt: aliave to non: siquidem vna est natura. Aut quia sunt in alio primo susceptiuo. Equus igitur & canis cōparabilia sunt; vtrum albius. In quo enim primo scilicet superficies & magnitudo similiter Aqua autem & vox non: in alio namq; subiecto sunt.

Et si hoc non fuerit ita quare quædam cōiunguntur & quædam non: & natura eorum est eadem. Et potest aliquis dicere qđ hoc est: quoniam inuenire hoc in primo recipiēte est diuersum. Equus enim & canis coniunguntur in ratione secūm quā dicitur vtrum sit albius. Illud enim in quo primo inuenitur est idē scilicet superficies: & similiter coniunguntur in magnitudine. Aqua enim & sonus non cōiungūtur: quia sunt in diuerso.

Et si dissolutio in magno & duplo nō sit sicut diximus: & fuerit vniuoca accidet ambiguitas scilicet quare quædam vniuoca coniungūtur secūm magis & minus: & quædam non coniunguntur: & naturam rationis quam signāt vniuoca habent eandem: & dixit hoc: quia notum est per se qđ omnia vniuoca debent coniungi secūm omnia ex quibus constituuntur. Deinde incepit cōtradicere huic quæstioni: & dixit: & potest aliquis dicere &c. id est & potest aliquis dissoluere hanc quæstionem: quoniam magnum & paruum: & duplum & dimidium: & si sint vniuoca sunt non coniungibilia: & econtra aliis vniuocis per accidēs: scilicet propter recipiens. Quoniam illud qđ significat hoc nomen magnum & duplum non diuersatur in se: sed secūm diuersitatē recipientis. Si igitur acciderit istis diuersitas erit propter recipiens. Ista igitur non cōiunguntur: quoniam subiectum eorū est diuersum: & coniunguntur: quia eandem habēt rationē. Deinde induxit exēplum super hoc: & dixit. equus igitur & canis &c. i. illa in quibus accidit vt sint cōiungibilia secūm qđ sunt vniuoca: & cōiungibilia secūm qđ sunt æquiuoca. s. secūm subiectū eorū sunt sicut equus albus: & canis albus: q cōiūgunt secūm albedinē. Dicit enī q̄ alter est albior reliq̄: albedo enī in eis eandem habet rationem. nam illud in quo inuenitur albedo est idem. s. superficies. Et intendebat qđ ista coniunguntur secūm illud quod est vniuocum in eis: & est color albus: & non coniungūtur secūm subiectū remotum coloris: & est equus & canis. Et similiter est dispositio de magno & paruo in eis: & hoc intendebat cum dixit: & similiter coniūguntur in magnitudine. i. quia magnitudo in eis est eadem. Deinde dicit. aqua autem &c. idest vt mihi videtur: aqua autem & sonus nō coniunguntur: cum ratio magnitudinis in eis est diuersum in se scilicet cum dicimus aqua magna & sonus magnus. Et hoc nomen coniunctio quo vtitur in rei veritate est cōtinuatio: ita qđ ex istis fit vnum.

27 N

Aut manifestum est quod erit sic omnia vnum facere. In alio aūt est vnū quodq; dicere esse quod erit idem: & æquale: & dulcet

dulce: & album: sed in alio. Dicamus autem in hoc: quoniã manifestum est si hoc fuerit tale: possibile erit vt omnia ponantur idem: & dicantur si vnũ quodq; eorũ est in aliquo alio ab eo in quo est aliud: & sequitur, æquale erit idẽ: & dulce: & album. Sed illud in quo est hoc, est aliud ab eo in quo est hoc.

28 Vult dubitare in secunda solutione quam dixit de magno & paruo: vbi dixit: quoniam sunt vniuoca: sed accidit eis vt non coniungantur propter diuersitatem recipientis: sed secundum s. coniunguntur. Et dixit dicamus igitur in hoc &c. id est sed dicamus quoniam manifestũ est si posuerimus talia ex rebus vniuocis: quod contingit ex hoc vt omnia sint idem præter hoc quod dicamus quod vnumquodque eorum est in aliquo alio ab eo in quo est reliquum. Et intendebat quod quædam vniuoca diuersantur secundum subiectum. Verbi gratia, color. Si igitur posuerimus quod magnum & paruum & talia æquiuoca non diuersantur nisi secundum subiectum: contingit vt omnia sint vniuoca: & sic æquale habebit eandem rationem in numeris & magnitudine & tempore. Et intendebat quod cum fuerit concessum quod eorum quæ sunt alia diuersantur secundum subiectum tantum & conueniunt in se: & alia conueniunt secundum vtrumq; & quod nõ est hic alia diuersitas: & in vniuocis inueniuntur isti duo modi. Necesse est vt omnia sint vniuoca nisi ponantur hic esse aliqua quæ diuersantur in vtroq;, scilicet in ratione in subiecto rationis. ita quod non conueniant in aliquo: & tale non est.

O Amplius susceptiuum cuiuslibet accidentis non cõtingens est. Sed vnum vnius primum. Sic igitur non solum oportet comparabilia non æquiuoca esse: sed non habere differentiam:

P neq; in quid: neq; in quo est. Dico autem sicut color habet diuisionem: non ergo comparabile est secundum hoc vt vtrum coloratum magis sit album ℘ nigrum. Hæc enim nõ comparantur secũdum aliquem colorem: sed in quãtum est color: sed secũdũ albedinẽ. Sic circa motũ æque velox est quod in æquali tẽpore mouet per æquale tante longitudinis in tali. Et etiam primũ recipiens non est quodcũq; vnum: sed est vnũ quod recipit vnum. Et non sufficit vt coniungibilia: quia æqualia vocantur in arabico contraria: nõ sint æquiuoca tantum: sed cum hoc indigent, vt inter illa non sit diuersitas. neq; in ratiõe: neq; in eo in quo sunt. Verbi gratia: quoniam in colore accidit diuisio: ergo in hoc non coniungũtur duo: ita quod dicatur: vtrũ sit magis coloratum: non intelligendo: vtrum sit magis in eodem colore: sed in capitulo coloris: & coniunguntur secũdum albedinem. Et sic dicimus etiam in motu: quoniam est etiam conueniens in velocitate: cum in tempore æquali pertransiuerit spacium æquale talis quantitatis.

Vacat vt puto.

Cum

Cũ perscrutatus est de hoc scilicet inter quos motus inueniũtur cõ 29
paratio secũdum magis & minus & declarauit quod motus diuersi in genere nõ cõiunguntur: vt velocitas & tarditas in trãslatione & altera tione, & dubitauit in motibus conuenientibus in genere, & diuersis in specie: vt motus rectus & circularis. Et declarauit qd' nõ cõiungũtur propter hoc qd' illa quæ cõiungũtur oportet vt nõ habeant nomina æquiuocata neq; in recipiente: incepit dicere hoc. Et dixit. & etiã primũ recipiens &c. id est, & hoc quod dixit est quod eadẽ res inuenitur in subiectis diuersis nõ est verũ: quoniã si ita esset: tunc idem reciperet a quocũq;, & sic nõ essent hic materiæ proprię pro formis naturalibus neq; præparatio propria. Et ideo necesse est vt vnius trãsmutati transmutatio sit vnũ subiectũ necessario scilicet propinquũ: ex quo videtur qd' genus nõ est subiectũ propinquũ formarũ. Et deinde dicit, & nõ sufficit &c. id est, & nõ sufficit in rebus in quibus inuenitur cõiunctio vt nõ sint æquiuoca: sed vt etiã nõ diuersentur in ratione: neq; in subiecto propinquo, & iste sunt vltimæ species. Illa aũt quæ conueniũt in ratione generali & diuersantur in differẽtijs & subiectis propriis: vt color qui est vnũ quid generale: sed diuersantur secũdũ differẽtias, & secũdũ subiectũ proprium vnicuiq; differẽtiæ nõ cõiunguntur, & hoc intendebat cũ dixit. V. g. quoniã in colore &c. id est, quoniã color nõ cõiungitur cũ colore secundũ qd' est color tantũ: quoniã color diuiditur per differẽtias attributas colori diuisiuas, & iste differẽtiæ sunt diuersæ secũdũ formas & subiectũ: nisi cõparatio cadat inter illa duo in eadẽ specie coloris: quoniã in istis potest esse cõparatio & cõiũctio. V. g. in duobus albis. Quoniã possibile est dicere alterũ esse albius reliquo aut̃ similiter, & hoc intẽdebat cũ dixit: nõ intelligẽdo &c. id est, & illa quæ cõueniũt in colore qui est genus & diuersantur secũdũ differẽtias. V. g. albũ & nigrũ nõ cõparãtur adinuicẽ: ita qd' dicat qd' hoc est magis coloratũ quã hoc: sine eo qd' cõparatio cadat inter illa in eodẽ colore. Quoniã tũc cõparatio erit vera. nã idẽ color in specie est idẽ in forma & subiecto. D. d. sed in capitulo coloris, id est, & diximus quod cõparatio inter illa nõ est vera in genere coloris: non in specie, & ideo dixit, & cõiungũtur secãdũ albũ, id est, & cõiungũtur quãdo accipiũtur secãdũ qd' sunt in eadẽ specie. V. g. in albedine. Et cũ verificauit quæ sunt cõiungibilia, & quæ sunt ea quæ cõueniũt in ratione subiecti: declarauit qd' motus qui cõiungũtur debẽt esse huiusmodi, & qd' nõ dicitur eos esse æquales: nisi cõueniant in ratione motus, & in subiecto motus qd' est magnitudo. D. d. & similiter dicimus in motu &c.

Et intẽdebat per hoc qd' impossibile est de quãtitatibus esse æquales nisi rectas tantũ: aut circulares tantũ scilicet quæ sunt eiusdẽ specie: cũ iste sibi superponãtur, & ideo dicimus ℘ quãtitates curuæ nõ æquabuntur nisi sint eiusdẽ circuli. Quod aũt dicũt geometræ ℘ linea recta est breuissima linea ducta inter duo puncta: dicitur large. Et æqualitas dicitur de eis fere æquiuoce. Et similiter hoc qd' dicũt qd' circũferentia alicuius circuli est æqualis figuræ poligoniæ. Dixit & geometer decipitur in hoc: quia possibile est existimare lineam rectã quæ incuruetur & fiat circularis, & quia hoc accidit in mente attribuit hoc proprie geometræ.

Necesse est vt vnius trãsmutati trãsmutatio sit vnũ subiectũ necessario scilicet propinquũ cõsimile. 8. phy. cõ. 46 & 8. meta. cõ. 11 & 12 Idẽ. 9. met. text. cõ. 12. & 12. met. 11.

Documentum.

R Impossibile est de quãtitatibus esse æquales: nisi rectas tantum aut circ

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 euasares tantum & qđ dicunt geometre qđ linea recta est breuissima linea ducta iter duo pũcta: dicit tangere, & similiter hoc qđ dicit ꝙ circonferentia alicuius circuli ẽ equalis alicui figure poligonie.

Si vero aliud quidẽ alteratũ est: aliud autẽ ductũ: æqualis ergo hæc alteratio & similiter velox loci mutatio: sed incõueniẽs est. Causa autẽ est: quia motus habet species. Quare si qua inæquali tẽpore ducta æquali longitudine ꝙque velocia: erit ꝙqua lis rectus & circularis. Vtrũ ergo causa sit: quia loci mutatio genus est: aut quia linea est genus. Tẽpus quidẽ ẽm semper atomo idẽ specie. Aut quia simul illa specie differũt: & loci ẽm mutatio species habet si quidẽ illud species habeat in quo mouẽt. Amplius autẽ si per quod vt si per pedes ambulatio: si alæ volatio: aut non. Sed in figuris loci mutatio alia est. Quare quæ in æquali tempore secundum eandem magnitudinem mouẽtur æque velocia. Sed idẽ indifferẽs specie, & moueri indifferẽs spẽ.

Si igitur aliquis dixerit ꝙ quãdo in ista longitudine demõstrata: hoc alteratur: hoc vero trãsfertur: ergo ipsa alteratio conuenit in velocitate cũ trãslatione. Dicemus ꝙ hoc est improbabile, & causa in hoc est: quia motus habet species. Ergo necesse est si illa quæ mutant in tempore æquali longitudines ꝙuales sint æqualis velocitatis. Vt motus rectus sit æqualis motui circulari. Vtrũ igitur est causa ꝙ trãslatio est genus: aut ꝙ linea est genus: tẽporis enim semper duæ species est indiuisibile.

Dicamus igitur in hoc ꝙ hæc duo sunt insimul: scilicet diuersitas in specie. Trãslatio ẽm habet species: quia illud per ꝙ fit iste motus habet species. Et forte erit hoc cũ fuerint eius per quod fit motus. V.g. quoniã quod habet pedes motus eius est ambulatio, & quod habet alas motus eius est volatio. Sed nõ est ita scilicet quoniã motus trãslationis nõ diuersatur in specie propter diuersitatẽ instrumẽti: sed trãslatio erit in hoc diuersa secundum figuras. Ergo necesse est vt illa quæ in tẽpore æquali mouẽtur per idẽ spacia sint æqualis velocitatis. Et dico illud

T 30 idem in quo nõ est diuersitas in specie, nec ꝙ in motu.

Quia diffinitio motuũ æqualiũ est pertrãsire in tempore æquali spacia æquale scilicet idẽ in specie: reuertus est etiã ad dubitandum super hãc diffinitionẽ: ex qua sequitur vt alteratio sit æqualis trãslationi. Quoniã posset inueniri aliqua trãslatio in aliqua longitudine demonstrata: & aliqua alteratio in ista eadẽ lõgitudine: ex quo sequitur vt alteratio sit æqualis trãslationi quæ sunt diuersæ in specie. Et hoc intẽdebat cũ dixit: si igitur aliquis dixerit &c. Deinde induxit causam ex qua accidit inæqualitas in motu, & est quia sunt diuersæ in specie nedũ in genere, & ideo dixit, & causa in hoc &c. D.d. ergo necesse est, si illa quæ mutant &c. id est, ergo necesse est si in duobus motibus cõuenientibus in velocitate nõ determinetur vt eiusdẽ speciei sint: qđ nõ erit nisi motus sint eiusdẽ speciei, & illud per qđ est motus eiusdẽ speciei. Sed solũ

modo

modo dicatur qđ æqualia in velocitate sunt illa quæ in tẽpore æquali pertrãseũt: lõgitudines æquales sine aliqua determinatiõe necesse est vt motus nõ sint æquales, & si nõ: tunc motus circularis & rectus essent æquales. Et similiter cũ posuerimus cõueniẽtiã in eo in quo sunt motus in specie, & nõ posuerimus cõuenientiã duorũ ipsorũ motuũ. Et si accidit cũ duo motus fuerint eiusdẽ generis vt cõueniant in specie per cõueniẽtiã eius per qđ sunt in specie, & vt diuersentur per diuersitatẽ eius vt accidit motui circulari & recto. Deinde dicit vtrũ igitur sit causa &c. id est vtrũ igitur est causa in hoc quod trãslatio circularis nõ sit æqualis trãslationi rectæ. Vtrũ hoc qđ trãslatio est genus, & circularis & recta sunt species eius: aut hoc ꝙ linea est genꝰ. & circularis & recta sunt species eius. D.d. tẽpus enim &c. id est, tẽpus enim est: idem in specie, & impossibile est existimari ipsũ esse causam in diuersitate trãslationis, rectæ ad circularẽ. & intẽdebat vt mihi videtur per duas species eius præterium & futurum. D.d. dicamus igitur qđ hoc est in- 2
simul &c. id est, dicamus igitur qđ hæc scilicet, diuersitas motus recti & circularis sit ex ambobus insimul scilicet ex diuersitate eius per qđ est motus in specie & diuersitate ipsius motus. Et quia causa in diuersitate motus circularis a recto in specie est diuersitas magnitudinis recte a circulari in specie: dixit, translatio enim habet species &c. id est, sed trãslatio est species: quia magnitudo per quã est motus est species. D.d. & forte erit &c. id est, & forte existimatur qđ diuersitas translatiõis in specie est propter diuersitatẽ instrumẽtorũ quibus fit trãslatio etiam in specie est propter diuersitatẽ instrumẽtorũ quibus fit trãslatio etiam specie. V.g. qũ ambulatio differt a volatione vt videtur: quia instrumẽta quibus fit ambulatio differunt ab instrumẽtis quibus fit volatio scilicet pedes ab alijs. D.d. sed nõ est ita, id est, sed hoc qđ existimatur nõ est verũ: qũ cũ hoc fuerit bene consideratum apparebit quod trãslatio nõ differt in specie propter diuersitatem instrumẽti quo fit trãslatio. Diuersitas enim instrumenti facit in trãslatione diuersitate figuræ. Diuersitas autẽ quæ est in figura nõ est secundũ differẽtias substantiales rei. Figura enim est qualitas. Differẽtia autẽ trãslatiõis debet esse de natura generis in quo fit trãslatio scilicet de natura vbi. Et cũ declarit ex omnibus illis diffinitionẽ motuũ æqualiũ: dixit, ergo necesse est vt illa quæ mouẽtur &c. id est, ergo necesse est vt illa quæ mouẽtur per idem spacium aut numero aut specie quorũ motus est idẽ, in specie vt sint æqualia, & ideo dixit, & dico idem &c.

V Diuersitas quæ est in figura nõ est secũdũ differentias substantiales rei figura enim est qualitas vide supra com. 16.

X Genus non est vnum aliquid, & infra hoc latent multa.

Quare hic considerandum est quæ sit differẽtia motus. Et significat ratio hoc quod genus nõ vnum aliquid est. Sed iuxta hoc latent multa. Suntq; æquiuocationes aliæ quidẽ multam distãtes: aliæ vero habentes quandam similitudinẽ. Aliæ vero proximæ aut genere aut similitudine. Vnde nõ videntur æquiuocationes esse cum sint. Quãdo igitur altera est species aut si eadem in alio: aut alia in alio: aut alia in eodem. Aut quis terminus est aut quo discerimus quod idem sit album & dulce. Aut aliud quia in alio videtur alterũ: aut quia omnino non idem.

Et ideo considerandū est diuersitas in motu quid sit. Et iste sermo significat ꝙ genus nō est idē. Et deceptio inuenitur ex hoc loco in pluribus absq; eo ꝙ participatur. Aequiuocorum autē alia distant multū: alia autē in eis est quædā ambiguitas, & alia sunt propinqua: aut in genere, aut in comparatione. Et ideo non existimatur illud quod est huiusmodi de æquiuocis quæ sunt talia & quæ sunt talia. Quādo igitur erit species diuersa vtrū quādo eadē fuerint in alio: sed quādo aliud fuerit in alio. Et quid est terminus illius. Terminus eius est distinguere & perscrutari vtrū album sit idem, & vtrum dulce sit idē: aut diuersatur: quia inuenitur in alio: aut quia vniuersaliter non est idem.

31 Y Cum narrauit quod æqualia sunt conuenietia in specie motus, & in eo in quo est motus, & scire hoc est difficile. Dixit, & ideo cōsiderādum est &c. id est, & ideo considerādum est quid sit diuersitas specierum ea in motu. Deinde dixit, & iste sermo &c. id est, & iste sermo in diffinitione est sermo qui significat per se quod genus in quo est motus est diuersum, & hoc quod dixit manifestū est: quoniā diffinitio quæ notificat quod illa de quibus dicitur sunt diuersa: est diffinitio quæ declarat quod genus illarum rerum est diuersum, & hoc commune est omnibus æquiuocis. Verbi gratia, quia diffinitiones eorū de quibus dicitur hoc nomen canis sunt diuersæ: videtur quod illa sunt diuersa in genere. Si igitur hoc fuerit manifestum per se tunc erit manifestum per se: quod hoc nomen canis dicitur æquiuoce de illis de quibus dicitur. Sed quia hoc non apparet per se ex diffinitionibus in omni materia accidit errare in hoc in pluribus. Et ideo dixit, & deceptio accidit &c. id est, diffinitiones quorūdam faciunt opinari quod natura eorum est eadem: vnde existimantur esse vniuoca, & non sunt. Et cum narrauit quod in diffinitionibus non est sufficientia dare in omni loco quod genus est diuersum aut non diuersum. Incepit declarare in quibus locis apparet hoc ex diffinitionibus manifeste, & in quibus non, & dixit, æquiuocorum autem &c. id est, æquiuocorū aut alia sunt diuersa in se: 3 alia sunt maxime diuersa in se, & in istis non latet ex diffinitionibus quod nomen est æquiuocum. In aliis vero est quædam ambiguitas & latet aliquantulum. Sed tamen sunt propinqua illis. Alia vero sunt valde propinqua: aut in genere aut in comparatione. Et quia iste tertius modus latet valde: dixit, & ideo non existimatur &c. id est, propter ambiguitatem istius modi æquiuocorum fuit iudicium quod eorum est de modo vniuocorum secundum existimationem incertam, & hoc intendebat cum dixit: quæ sunt talia, & quæ talia, id est, sunt æquiuoca, & quæ vniuoca. Deinde dicit quando igitur &c. id est, cum ista ambiguitas in diuersitate specierum sit propter propinquitatem naturarū ipsarum: quando igitur erit species diuersa a specie, id est, quando igitur erunt duæ naturæ ambiguæ duæ species: vtrum quando eadem fuerint in

in diuersis: aut quando diuersa fuerint secūdum formam & subiectum: & hoc intendebat cum dixit: sed cum fuerit aliud in alio. Deinde dixit, & quæ est diffinitio illius &c. id est & cum ista ambiguitas est in eis: quæ igitur est diffinitio eorum quæ conueniunt in specie, id est & diffinitio eorum cum dispositio in eis ambigua sit: vtrum sint idem: aut diuersum: & hoc non sit manifestum per se perscrutādum est de illo vtrū sit idem aut non. Verbi gratia, de albo vtrum sit idem in omnibus de quib⁹ dicitur album. Et similiter dulce verum sit idem etiam in omnibus de quibus dicitur dulce. Et intendebat quod est ars inducēs ad cognitionem cōuententiæ & diuersitatis in speciebus cum non fuerint manifestæ per se secundum regulas datas in septimo topicorū: vbi sunt dati loci de eodem aut diuerso. Deinde dixit aut diuersatur: quia inuenitur &c. id est quoniam perscrutādum est vtrum sit idem aut diuersum: quia est in subiectis diuersis: aut quia est diuersum in se: & ꝙ existimatur quod causæ diuersitatis sunt plures istis duabus causis: dixit: aut quia vniuersaliter non est illud.

Est ars inducens cognitionē cōuenientiæ & diuersitatis in speciebus &c.

De alteratione autem quomodo est æqualiter velox altera- A
ta alteri. Si ergo est ipsum sanari alterari: cum hoc quidem velociter: aliud autem tarde sanatum esse: & simul quosdam. Quare erit alteratio æqualiter velox: in æquali enim tempore alteratum est. Sed quod alteratum est ęquale est; æquale autem non hic dicitur: sed sicut in quantitate æqualitas: ita hic similitudo. Sed sit idem quod mutatur in æquali tempore æque velox. Vtrum ergo in quo est passio aut passionem oportet comparare. Hic quidem igitur necesse est quod sanitas eadem sit accipere: quæ neq; magis, neq; minus: sed similiter est. Si autē alia passio fit qua alteratur quod fit album & quod sanatur. His idē nihil neq; æquale neq; simile. Aut iam hæc species faciunt alterationis & non est vna: sicut neq; loci mutatio. Quas re considerandum est quot sunt species alterationis: & quot loci mutationis. Siquidem igitur quæ mouentur differūt specie: quorum sunt motus secundum ipsa & non secūdum accidēs: & motus specie differunt. Si vero genere, genere. Si autem numero, numero. Et considerandum est de alteratiōe quomodo vna erit æqualis alteri. Dicamus igitur quod si acquisitio sanitatis est alteratio: & sit possibile istud sanari velociter: & istud tarde: & duo sanantur insimul. Ergo aliqua alteratio erit æqualis in velocitate: quia sunt in æquali tempore. Sed quid igitur alteratur æqualitas enim non dicitur hic; sed illud in quo dicitur de quantitate æqualitas: dicitur in eo hic similitudo. Sit igitur ęqualitas in velocitate in eis quę transmutantur eadem transmutatione: in ęquali tempore. In vtroq; igitur quę-

Illud qđ in quātitate dicitur æqualitas in quātitate dicit similitudo.

tenda

Universidad de Deusto
Biblioteca

renda est cõiunctio in re in qua est passio: aut in ipsa passione. Hic aũt possumus accipere candẽ sanitatẽ quia non est addens neq; diminuta: sed est eodem modo. Si aũt fuerit diuersum: vt cũ dicimus alterari & in eo cp acquirit albedinẽ: & in eo cp acquirit sanitatẽ: & hoc nõ est idẽ: neq; æquale: neq; sile. Sed ex istis nunc fiũt species alteratiõis: & non est eadẽ alteratio: quemadmodũ nõ est eadẽ translatio. Et ideo sciendũ quot sunt species alterationis & species translatiõis. Si igitur mota fuerint diuersa in specie scilicet quæ habẽt motus essentialiter & accidẽtaliter. Tũc motus eorum etiã erunt separati in specie. Et si fuerint diuersa in genere, in genere: & si in numero, in numero.

32 Cũ declarauit qd' trãslatio est æqualis cui trãslationi vult quærere hoc etiã in motu alterationis. Et dixit: & cõsiderandum est &c. i. & cõsiderandũ est de alteratiõe: qũo æqualitas imaginatur in ea cũ cõiunctio nõ imaginet in motibus: nisi per æqualitatẽ: & dixit hoc: qa æqualitas est ꝓpria q̃litati nõ qualitati. D. dicamus igitur qd' si acquisitio sanitatis &c. i. qm̃ cũ fuerit positũ quod acquisitio sanitatis est alteratio: & qd' possibile est aliquẽ hoiem sanari velocius q̃ aliũ hoiem: & possibile est vt duo hoies sanentur insimul ab vna egritudine in tpe æquali: tunc alteratio erit æqualis alterationi. D. d. ũt eũ in tpe æquali. i. & istæ duæ sanitates dicuntur æquales: quia fiunt in æquali tpe: & quia tẽpus est extrinsecum a re & nõ sequitur ex æqualitate ei' æqualitas motuũ sit æqualitas nõ fuerit in substantia motuũ. incepit quærere qualitatẽ in qua inuenitur de alterabilibus & dixit: quid igitur alteratur. i. sed si posuerimus qd' alteratio est æqualis alteratiõi: quid igit alteratur: ita qd' recipit æqualitatẽ si est necesse vt æqualitas inueniatur in eis secundã substantiã. D. d. æqualitas enim &c. i. æqualitas eũ impossibile est vt dicatur in qualitate: sed illa de quibus dicitur æqualitas in quantitate: dicit similitudo suis respõdentibus in qualitate. Et intẽdebat quod æqualitas quæ dicitur de quantitatibus quæ neq; addũt neq; diminuuntur adinuicẽ: & est respõdens similitudini quæ dicitur de qualitatibus quæ non sunt fortiores aut debiliores se adinuicem. D. d. si igitur æqualitas in velocitate &c. & cum ita sit si æqualitas dicitur de alteratione intelligendũ est in eis quæ transmutantur eadẽ transmutatiõe nec addens nec diminuẽs in æquali tẽpore: quoniam tunc non erit differentia inter illud quod intelligitur de æqualitate in qualitate: & illud quod intelligitur de similitudine. Et quia aliquis potest dicere forte æqualitas attributa alterationi est vera per subiectum alteratiõis: subiectum enim eius est quantũ necessario: dixit: in vtroq; igitur &c. i. & dicenti hoc dicendum est: in vtroq; igitur est quærẽda coniunctio vtrũ in subiecto passionis: aut in ipsa passione: contingit enim dicẽti qd' æqualitas est in ea secundũ subiectũ tantũ: vt coniunctio sit subiecti nõ passionis & hoc accidit passioni. scilicet est eius per accidens. Sed necesse est considerare vtrũq; vt post declarabimus: & iste sermo esset possibilis si esset possibile inuenire duas passiones similes: & ideo dixit: possibile aũt possumus accipere &c. i. & coniũctio nõ inuenitur in ea secundũ subiectũ: qm̃ possumus inuenire duas sanitates similes oibus modis quarũ altera nõ addit neq; diminuitur a reliqua. D. d. si aũt passio fuerit diuersa &c. id est si autem duæ passiões, id est qualitates fuerint diuersæ in specie. V. g. vt aliquid sanet & aliquid albificet: tũc nõ dicunt esse exẽdẽ in specie: neq; æquales & si æqualitas earũ sit in tẽpore æqua lineq; similes: & hoc quod dixit manifestum est per se. D. d. sed ex istis &c. i. si a tali diuersitate existente inter sanitatem & albedinẽ fuerit species alterationis. D. d. & non est eadem alteratio, id est & ista maxima diuersitas in alteratione inuenitur: quia alteratio non est eadem in specie: quẽadmodũ neq; translatio est eadẽ in specie. D. d. & ideo sciendũ est. i. & ideo cum voluerimus scire motus confungibiles qui sunt: oportet nos scire species alterationis: & species translationis quot sunt.

D. a dedit regulã in hoc: & dixit: si igitur motus fuerint diuersi, &c. id est & via ad numerandum species motuum est cõsiderare in motu per se non per accidens, scilicet translata per se & alterata per se. Si igitur fuerint diuersa & motus eorum erunt diuersi in specie: & si in genere in genere: & si in numero in numero. Et ista via est via numerandi motum: quia motum b apud nos est notius motu.

Si igitur vtrũq; ad passionẽ oportet aspicere: si idem sit: aut similes aut æqualiter veloces alteratiões: aut in idem quod alteratur. Vt si huiusmodi quidem hoc dealbatum sit: hoc autem tãtum: aut in vtraq; etiam: aut eadem quidem est: aut alia passione. Si eadẽ sit: aut æqualis: aut inæqualis si illud inæquale sit.

Sed oportet nos considerare vt cognoscamus duas alterationes quæ sunt æquales in velocitate in passiõe: vtrum passio sit eadem in eis: aut similis: aut in alterato. Verbi gratia vt consideremus quod istud est album talis quantitatis: & istud talis quantitatis. Dicamus igitur respondendo quoniã oportet considerare de vtroq; ita quod dicam' de alteratiõe quod est eadẽ aut non eadẽ secundũ passionẽ cum sit eadẽ. Et dicamus in eis quod est æqualis: aut non æqualis: secundũ diuersitatem illius:

Cum quæsiuit prius in vtroq; an oportet quærere cõiunctionem in illo in quo est passio aut in ipsa passione: respondit primo illic quoniã possibile est accipere coniunctionem in passione & nõ narrauit vtrum hoc oportet cõsiderare subiectũ aut nõ cõsiderare: iterauit hic quæstionem. Et dixit: sed oportet &c. id est sed oportet nos pscrutari & scire illud per qd' alteratiões sunt æquales: vtrũ quia passio in eis est eadẽ in specie: aut sunt similes propter alteratum, scilicet quia qualitas quæ alteraf in eis est vna: & cũ dixit aut in alterato exposuit hoc? & dixit. V. g. vt cõsideremus &c. id est, vt cõsideremus de similitudine duarũ passionũ æqualitatem subiectorum. D. d. dicamus igitur respondendo &c. id est dicamus igitur quod vtrũq; est considerandũ. s. similitudinẽ passionis & æqualitatem subiecti. D. exposuit modum cõsiderandi: & dixit: ita qd' dicamus in alteratione &c. id est quoniam necesse est considerare

a Regula ad F cognoscendũ q motus G sunt adinuicem compatibiles.

b Motũ est notius apud nos motu.

32

Cũ quantitas subiecti fuerit diuersa diuersabit passio necessario.

Universidad de Deusto
Biblioteca

H siderare vterq; ita q̃ scimus de duabus alterationibus: vtrũ sint eędẽ in specie aut non.i.similes: & hoc erit quando subiectum fuerit idem.

Documentum. In considerãtione equalitatis perfectæi alterationem hæc duo exiguntur scilicet similitudo passionis & æqlitas subiecti.

Et dixit hoc: quoniam cum quæritur subiecti fuerit diuersa habitur pars sio necessario: & hoc intẽdebat cum dixit: & dicamus in ea q̃ est æqualitas aut inæqualis &c.i.& quasi cum exigitur cum æqualitate passionis vt subiectum sit idem.i.æquale induxit rationem super hoc: & c.d. & necesse est considerare subiectum: quia dicimus quod passiones sunt æquales aut inæquales secundũ subiectum. Et debes scire quod consideratio coniunctionis in alteratione si fuerit secundum subiectum tantum erit per accidẽs: & si fuerit secundum solam passionẽ nõ erit illic æqualitas perfecta: sed solummodo similitudo: ergo in consideratione æqualitatis perfectæ hæc duo exiguntur scilicet similitudo passiõis: & æqualitas subiecti.

In generatione autem & corruptione idem considerãdum est quomodo æque velox generatio est: si in æquali tẽpore idẽ indiuisibile est: vt homo: sed non animal. Velocior autem est si in æquali tempore alterum est. Non enim habemꝰ aliqua duo in quibus alteritas est: sicut est inæqualitas. Aut si numerus est substãtia: maior & minor numerus similis speciei est. Sed æquocum est & commune est & vtrunq; est sicut plus. Passio autem excellens magis: quantum autem maius est.

Et oportet etiam nos considerare de generatione & corruptione & quomodo generatio est æqualis velocitatis: & forte erit talis cum in æquali tẽpore generatur idem indiuisibile: vt homo: nõ animal. Et erit velocior cum non fuerit in æquali tẽpore. Non enim habemus nomen quod continet duo hæc. neque vt hoc nomen dissimile. Et si substantia est numerus dicemus numerum maiorem aut minorem de numeris conuenientibus in specie: sed illud quod communi est eis: & illud quod est proprium vtrique non habet nomen sicut passio maior dicitur fortior: & quantum dicitur maius.

34 Cum declarauit illa quæ exiguntur in coniunctione alterationis & modum considerandi vult declarare hoc similiter in motu generatiõis scilicet qui coniunguntur de eis & qui nõ coniunguntur. Et dixit: & considerandum est de generatione & corruptione & c.i. quomodo dicitur generatio æqualis generationi. & dixit hoc: scito modo æqualitatis scietur coniunctio: cum æqualitas sit proprium coniunctionis. D.d. & forte erit hoc &c. id est & forte sufficit in hoc quod generatio sit æqualis generationi vt sint in tempore æquali: & vt sit idẽ indiuisibile in specie nõ in genere: vt animal tõ alia sit diuisibile in species. D.d. & erit velocior &c.i. in talibus istis generationibus quæ sunt in eadẽ specie dicitur in eis q̃ vna est velocior altera cum nõ fuerint in æquali tempore. D.d. nõ enim habemus nomen &c.i. cõ: g̃ sumus in diffinitione velocitatis & æqualis in gñatione ad hoc: ga duæ gñatiões cõueniẽtes in

Æqualitas est ꝓprium cõparationis.

in specie & in tempore nomen non habent: sicut habent qualitates in tẽpore & specie: & est similitudo & dissimilitudo in diuersis: & æqualitas in conuenientibus in quantitate: & æqualitas in diuersis. Deinde dicit, & si substantia est numerus &c.id est, & conuenientia duarũ substantiarum generabilium non habent nomen nisi substantiæ diuersentur secõdum numeros: secundum quod sunt compositæ ex numeris: vt quidam antiqui dicebant: quonã si hoc fuerit possemus dicere in substantijs quod quędam sunt maioris numeri aut minoris de numeris cõuenientibus in specie. Et intendebat quod si substantiæ sunt numeri: nunc coniungibilia in substantia sunt conuenientia in specie numerali & coniungibilia sunt diuersa secundum magis & minus. Deinde dicit: sed illud quod est commune &c.id est, sed illud quod est commune substantijs non habet nomen: nec passio quæ est propria eis: scilicet quod non inuenitur nomen conuenientibus ex eis nec diuersis: sicut hoc inuenitur in eis in quibus diuersantur in qualitate: & in quibꝰ conueniunt. Illa autem quæ diuersantur in qualitate dicuntur fortiora & debiliora. In quantitate vero maiora & minora conuenientia autem in qualitate dicuntur consimilia: in quantitate vero æqualia.

Cõuenięcia in qualitate dicunt cõsimilia & in quantitate æqlia. idem supra.t. 6. 32.

Ostendit quomodo motus comparentur adinuicem. CAP. V.


A QVoniam autem mouens mouet semper aliquid: & in aliquo, & vsq; ad aliquid. Dico autẽ in aliquo: quia in tempore. vsq; autem ad aliquid quia ad quãtam aliquam longitudinem: semper em̃ simul mouet & mouetur. Quare quantum aliquid erit quod motum est in quanto. Si igitur, a quod est mouens, b, autem quod mouetur: quantumcũq; autem mota longitudo est, c, in quantocunq; est tempore in quo est, d. In æquali ergo tempore æqualis potentia in quo est, a, medietatem ipsius, b, per duplicationem ipsius, c, mouebit: ꝙ ipsum autem, c, in medietate ipsius, d, sic enim erit analogia.

Et quia motor semper mouet aliquid quod est in aliquo: & mouet ad aliquid. Et dico in aliquo scilicet in tempore: & dico ad aliquid, id est, ad aliquam mensuram longitudinis. Semper em̃ mouet & mouetur. Ergo necesse est vt illud à quo mouetur sit aliquod quantum: & in quanto. Si ergo motor fuerit a, & motum, b, & longitudo, c, & tẽpus in quo mouet, d. Tũc potentia æqualis scilicet, a, mouebit in tempore æquali dimidium, b, per duplum spacium, c, & mouebit ipsum per longitudinem, c, quoniam hoc modo erit finita.

Demon

Universidad de Deusto
Biblioteca

Demonstratio ostendens quod si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore: medietatem illius mobilis mouebit eadem vel æqualis potentia per duplum spacium in eodem tempore; vel per idem spacium medietate temporis.



Cum complevit sermonem in distinguendo motus coniungibiles a motibus non coniungibilibus: vult declarare alia propria motori in moto. Primo vero quod omnis motor qui mouet aliquod motum per aliquod spacium in aliquo tempore mouet dimidium illius mori in illo tempore per duplum illius spacij & mouet ipsum per illud spaciū in dimidio illius temporis. Et dixit: & quia motor &c. id est, motor extrinsecus qui est corpus: non ille qui est virtus in corpore: & hoc manifestum est ex hoc quod dicit: semper enim mouet et mouetur. Motor enim qui quando mouet mouetur est corpus necessario: & ideo dixit: ergo necesse est vt illud per quod mouetur sit aliquod quantum, id est, spacium terminatum: & in quanto, id est, in tempore terminato: & hoc accidit motori secundum quod est corpus aut virtus in corpore. Deinde dicit: si igitur motor fuerit, a, id est, ponatur igitur in loco motoris, a, & in loco moti, b, & in loco spacij, & in loco temporis in quo mouetur per illud spacium, d. Dico quod omnis motor cui potentia est æqualis isti motori: scilicet, a, mouet in hoc tempore dimidium, b, qđ est motum per duplum istius spacij quod est, c, & mouet ipsum per totum istud spacium in medietate temporis, d. Deinde dicit: quoniā hoc modo erit finita, id est, potentia motoris. Et hoc est ita quod velocitas propria vnicuiq; motui sequitur excessum potentiæ motoris super potentiam moti: & ideo cum diuiserimus motum contingit necessario vt proportio potentiæ motoris ad motum sit dupla illius proportionis: & sic velocitas erit dupla ad illam velocitatem. Ergo mouebitur illo tempore per duplum illius spacij: & in dimidio eius per totum spacium: & hoc commune est in omni motore cuius potentia est finita.

Velocitas ꝓpria vnicuiq; motui sequit excessum potentiæ motoris super potētiā moti. Vide prohemium. 2. cc. c. 63. In potentijs cælestibꝰ scđm q̄ vnaquæq; mouet i infinitū nō est proportio: sed ꝓpt vnaquæq; mouet corpus ꝓpriū velocitate propria &c. Vide. 2. c. 38. Tex. cō. 78 & 79.


Verum vero hoc sit commune & potentijs mouentibus non corporalibus sit aliquid sit tale: habet quæstionem difficilem. Necessario enim debet esse resistentia inter motorem et rem motam: & sive motio fuerit naturalis: aut innaturalis: & ista resistentia communis est secundum quod alterum agens & reliquum patiens. Vnde dicimus in virtutibus cælestibus mouentibus quod non mouet quęcūq; potētia quodcūq; corpus cæleste: sed quelibet potentia mouet corpus proprium in velocitate propria. Sed omnes conueniunt in hoc quod mouent in infinitū. Et scđm hunc modū non est proportio inter eas & motū: secundum vero quod vnaquæq; earum mouet corpus proprium velocitate propria secundum hoc habent proportionem propriam ad motum vel cum moto. Sed ista proportio videtur indiuisibilis: vnde igitur accidit istis potentijs istud. Et forte hoc accidit ex diuersitate naturarū mouentium quæ non sunt in materia in nobilitate secundum magis & minus: & diuersitate naturarum corporum quæ mouentur ex eis. Hoc autem quod motus eorum: scilicet corporum cęlestium est in tēpore: licet non sit proportio inter potentias motiuas et mobiles: accidit ex natura motus. Motores autem qui sunt in materia si aliquis eorum haberet potentiam infinitam, contingeret vt motus esset in non tempore: & hæc declarabuntur in vltimo octaui lib. & Arist. non loquitur hic nisi de motoribus materialibus: quoniam ista perscrutatio est vtilis in dispositionibus motorum non materialium vt post declarabitur: & in alio lib. dixit hoc enim motor erit proportionatus: & quod est in hac translatione: scilicet nostra est melius.

Et si eadem potentiam, b, in hoc tempore tantundem mouebit: & medietatem in medietate mouebit; & in media vir

Vide tē pro hoc in lib. de substātia orbis. c. 3. ad finem.

tus medium mouebit in æquali tempore. Vt vt si ipsius, a, sit medietas quæ est ipsum, e, & ipsius, b, z, sit medium. Similiter igitur se habebit secundū analogiam virtus ad grauc. Quare æquale & in æquali tempore mouebit.

Demonstratio ostendens quod si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spacium in aliquo tempore: dimidiata potentia medietatem mobilis mouebit per idem spacium in eodem tempore.



Et si eadem potentia mouet idem in tali tempore per tale spacium. Mouebit ipsum per dimidium illis spaciū ī dimidio illius temporis. Et dimidium illius potentie mouebit dimidiū illius rei in æquali tempore per æqualem longitudinem. Verbi gratia. sit medietas potentiæ, a, h, & medietas potentiæ, c, y, quantitas. z. Ergo proportio istius potentiæ ad istud pondus est sicut illa proportio. Et ideo mouent per æquale in tempore æquali.

36 Cum declarauit quod eadem potentia mouet medietatem moti in tempore in quo mouet totum per duplum spaciī quod mouet in illo tempore: & mouet ipsum per totum spacium in medietate temporis in quo mouet totum per illud spacium. Vult declarare etiam quod cum fuerit vnus motor aliquis qui mouet aliquod motum per aliquod spacium in aliquo tempore: mouebit medietatem illius spaciī in medietate illius temporis. Et quod medietas eius mouebit medietatem illius moti

moti per illud spacium in æquali tempore medietate temporis illi?. Et est necesse sicut dixit vt moueatur medietas moti per illud spacium in illo tempore: quoniam velocitas motus quam habebat totum motū ad totū motorem est secundum proportionem excessus potentiæ motoris super potentiam moti. Et cum diuiserimus motum in duas medietates & similiter motorem tunc proportio motoris quæ est medietas: & ad motum quod est medietas: erit sicut proportio totius motoris ad totum motum vt vniuersaliter declarauerunt geometræ. Et sic duæ velocitates erūt æquales necessario. s. velocitas totius moti & velocitas medietatis: ex quo sequitur necessario vt pertranseant idem spacium in eodem tempore: & sermo eius in hoc manifestus est per se.

Et si. e. ipsum. z. mouet in ipso. d. secdm. e. non necessariū est in æquali tpe. e. duplū ipso. z. mouere secdm medietatē ipsius c. Si vero. a. ipsum. b. mouebit in ipso. d. quātū est ipsum. c. medietas ipsius. a. quæ est in quo est. e. ipsum. b. non mouebit in tēpore in quo est. d. nec; in aliquo. d. per aliam partem quæ est ipsius. c. secundum qd est analogia ad totum. c. sicut est. a. ad. e. Omnino enim si contingit non mouebit nullum. Si enim tota virtus totam mouet: medietas non mouebit: nec; tantam nec; in qualibet. Vnus enim moueret nauem: si quidem nauem trahentium deciditur potentia in numerum: & in longitudinem: quam omnes mouerunt. Propter hoc zenonis ratio non vera est quod sonet milī quelibet pars. Nihil enim prohibet nō mouere aerem in nullo tempore hunc quantum cadēs mouet totus modius. Nec; iam tanta pars quantacūq; mouebit cum toto: si sit per se hoc mouebit: nec; enim nihil est eius pars: aut & potentia in toto est.

Et si. h. mouet. z. in tēpore. d. per spacium. c. necesse est vt. h. illo tempore non moueat duplum. z. in dimidio spaciī. c. Si igitur. a. mouet pondus quod est. b. in tempore. d. per spacium c. Tunc quando a medietate. a. diminuitur pars cuius quantitas ex toto est quantitas quæ mouet. Tunc illa pars singularis per se mouebitur. Nihil enim aliud est nisi quod est in potentia in toto.

Dicebat zeno qd mina milī: quia cū cadit facit sonum: necesse est q; quodlibet granū per se faciat sonum. Et similiter guttæ aquæ succedētes sup lapidē ita q; faciant in ipso foueā: necesse est vt vnaquæq; earū operet in lapide. Quoniā si nulla operat: ergo nec oēs operantur. Et iste sermo est sophisticus: quoniam vna pars non operat in actu sed in potētia. Quoniam vnus vir de triginta nō mouet nauē solus: & cū motio est cōiūgit cū pparatione & potētia, pueniēte a motore vigesimo nono mouebit nauē necessario. Ergo vnusquisq; de. 30. largit nauī de pparatiōe ad moueri q; nauis nō habebat prius. Illud igit q; viginti &

D

Tex. iste c. 37. est diminutus sicut vides: qa defuit illa ps. & ideo sermo zenonis similiter cōmentum est diminutum quia nō est expō partis 37 antecedētis istī? tex. & c Abbrevia. tio. Vide p hoc. 8. phy. t. c. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouē largiuntur de præparatione est illud qđ vltimus motor extrahet in actu. Et similiter est de mina milij. Et dixit: & ideo sermo zenonis nō est verus: & est quod vnum granum milij quocūq; sit quādo cadit facit sonū. i. sed nō quodlibet motū: qm potētia motoris est terminata.

Expositio Et cū potētia motoris est terminata. i. prima potētia quæ potest mouere vnūquodq; partiū nō mouet in tempore oīno qm cadit. Ergo sermo zenonis nō est verus in hoc qđ fingit qđ quodlibet granū milij debet facere sonū. D. d. nā impossibile est vt nō moueat in tpe omnino illū aerem quē mouet tota mina qm cadet idest qm impōsē est dicere qđ vnaquæq; partiū nō mouet in tēpore oīno quādo cadet aerē per quē trāsit motione ex qua auditur sonus: sicut audiſ a mina. i. tp nō mouet ipsum in actu motione faciente sonū: & si vnaquæq; partiū largitur aeri ad recipiendū sonū præparationē quā prius nō habebat. D. d. neq; pars &c. i. qm vnaquæq; partiū motoris nō debet p se singulariter mouere neq; pars: quæ cum additur aliis partibus mouet totū. V. g. trigesimus vir: & dixit: quia ista pars nō videtur inter alias partes esse fortior in motu nisi propter præparationem præcedētem in moto. Deinde dicit nihil enim aliud est &c. Aut intendit quod cum pars est in continuo nihil est in actu sed est in potentia in toto. Aut intendit quod pars nō mouet in actu: sed mouet in potentia in toto.

Si vero duo & vtrūq; horum autem vtrūq; mouet tantum in tanto: & potentiæ cōpositę compositum ex grauibus æquali mouebunt lōgitudine: & in æquali tempore. Simile namq; est secundum analogum numerum.

Et si fuerint duo quorum vtrumq; mouet vnum: & vtrumque mouet per tale spacium in tali tempore. Duæ potentiæ cōgregatæ mouebunt congregatū ex duobus ponderibus per æqualem longitudinem in æquali tempore. Sūt enim proportionalia. Et iste sermo distinguendus est ita quod considerandum est in eo: & sit duæ intentiones.

38 F Hæc est alia intētio a pdictis: & est q; cū duo motiua diversa vtrūq; mouet aliqđ pōdus p æquale spaciū in æquali tpe: tūc duæ potētiæ motiuæ cōgregatæ mouebūt cōgregatū ex duobus pōderibus p illud spaciū in illo tpe: & hoc erit qn æqualiter mouēt duo pondera diversa in spacio & tēpore: aut diversantur spacio. V. g. q; alterū mouet vnam arronā ingvna hora p medietatē vnius leucę: & aliud mouet duas arronas in vna hora per vnā leucā nō sequit cū duo motores fuerint congregati: & arronæ fuerit congregate vt moueantur ab eis in illa hora neq; p vnā leucam neq; per dimidiam. Quoniā proportio eius qđ cōgregatur ex duabus potētijs ad duo pōdera nō est sicut proportio solius potentiæ ad vnū pōdus. Cum aūt spaciū fuerit vnū. & tps vnūtū proportio eius quod cōgregatur ex duabus potētijs motiuis ad duo pondera mota erit eadē. pportio & sive potētia pōderū & potētia motorū cōmutāt aut diversenf. V. g. qm si aliqs motor habet aliquā proportionē ad aliquod motū & alius motor cui? potētia habet istā eandē. pportionē ad potētiā pōderis quo mouet ab eo. Declaratū est ēm in libro elemētorū quod

cū fuerint q̄ualibet quātitates: & totidem earum compares: tunc pportio omnium ad omnes est sicut proportio vnius ad vnam.

D. d. & iste sermo distinguēdus est &c. & sic invenitur in quibusdā libris & intendit quod cum duo motores mouent aliquod pondus per aliquod spacium: quod possibile est cum diuisserimus motores & diuisserimus pondus ita qđ proportio virtusq; partis ad vtrūq; motorem sit sicut proportio totius ad totum quod proportio motus remanebit eadem: & hoc secundum proportionem est verum: sed secundum qđ existimatur quod in quolibet illorum duorum: ideo dixit: vt mihi videtur: ita quod considerandū est. videmus ēm q; duo & tres homines mouēt congregatim: quod non possunt mouere secundum segregationem. 2

Si igitur in alteratione & in augmento: aliquid enim est augens quidem: aliquid autem & quod augetur. In quanto autē tempore & quātum: aliud quidem auget: aliud vero augetur. Et alterans quidem & quod alteratur: similiter aliquid & quāto: secundum enim magis & minus alterata sunt: & in quāto tempore. In autem duplum: & duplum in duplo. Medium autem in medio tempore: aut in medio medium: aut in æquali duplum. Si autem alterans aut augens quantum in tempore quanto augeat: aut alterat: non necesse est & medium in medio: & in medio medium. Sed nihil si cōtingit, augmentabit: aut alterabit sicut & in graui. G

Et sēm hoc est de alteratione & in augmento. Est enim aliquid quod auget: & alterās etiam similiter est alteratū. Et sēm aliquā quantitatē in additione & diminutione erit alteratio. Et in aliqua quātitate tēporis in duplo erit duplum: & duplū erit in duplo. Et quæ est in tempore æquali est duplum. Si igitur alterans & augmentans augmentat & alterat tantum in tali tēpore. Non est necesse vt medietas etiam faciat hoc in medietate: aut in medietate agat medietas: & forte accidit vt non alteret omnino: aut vt non auget: sicut diximus in pondere.

Vult declarare quod omnia q̄ dixit de moto & motore in loco sunt vera in augmēto & alteratione. Et dixit: & similiter de alteratiōe. i. & ola q̄ dicta sunt de moto & motore i loco. i. qđ duplū motoris mouet illud motū per illud spaciū in dimidio illius temporis: aut per duplum illius spacij in illo tempore: & qđ motor mouet dimidium motū per illud spacium in dimidio illius temporis. Et cum motor diuiditur in duo æqualia: & motum in duo æqualia: motus erit idem in velocitate: omnia accidunt. similiter in augmēto & alterato. Et cum narrauit hoc dedit causam: & d. est enim aliquid qđ auget & aliquid quod augetur: & in aliquo tpe hoc auget & hoc augetur. i. & ita est de augmēto sicut de trāslatione: qm est aliqd qđ auget & est rndēs motori in loco: & aliq d qđ auget & est rndens moto: & tps in quo fit iste mot?: & q̄titas i q̄ est. D. d. & alterās sitr &c. i. & quādmodū augēs & augmē- 19 H

tatum est aliquid terminate potētiæ, similiter alterās etiā & alteratum sunt terminata & secundū excessum potētiæ alterātis supra potentiam alterati: erit velocitas alterationis: & ētitas tpis in quo est alteratio. s. qđ hæc duo sequūtur ,pportionē inter alterās & alteratū. Si igit proportio fuerit magna: velocitas erit magna: & tps breue: & ꝛconuerso. D.d. & in duplo duplū. i. & in tempore in quo aliqua passio in aliquo alterato ab aliquo alterāte in duplo eius erit in duplū illius passionis. D.d. & duplū in duplo. i. & alteratio quæ est dupla ad alterationē posterā ab aliquo alterāte duplū eiꝰ: erit in duplo illius tpis: & est conuersum primæ: & intēdebat declarare q̄ sunt ,pportionabilia. D.d. Si igitur alterās &c. i. & si omne alterās & augmentans alterat & augmētat aliqđ terminatū: & in rpe terminato: & nō augmētat quidlibet quodlibet neq; alterat quidlibet quodlibet: nō sequitur cū diuiserimus alterans in duas medietates: vt medietas moueat illud alteratum in duplo illius temporis: cum accidit forte vt nō alteret illud omnino: & hoc cōtingit quando potentia medietatis motoris non excedit potentiam moti. D.d. sicut diximus in grauitate, id est in grauitate ad leuitatem.

Decto ethicorū capkis 8.6.&.10. Idē in prologo primi phy. Oppositū vide. 3. a. 36. &. 9. meta. com. vltimo.

VTilitas autē istius scientiæ est pars vtilitatis scientiæ speculatiuæ: & declaratū est in scientia morali. s. q̄ considerat de actionib⁹ volūtarijs quod esse hoīs in sua vltima perfectiōe est ipm esse perfectū p scientias speculatiuas: & qđ ista dispositio est fortunitas vltima: & secundū fatuos vita æterna. Et apparet in ista scientia quod hoc nomē homo dicitur æquiuoce de eo q̄ perfectē est p scientias speculatiuas & de alijs hoībus: sicut de hoīe viuo & mortuo dicitur: imo sicut dicitur de aīali rationali & lapideo. Cū hoc qđ sequitur cognitionē scientiarū speculatiuarū de moribus bonis: necesse est enim cum artifices scientiarū speculatiuarū fuerint secundū cursum naturalē vt sint virtuosi oīb⁹ modis virtutū moraliū: vt iustitia: & cattitate: & audacia: & magnanimitate: & liberalitate: & veracitate: & alijs virtutibus. Et Alexāder in proemio istius libri declarauit quomodo sequuntur istæ virtutes ex cognitione istarum scientiarum. Nam cum aliquis sciuerit parūtatem vitæ suæ in respectu illius esse ēterni & motus cōtinui: & quod ,pportio vitæ suæ in respectu tēporis ēterni est sicut ,pportio minimi finiti ad infinitum: non cupit vitā. Quare erit audax. Et similiter cū sciuerit quod mors est de necessitate materiæ: & maxime cū acquisiuerit humanā pfectionē: tūc enī percipiet in alia hora qđ melius est et mors quā vita: sicut fecit Socrates athenis: licet existimetur quod Socrates nō distinxerit inter vitā ,priā & cōem in scientijs: quā nitebat ,pcedere vita ,pria cū eulogio. Et manifestū est qđ deberē esse iustē & caste: quā cū sciuerint naturā iustitiæ existentis in substantia entiū: diligūt se assimilari illi naturæ. Et similiter cū sciuerint vtilitatē appetitiuā: & qđ nō sunt de numero dispositionum necessariarū in permanentia hominis: nedū vt sint perfectiones: sed sunt accidētia de necessitate materiæ expellēt eas a se oīno: & odiōt eas maximo odio: & sic erūt casti retinētes leges diuinas & obedientes legib⁹ naturalib⁹. Et ē manifestū etiā q̄ erūt liberales: qā reputant pecuniā vilē. Et erūt magnanimi diligētes veritatē in sermone & actiōe. Sed si aliquis dixerit quod nos vidimus plures auaros

Vide ,p hoc qđ ,d. de Socrate pri. metha. text. com. 5.

Documentum.

tifices istarū scientiarū in cōtraria dispositiōe. Dicēdū est qđ hoc accidit eis ex dispositiōe in vniuersali, & hoc potes scire ex hoc qđ Alexāder & alij ratiocinātur super hoc scilicet qđ omnes philosophi sunt studiosi: sicut erat in suo tēpore, & cū aliquis perscrutatus fuerit de hac dispositione: inueniet qđ illa perfectio quā expectāt in assuetudine hominū in qua nutriebatur valde est remota ab hac perfectiōe, & nō solū modo accidit hoc eis: sed credūt ex modo hominū & consuetudine in qua nutriebātur qđ hæc perfectio est valde vilis, & hoc nō accidit eis ex lege: sed corrūpentibus eā. Accidit igitur istis hominibus cum inciplunt speculari contēnere illā modū perfectiōis quē expectabant. Sed cū desperauerūt peruenire ad hāc perfectionē, & viderūt omnes homines cōtēnere eā, & credere qđ expectātes eā nō debēt esse pars ciuitatis. Aut credunt qđ omnia dicta de hac perfectione forte sunt similia dictis de alia prima perfectione quā expulerūt scilicet illā in qua nutriebantur, & tales sunt plures istius tēporis scilicet illi qui sunt dialectici: & omnino declinabūtur ad appetitus, & accidet eis dispositio in naturalis: adeo qđ nō dicentur esse pars ciuitatis omnino: quoniā cū eis nō potest cōtractus fieri ciuilis: neq; amicitia humana: neq; vtilitas alterius: sed omnes actiōes eorū sunt ad seipsos, & ideo philosophia in hoc tēpore abhorretur, & iam exiuimus a nostra intentione.

Solutio.

Incipit Liber Octauus physicorū Aristotelis: qui est de primo motore: primo motu, & primo mobili.

Summa lib. octaui physicorū secundum Auerroim.

A textu prio vsq; ad. 21. ostēdit motū ante retroq; sempiternū fore.
A. 21. vsq; ad. 45. docet primū motorem esse penitus immobilem.
A. 45. vsq; ad. 54. manifestat primum motorem esse eternum.
A. 54. vsq; in finem: declarat nullum motum ēternum præter orbicularē, & primum mouens esse incorporeum & abstractum.

Ostendit secundū opinionē suā motus sempiternitatē &c. CAPVT .1.

A

MOTVM nāt faciē sit aliqñ motꝰ cū nō esset prius & corrūpit iterū sic ꝙ moueri nihil sit aut neq; factus: neq; corrumpitur: sed erat semper & semper erit hoc immortale: sine quiete existit, in his quæ sunt: vt vita quædā natura subsistētibus omnibus.

Motus est vt vita oībus natura subsistentibus.

B

Esse quidē igit motū oēs affirmāt de natura aliquid dicētes: ,pter id ꝙ mūdū faciūt. Et de generatiōe & corruptiōe inesse cōsiderationē oīb⁹ ipsis: quā impossibile est esse, nisi sit motus. Sed aliquāti quidē infinitos mūdos esse dicūt, & quosdā qđē fieri: quosdā vero corrūpi. Sed mūdorū semp dicūt esse motū. Necessariū ēn est ḡnationes & corruptiones ipsorū esse cū motu. Quicūq; autē vnū & nō semp, & de motu apponūt sed m rō nē.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum autē motus aliquādo fuit & non fuit, & corrūpetur in corruptione in qua nihil mouebitur omnino. Aut mot⁹ nec fuit generatū neq; corrūpetur: sed semper fuit & semper erit. Et hoc non habet corruptionē nec fugit ab entibus: sed est quasi vita omnibus quæ constituuntur per naturam.

Omnis eñ qui aliquid dixit de natura dixit motū esse. Nō enim possunt loqui de factura mūdi, & cōsiderare in eo secundū quod currit generatio & corruptio: si motus nō sit. Sed dicentes plures mūdos infinitos esse quorū quidā generatur & quidā corrūpitur dicūt motū eternū esse. Modos enim generationis & corruptiōis cū motibus esse necesse est. Dicentes vero vnū mundū esse & nō eternū: secūdū hoc etiā litigāt de motu.

Prima intētio ei⁹ est perscrutari de primo motore, & prima expositio Alpharabij.

QVIA prima intētio eius est perscrutari de primo motore: cepit perscrutari de motu: vtrū sit nouus: aut antiquus sicut: cet secundū genus, & qd̄ est ante istū tractatū a aut est necessariū huic tractatui: aut est propter melius. Et cum dixit: vtrū autē motus: nō intēdit motū aliquē propriū: sed intēdit vtrum istī motus existētes in partibus mūdi fuerint positę nulla pars partiū mūdi mouebatur omnino, & vtrū destruētur omnes: ita qd̄ nulla pars mūdi mouetur. Aut isti motus existētes in partibus mūdi fuerūt semper & erunt in futuro in hac dispositione in qua sunt modo. Ista autē perscrutatio est necessaria: quia apparet q̄ in mādo nō est nisi alterū horū duorū: aut plures motus succedētes: aut vnus motus continuus: scilicet motus corporis celestis. Queritur igitur vtrū est possibile in his duobus modis sensibilibus incipit tali modo: qd̄ ante nihil fuit de eis, & ipse incepit vnus eorū ante alterū aut inceperūt simul scilicet motus qui sentiūtur cōtinui & succedētes, & vtrū corrūpentur hęc duo genera talī corruptione cū qua nihil mouebitur omnino: aut hęc duo genera nō cessauerūt neq; cessābūt esse. D.d. sed est quasi vita, & innult per hoc qd̄ necesse est in mota nō cessare in præterito & in futuro: si est necesse hoc in entibus naturalibus. Apparet. ij. qd̄ cōstitutio sentiū naturaliū, & illud qd̄ est in eis quasi vita est motū esse. Principiū enim motus de omnibus mobilibus est sicut anima de rebus viuis, & hęc perscrutatio nō est tantū necessaria in cognitiōe primi motoris: sed etiā in cognitione esse mūdi scilicet vtrū sit eternus aut nouus. Necesse est eñ perscrutationē de huiusmodi intentione in motu præcedere perscrutationē de illa in mundo. Et quia ista perscrutatio magis videtur procedere de perscrutatione de dispositione mūdi in generatione & corruptione non tollat istā perscrutationē continere in se perscrutationē de mūdo, & induxit signū dicēdo qd̄ qui aliquid dixit de mundo: debet dicere tale de motu. Et dixit: omnis enim &c. id est, & posuimus perscrutationem primo de motu vniuersali in loco perscrutationis de dispositione mūdi in generatione & corruptione: quia hoc est naturale in perscrutatione. Omnis enim qui locutus fuerit de entibus naturalibus concedit motū esse. D.d. cautum in hoc & dixit: nō eñ possunt loqui &c.

Apparet q̄ constitutio entium naturalium & illud qd̄ est in eis quasi vita est motū esse. prin cipiū enim mot⁹ de oi

id est,

id est, & omnes cōcedunt motū esse: quia impossibile est aliquē loqui de factura mūdi, id est, de natura illius, & cōsiderare quomodo est in generatione & corruptiōe secūdū totū aut secūdū partē si nō cōcesserint motū esse scilicet si impossibile est in eo⁹ generationē & corruptionē: aut impossibile, & si est possibile: quomodo. D.d. sed dicētes &c. id est, sed cōsiderātes de mūdo licet omnes cōcedant motū. tamē ita opinantur de generatione & corruptione in motu: sicut in mūdo toto: qui igitur dixit illorū plures mūdos esse: quorū corruptio vnius est generatio alterius, & qd̄ hoc procedet in infinitū concesso motū esse semper qd̄ fuit & erit. D. dedit causam in hoc & dixit: modi enim generatiōis & corruptionis &c. & hoc quod dixit: manifestū est: quoniā cū opinati sunt qd̄ corruptio vniuscuiusq; mādorū existentiū est generatio alterius: sicut est dispositio in partibus istius mūdi scilicet qd̄ corruptio alicuius indiuidui est generatio alterius, & quilibet mundus eorū non est extra motū manifestū est eos dicere motū eternū succedētē. D.d. dicentes vero vnū mūdum esse & nō æternū &c. & hoc intellectum est per se scilicet quod qui opinatus mūdum esse nō æternū, & generatum postquā nihil mouebatur, & corruptibile in res quo nō movebātur: necesse est ipsum opinari hāc opinionē in motu. Et quia hoc opinari in mūdo potest intelligi duobus modis, incipit distinguere hoc & dixit.

Damus igit qp omnia entia aut erūt quiescētia: aut omnia mota: aut quædā quiescētia, & quædā mota. Si igitur quædam sunt quiescentia & quædā mota: necesse est aut vt omnia quādoq; quiescant, & quādoq; moueātur: aut vt quædā quiescāt semper, & quædā moueātur semper: aut vt quædā quandoq; quiescāt & quādoq; moueātur. Quoniā aūt impossibile est vt omnia entia sint quiescētia: iā dictū est superius, & nos demus etiā ipsum nūc. Quoniā si in rei veritate esset: sicut qdā dicūt: qp totū ens est infinitū, & nō motum: sed hoc nō aparet sensui. Sed videmus sensu qp plures rerū entiū mouēri. Si igitur sit hic existimatio falsa, & vniuersaliter existimata erit hic motꝰ. Et similiter si fuerit hic imaginatio, & si fuit hic existimatio qñq; qp res est talis dispositiōis, & qñq; e contrario. Existimatio em & imaginatio existimant esse motus. Sed perscrutari de hoc & quærere rationē in eos cuius sciāt apud nos est ita firma qp nō indiget rōne: est de operе eiꝰ quō pōt distinguere inter nobilius & ignobiliꝰ, & inter certū & incertū, & inter principiū & illud qp nō est principiū. Et cūdū hōc modū impossibile est etiā vt omnia entia moueāt: aut qdā moueant semp, & quædā qescāt semp.

Quærere rationē in eo cuius scientia apd nos est ita firma qp nō indiget

ratiõe: eſt de opere non potentis diſtinguere.

Quod enim ſufficit in cõtradicẽdo totum hoc vniuerſaliter eſt vnũ certũ. Et eſt quoniã quædã entia videtur mouere quando & quieſcere quãdoq;. Manifeſtũ eſt igitur ꝙ impoſſibile eſt vt quædã quieſcãt ſemper, & quædam moueantur ſemper. Quẽadmodũ apparuit ꝙ impoſſibile eſt: vt omnia quieſcant ſemper: aut vt omnia moueantur ſemper.

26 Tex. cõ. 11. Quomodo ſit ſufficiẽs. vide cõ. ſe. & ſupra. c. 21.

Iſta diuiſio quam hic incepit dicere iam prædicta eſt. Et ipſe tamen duo coadiuidentia: quorum vnum eſt vt omnia entia ſint duobus modis: modus qui ſemper mouetur, & modus qui quandoq; mouetur & quãdoq; quieſcit. Altera autem pars eſt vt quædã quieſcant ſemper, & quædam alia moueantur quãdoq;, & quieſcant quãdoq. Veritamẽ ſicut diximus ſufficit in perſcrutatione de his duobus modis perſcrutatio de modo dicẽte qd̃ quædã mouẽtur ſemper, & quædam quieſcũt ſemper, & quædã faciũt vtrũq;: quoniã cũ declarauit de modum eſſe deſtructũ iſti duo modi eſſe. Et cũ induxit prædicti diuiſiones quas prius induxerat ſecũdũ modũ quem determinauimus: incepit dicere illud qd̃ dicitur de eis prius, & vult addere in cõtradictione eorum alia quæ prius nõ dixerat, & dixit: quoniã autẽ impoſſibile eſt &c. id eſt, & dictũ eſt quid exiſtit in eis de errore & modo erit dimo-

Opinio cui contradicit ſenſus non eſt bona.

D. d. quoniã ſi in rei veritate eſt &c. id eſt, quoniã & ſi ratiocinatio dicentis motũ eſſe eſt ſimilis ratiocinationi quæ dicitur in rei veritate propter difficultatẽ ſuæ diſſolutionis, & eſt dicens qd̃ ens non quod curquia opinatur qd̃ ens eſt infinitũ, & qd̃ infinitũ impoſſibile eſt vt moueatur: quia nõ habet locũ in quo moueatur: vt narrauit in ſuo iſtius libri de Meliſſo. Tamẽ ratio iſta eſt cõtraria ſenſui. Et hic intendebat cũ dicit: ſed tamẽ hoc nõ apparet ſenſui &c. id eſt, qd̃ ꝙ opinio cõtradicit ſenſui, & omnis opinio cui cõtradicit ſenſus nõ eſt bona opinio. Apparẽt enim hic res quæ mouẽtur in rei veritate, & videat ſenſus præciſe eas moueri in rei veritate propter congregationem quinq; ſenſuũ in teſtimonio econtrario ei quod apparet viſui: & aliqua apparẽt moueri: ſed non mouẽtur. Et ideo opinãdũ eſt q quædã ſenſibilia ſunt quæ præciſe iudicẽtur eſſe vera, & quædã ſunt quæ præciſe iudicẽtur eſſe falſa: licet ſentiãtur vt apparent in deceptibus viſus, & quædam ſunt ignota donec ſurgat demonſtratio hoc manifeſtans: ſicut patet de paruitate corporis ſolis. Qui enim neſcit demõſtrationẽ de magnitudine illius dubitat, & dicit: quoniã hoc forte erit propter remotionẽ & forte eſt in rei veritate. Deinde induxit demõſtrationẽ quã nõ induxit prius, & eſt de genere cõtradictionũ falſarũ opinionũ: ut ſermo dicẽtis nihil cõprehenditur: ex quo ſequitur aliquod cõphendi.

Senſibilia reperiũtur ſecũdũ tres diſpoſitiones.

Et dixit, ſi igitur eſt hic exiſtimatio falſa &c. id eſt, & ponẽ hanc opinionẽ nõ poteſt euadere quin ponat aliquid moueri. Exiſtimare etiam nihil mouerι: eſt exiſtimare poſſibile nõ fuerι, & exiſtimare oportet eſſe eſt falſum apud eos, & falſum poteſt trãſmutari adverſũ. Et ſicut exiſtimatio aliqua falſa aut vera poſſibilẽ nõ fuit erit motus. Quoniam eſſe hãc exiſtimationẽ generatio, & omnis generatio eſt motus: et ſequitur motũ. D. d. & ſimiliter ſi fuerit hic imaginatio, id eſt, & ſequitur eſſe imaginationẽ eſſe motum: imaginatio enim eſt generatio, & omnis generatio

neratio eſt motus aut ſequens motum. Deinde dicit &, ſi fuerit hic quandoq; exiſtimatio aliquid eſſe talis diſpoſitiõis &c. id eſt, & hoc apparet magis, in exiſtimationibus quæ mutantur in re ſecundum tempora: quoniam cum apud nos fuerit aliqua exiſtimatio de aliquo qd̃ ſit talis diſpoſitionis in tali tempore, & alterius diſpoſitionis in alio tẽpore. Mutatio enim noſtra de exiſtimatione in exiſtimationem eſt trãſmutatio neceſſario, & intendebat quod quia omnia ſunt quieſcentia: contingit vt nunc mutentur exiſtimationes in eadem re ſcilicet vt in eadem re non exiſtimentur exiſtimationes diuerſe in temporibus diuerſis ita quod eadem exiſtimatio ſit de ſorte in domo aut exire a domo quod eſt valde improbabile. Et quia exiſtimationẽ & imaginationẽ eſſe motũ aut ſequi motũ: non eſt manifeſtum per ſe. Deinde exiſtimatio eũ & imaginatio exiſtimãt eſſe motus, id eſt, aut ſequi motũ.

Et quia omnes iſte rationes ſunt probabiles, & nulla fides eſt in eis: niſi ſecundũ qd̃ propoſitiones ſunt magis probabiles quam cõcluſio nõ quia ſunt manifeſtiores cõcluſiõe apud intellectũ: dicit, ſed perſcrutari de hoc cuius ſcientia eſt manifeſta per ſe, & quærere rationẽ ſuper illud cuius ſcientia apud nos eſt ita certa qd̃ nõ indiget ratione eſt de opere eius qui nõ habet diſcretionẽ inter diſtinguẽdo. Et cũ cõpleuit cõtradictionẽ iſtius opinionis reuertitur ad contradicẽdũ opinioni ſecundæ, & dixit, & ſecundũ hõc modũ &c. id eſt, & cũ ſit manifeſtũ apud nos qd̃ quædã entia mouentur quãdoq; & quieſcũt quãdoq;, & ſumus certi qd̃ iſta cõprehẽſio nõ eſt ex fallacia ſenſus, ideo iſtud principiũ ſufficit nobis quod non mouentur omnia ſemper: aut quieſcunt ſemper. Aut omnia entia diuidi in duas partes: quarũ vna quieſcit ſemper, & reliqua mouetur ſemper. Et cũ deſtruxit iſtas tres diuiſiones prædictas: fecit rememorationẽ de hoc, & dixit: manifeſtum eſt igitur &c. id eſt, & iam igitur apparuit qd̃ entia nõ diuidũtur in duas partes quarũ vna quieſcit ſemper & reliqua mouetur ſemper: quẽadmodum apparuit quod impoſſibile eſt vt omnia ſint quieſcentia, & omnia ſint mota, & omne hoc apparet ex hoc quod quædã quieſcũt quãdoq;, & quædam mouentur quandoq;. Iſte enim modus opponitur tribus modis prædictis.

Epylogus.

Reliquum vero conſiderandum eſt vtrum omnia huiuſmodi poſſibilia moueri & quieſcere: aut quædam quidem ſic: alia vero ſemper quieſcant alia vero nõ mouenter ſemper. Hoc aũt demonſtrandum eſt à nobis.

Oſtendit quoddam quod eſt neceſſarium ad probationem ſequentium ſcilicet ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur.

CAPVT IIII.

A Quæ a ſe ipſis mouẽtur.

MOVENTIVM quidem igitur & eorum quæ mouentur: alia quidem ſecundum accidens mouent vt mouentur: alia autem perſe. Secundum accidens quidem: vt quæcunq; ſunt in eo quod ſunt in mouentibus, & in his quæ mouentur, & quæ ſunt ſecun-

dum partem. Alia autem per seipsa: quæcunq; non sunt in eo quo hæc sunt in mouente: & quod mouetur: nec quo pars alicuius ipsorum mouet aut mouetur. Eorum autē quæ per se: alia B quidem à seipso: alia vero ab alio. Et alia quidē natura: alia autem violentia, & extra naturā. Quodcūq; enim ipsum à seipso C mouetur natura mouetur: vt quodlibet animaliū: mouetur enim ipsum animal à seipso. Quorūcunq; autem principium in ipsis motus est hoc natura dicimus moueri. Vnde animal quidem totū ipsum seipsum mouet: corpus autē secūdō quod est corpus cōtingit natura & extra naturā moueri. Differēt autem secundū qualem motū quod mouetur eueniat, & ex quali elemēto cōstet. Et eorū quæ mouētur ab alio: alia quidē natura mouētur: alia extra naturā. Extra naturā mouētur: vt terra sursum, & ignis deorsum. Amplius autē partes animaliū mouentur totiens mouētur extra naturā ob positiones & modos motus.

Quæ à natura mouentur.

Remanet tunc igitur considerare vtrum omnia entia sint talis dispositionis vt mouēātur, & quiescant: aut quędam sint talis dispositionis, & quædam quiescunt semper, & quædam mouentur semper. Hoc enim est cp oportet nos nūc declarare.

Dicamus nos igitur quod mouētia & mota mouēt, & mouentur quædā per accidens, & quædam per se. Per accidens autē sicut omnia existentia in motis: aut mouētibus, & sicut ea quæ sunt quasi pars. Per se vero sunt omnia quæ mouent aut mouentur: non quia existunt in motore: aut in moto: nec quia pars eorū mouet aūt mouetur. Eorū autem quæ mouentur per se: quædā mouētur ex se, & quædā ex alijs. Et illorum quædā naturaliter, & quædam violēter, & extra naturā. Quod enim mouetur ex se mouetur naturaliter sicut vnū quodcp animaliū: animal enim mouetur ex se, & omne cuius principium motus est in eo dicitur moueri naturaliter, & ideo animal secundū totum naturaliter mouet se. Suum corpus autē possibile est vt moueatur naturaliter & extra naturā. Hoc enim dicitur secundum motū cui contingit vt moueatur & secundū elementū ex quo contingit vt constituatur. Eorū vero quæ mouentur ex alijs quædam mouentur naturaliter, & quædā extra naturam. Extra naturā vero est sicut motus corporū terrestrium ad superius, & motus ignis ad inferius. Et mēbra animalis etiā multotiens mouentur extra suam naturam: propter modos sue positionis: aut propter partes sui motus.

Cum

CVm declarauit qđ impossibile est vt motus primus sit si motꝰ æternus nō fuerit. s. vt primus sit æternus: & si nō: nō erit primus. Et declaratū est de dissolutiōe quæstionū cōtingentiū: quod necesse est vt ista perscrutatio sit vniuersalis: ita quod cognoscaē quomodo est dispositio omniū entiū in hoc. s. in motu & quiete. Incepit pscrutari de hoc a principio: & iterare pscrutationē de rebꝰ declaratis prius. Perscrutatio eīm de eis in hoc loco est magis propria. & istæ res quādo fuerint adiunctæ ei qđ declaratum est in primo istius tractatus: apparebit quod est hic motus: & qđ est hic vnus motus æternus. Et sunt sicut diximus duæ propositiōes. Quarum vna est quod omne motum habet motorem. Secunda: quod oīa quæ mouentur in loco reducuntur ad rem motam per principiū existens in ea non motum oino. Et primo incepit perscrutari de prima propositiōe dicēte qđ omne motū habet motorē: & fecit rememorationē de hoc qđ declaratum est in principio quinti de diuisione motoris & moti ad illud quod est per se: & ad illud qđ est per accidēs. Et narrauit primo de modo modorum diuisionū entiū in motu & quiete: quē vult quærere in hoc loco. Et Arist. qui primo processit in doctrina istius intentiōis de motu. s. in declarare motū æternū effecit: a quod est res manifesta ex suis sermonibus in cōgregationibus tractatuū suorū: vidit quod ista doctrina est diminuta: & ideo iterauit ipsum: quia quidā expositores ignorauerunt hoc: & opinati sunt quod illud quod declaratum est in principio septimi est superfluū: & ideo abscinderunt illud a suis libris. Et quia ista est intentio eius incepit diuidere dispositiōes entiū in motu & quiete de illo qđ est ignotū ex eis. Et dixit: remanet igit &c. i. & quia manifestum per se quod nō oīa entia quiescūt neq; oīa mouentur: nec quędā mouent semp: & reliqua quiescūt semp. Cū quędā videant quiescere qñq; & moueri qñq: remanet igitur perscrutari de hoc. s. vtrum est possibile vt oīa moueantur qñq; & quiescāt qñq; vt sentit in qbusdā.

Aut sunt aliqua in quib? hoc est impossibile. i. quæ semp mouentur: aut quæ semp quiescūt. Et ideo nō curauit de duobus modis q. dantur intelligi a dinumeratione scilicet vt entia sint duobus modis: modus qui semper mouetur: & modus qui quādoq; mouetur & quādoq; quiescit. Aut vt omnia sint duobus modis: modus qui semper quiescit: & modus qui quandoq; mouetur & qñq; quiescit. Et cum distinxit illud de quo intēdit perscrutari: incepit diuidere motorem & motum: & dixit. Dicamus igitur &c. i. qđ quodlibet illorū. s. motoris & moti est res aut per se aut per accidēs. Si ruit igitur quatuor: motor per se: & motor p accidēs: & motū per se: & motū p accidēs. Et incepit distinguere illud qđ est per se ab illo qđ est p accidens: qa illud qđ a est per accidēs decipit in perscrutatiōe qñ fuerit admixtū cū eo qđ est per se. Et vtit in hoc qđ dixit p accidēs in principio diuisiōis accidētis qđ dicit vniuersaliter. Deinde diuisit illud qđ est per accidēs: in illud quod est per accidēs: qđ dicit principaliter: & illud qđ mouet per suā partē quod dicit secūdario. Et dixit. per accidēs vero. i. illud qđ dicit principaliter est sicut oē qđ existit in mouētib? & motis. i. p illud qđ mouet per accidens: est omne qđ dicitur moueri quia est in moto.

Et hoc est duobꝰ modis: modo qui est impossibile vt moueat omnino:

Qui sint isti expositores vide infra com. 33.

a Illud qđ est per accidēs decipit in perscrutatiōe qñ fuerit ad mixtū cū eo qđ est per se.

B Idē. 5. phy. t. cō. primi. In quibusdam accidit deficere habi

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius p̃ negationem primi.

F

rationum.

Omne qđ mouet ex se mouetur p̃ principiũ existẽs in eo: & omne quod mouet per

G

principiũ existẽs i eo mouetur naturaliter,

a Diffinitiões necessario cõuertũtur cũ suo diffinito.

b Mot⁹ alis secundũ qđ est corpus põt esse naturaliter & extra naturã sed motus est secũ-

H

dũ q̃ est animal est simp naturalis, vi:le. t.c. de substãtia orbis.

I

nor: vt anima in corpore & modo qui est possibile vt moueatur: vt homines sedentes in naui. Et similiter etiã motor per accidens est illud quod est in motore: sicut rubedo quæ est in igne quæ est combures per accidens. Et cum diuisit illud quod est per accidens generale in illud quod est per accidens principaliter: & in illud quod mouetur per suam partem: quod dicitur secundario: dedit exemplum de hoc. Et dixit & illud quod est quasi pars, id est quod illud quod mouetur per accidens quod dicitur principaliter: & quoddã secundario: & est illud quod mouetur per partem. Vt puta gratia, sicut dicimus in illo cuius manus mouet ipsum moueri. Et similiter accidit in motore sicut dicimus: iste homo percussit istum: licet non percussit eum nisi manu. Et cum descripsit duos modos eorum quod est per accidens generaliter, incepit describere illud quod est per se: quod opponitur ei: & est illud quod principaliter dicitur per se per negationẽ duorũ modorũ eius qđ est p̃ accident. Et fecit hoc quoniam illud quod est per accidens est notius illo quod est per se. & ideo accidet in quibusdam locis describere habitum per negationem priuationum: & dixit per se autem &c. id est mouentia autem & mota per se sunt illa quę mouent aut mouentur: neq; per accidens neq; per partem.

Et accepit in descriptione eius quod est per se: negationem duorum modorum eius quod est per accidens generaliter. Et cum distinxit illud quod est per se ab illo quod est per accidẽs: & intendit cõsiderare in eo quod est per se: incepit diuidere ipsum & dixit: & illa q̃ mouentur per se quædã mouentur ex se & quædã ex alio. i. & eorum quæ mouentur per se nõ per accidens neq; per partẽ: quædã mouent per principia existẽs in eis vt habẽtia animas: & quædã mouentur ab aliquo extrinseco vt carẽtia animabus. D. diuisit ista duo & dixit. & istorũ quædã naturaliter &c. D. incepit declarare quod alial secundũ quod mouet ex se est motũ naturaliter: & dixit: quod eã mouẽtur ex se &c. Et cũ narauit quod alial mouetur naturaliter: quia mouẽ ex se: dedit causam hoc & dixit: animal eã mouẽ ex se &c. Et potẽtia istius sermonis est similis tali modo: animalia mouentur ex se: & qđ mouẽ ex se mouetur a principio in eo: & omne qđ mouetur per principiũ in ipso mouetur naturaliter. Quoniã omne quod mouetur per principiũ in eo mouetur per naturam. Diffũ est enim in diffinitione naturæ est principium in re per qđ mouẽ & quietcit: vnde necesse est vt illud qđ mouẽ per principiũ in ipso moueatur per naturam. a Diffinitiões eius conuertuntur necessario cũ diffinito. Et cũ declarauit qđ animal mouetur naturaliter: dixit: & ideo animal secũdum totũ naturaliter mouet se. id est & cũ dicimus qđ alial mouẽ naturaliter: intendimus qđ alia mouet corpus per suã naturã: & corpus b mouetur per suã naturã ab eo sed mouẽ secundũ qđ est corpus suo motu naturali: & ideo dixit: corpus autem suũ est possibile vt moueatur naturaliter & extra naturam. id est quod cũ mouetur a sua anima naturaliter: mouetur q̃ndq; naturaliter: & q̃ndq; extra naturã: motus aũt eius secundũ qđ est alial est naturaliter: cũ nõ mouetur secundũ qđ est animal nisi ab alia: & anima mouet corpus naturaliter. Et dedit has oẽs rationes: quia potẽt aliquis dicere

dicere quod motus corporis ab anima. Verbi gratia, ad superiꝰ est motus extra naturam: cum moueat ipsum econtrario suo motu naturali. Corpus enim animalis innatum est moueri ad inferius: sed tamen quia anima animalis est forma sui corporis naturaliter: necesse est vt motus eius a sua anima sit naturaliter. Sed si fuerit inuentum aliquod motum per principium in eo ita quod in suo corpore non sit principium contrarii motui animæ: tunc illud motum erit motum naturaliter simpliciter, scilicet p̃ animã & per corpus: vt declaratũ erit de corpore a celesti. Et cũ dixit quod possibile est vt animal moueat naturaliter & extra naturã dixit. hoc enim diuersatur &c. id est & causa in hoc quod corpus animalis quãdoq; mouetur ab anima ipsius naturaliter: & q̃ndq; extra naturã: est diuersitas partiũ ad quas mouet anima ad illas partes locales ad quas mouẽt elementa. Si igitur b contingit quod aĩa moueãt corpus ad partẽ ad quã mouetur corpus secundũ motũ elemẽti dominãtis in ipso: tũc motus corporis ab anima erit naturaliter: & tũc cõsingit in eo naturalitas ex motore & moto, V.g. quod q̃n animal mouetur ex se descendendo: tũc motus eius erit naturalis: si aũt motus eius erit econtrario motui elementi: tunc motus corporis ab anima erit non naturalis, V.g. quando homo saltat in sursum. Et cum declarauit qđ illud qđ mouetur ex se mouetur naturaliter non violente nisi si cõsideratus fuerit motus sui corporis in respectu quorũdam motuum animes: incepit notificare etiam quod in eo quod mouetur ex alio inueniuntur isti duo modi, scilicet motũ naturaliter & motũ extra naturã. Et dixit: & illa quæ mouent ex alijs &c. & intendit per illud quod mouetur naturaliter: motum lapidis ad inferius: & motũ ignis ad superius: & potest ista moueri c ex alijs: quia ista non mouentur ex se: donec moueantur ex alijs: vt declarabitur post. Et intendit per illud quod mouetur extra naturã motũ istorum ad contrariã partẽ debitã. V.g. sicut dixit motũ corporum terrestriũ ad superius: & motum ignis ad inferiꝰ. D. d. & etiã animal multotiẽs &c. ac si diceret: corpus aũt eiꝰ possibile est: vt moueat naturaliter & extra naturã. Et intẽdit per situ motum. Et intendit per partes motuum: superius & inferius.

Et maxime moueri a quodã quod mouet in his quæ extra naturam mouentur est manifestũ: propter id quod manifestũ est ab alio moueri. Postea aũt quæ sunt extra naturã: eorũ autẽ qui sunt secundũ naturã ipsa a seipsis: vt animalia. Nõ eĩ hoc est immanifestũ: nisi ab aliquo mouentur. Sed quomodo oportet accipere: mouẽs ipsum & quod mouet. Videt eĩ quod ibi sit accipiendũ sicut in nauib⁹: & in nõ natura existẽtib⁹: sic & in alijs esse diuisum mouẽs: & id quod mouet: & sic omne ipsum seipsum mouet. Et maxime aũt dubitabitur reliquũ diuisionis. Eorũ enim quæ mouentur ab alio: alia quidem extra naturam posuimus moueri: alia autẽ relinquuntur cõtra poni quia natura. Hæc autem sunt quæ dubitationem afferũt vt a quo mouentur vt grauia & leuia; hæc enim in ops

positos

a Motꝰ coporis celestis est simpliciter naturalis & ex parte aĩe & ex pte corporis, vide opp. 2. ce. com. 3.

L

b No. quo modo motꝰ alis q̃ndq; est naturalis ex pte motoris & mobilis & q̃ndoq; ex pte motoris.

M

c Hemẽta non dñr moueri ex alijs nisi quia nõ dicũt moueri ex se donec mouentur ex alijs. Idem infra 29.

N

Universidad de Deusto
Biblioteca

positos locos violentia mouentur:in proprios autem leue quidem sursum:graue autem deorsum natura.

Et in rebus quæ mouentur extra naturam apparet proprie qđ illud qđ mouet,mouetur ab aliquo:qm̃ in illis quæ mouentur ab alijs manifestum. Deinde post illa quæ mouentur extra naturam:illa ex illis quæ mouẽtur naturaliter:q̃ mouẽtur ex se: vt modi aĩaliũ. Nõ em̃ latet de istis moueri ab aliquo:sed quomodo oportet determinate in aĩalibus motorẽa moto. Videtur enim fere quemadmodũ in nauibus & in alijs quorũ cõstitutio nõ est naturalis:ita & in aĩalibus motor distinguitur a moto:& secm̃ hunc modum erit ipsum secm̃ totum mouẽs se. Sed illud in quo est dubitatio proprie est illud quod remanet de diuisione prædicta. Diximus enim qđ eorum quæ mouentur ex alijs quædam mouentur extra naturam,Ponendum est igitur qđ quædam mouentur naturaliter:& ista faciunt dubitare si mouẽtur ab aliquo. V.g.leuia & grauia. Ista enim mouentur ad duo loca opposita violente:& mouentur ad sua loca propria. Leue vero ad superius naturaliter.graue autem ad inferius naturaliter.

28 Cum diuisit motorẽ & motum in illud qđ est per se: & in illud qđ est per accidens. Incepit cõsiderare in modis eorum quę mouentur per se.& perscrutari vtrum omne motum eorum habeat motorem aut nõ.

Et est quæstio de qua perscrutatus est in principio septimi:cũ fieret ma quæstio de qua deberet perscrutari ille qui vult quærere vtrum sit hic motus ęternus. Et fecit hoc quia voluit declarare dispositionem in hoc de corporibus simplicibus sermone proprio. Ista enim facerent dubitationem in hoc quod omne motum habet motorem. Et dixit omnia prædicta quibus est vtus in declarando hanc quæstionem: quia voluit incipere perscrutationem a principio de illis rebus prædictis:& complere sermonem in eo. Omne enim quod fuit declaratum de eo fuit decisum in locis diuersis & modo vult congregare illud & complere perscrutationem de illo. Et quia prius diuisit illa quæ mouentur per se in tres modos:in motum violente & motum naturaliter & diuisit ex quæ mouentur naturaliter in duo scilicet in habentia animam: & in ea quæ mouentur per declinationem scilicet per grauitatem: & leuitatem:incepit dicere in quibus istorum apparet motum habere motorem: & in quibus latet. Et dixit: & in rebus quæ mouentur extra naturam &c. ideſt & cum res motæ sunt in duobus modis: manifestum est quod illa quæ mouentur violente:& extra naturam sicut terra ad superius: & ignis ad inferius mouentur ab alio scilicet manifestũ est in istis quod motor in eis aliud est a moto. Deinde post illa quæ mouentur &c.i.& post ista apparet hoc in eis quæ mouentur naturaliter ex se:sicut in modis animalium.s.quod motor in eis apparet esse aliud a moto. Et deinde dedit post ista:qa ista intentio ma-

gis apparet in eis quæ mouenſ violẽte: & post ista apparet in aĩalibus: nullus em̃ dubitat qp aĩal mouet ab aĩa:& qp ala est motor:& corp⁹ est motũ:& ideo dixit:nõ em̃ latet &c.& in hoc modo dicim⁹ qp motor differt a moto:quia non latet aliquem in aĩalib⁹ qp corpora sua mouentur a principio existẽte i eis alio ab eis. Sed latet de eis hoc qño est existẽtia motoris in eis.s.vtrũ est distinctus ab eis ecõtrario eis quæ mouẽtur a motore extrinseco.s.quia in istis apparet manifeste quod motor est distinctus a moto. Et intẽdit per hoc expergefacere homines ad appetendum quærere de partibus animæ:& dixit:videt em̃ fere quod quẽadmodũ in nauib⁹ &c.& intelligendũ hic per distinctionem,distinctionem in esse nõ distinctionem in diffinitione. Motorẽ a enim in animalibus esse distinctũ a moto per diffinitionem est manifestum per se:sed est ignotum vtrũ distinguatur aut non distinguatur nisi per accidens:& hoc intendebat cum dixit.sed quomodo oportet determinare &c.i.determinare qualis est dispositio motoris ad motũ. Et cũ dixit qp de hoc est perscrutandũ in aĩalib⁹ dedit dubitationem quæ facit credere qđ motor in animalibus põr distingui secundum esse:& dixit. videtur enim fere &c.i.& hoc est dubiũ:quia potest aliquis dicere qđ forte ita est in dispositione motoris ad motũ in animalibus:sicut in rebus artificialibus quę mouentur per principium in eis:sicut in nauib⁹: & in alijs artificialibus. Quoniam cum dixit hoc reuersus est ad distinguendum illud quod est manifestum de animalibus:& dixit: & secundum hunc modum &c.i.& secundum hanc opinionem de animali: scilicet ipsum cõponi ex motore & moto:quorũ vterqp distinguitur a re liquo naturaliter intelligendum est qñ dicimus animal mouet se secundũ totũ.i.secũdũ qđ componitur ex motore & moto:& non ita quod motor & motũ sint in eo idẽ in actu. D.d,sed in eo in quo est dubitatio proprie est illud quod remanet ex diuisione.i. & dubitatio non est nisi in tertio modo. Iam enim diuisimus ea quæ mouentur essentialiter: & diximus qđ quædã mouentur violente:& quędã naturaliter: & eorũ quæ mouentur naturaliter quædã videntur moueri ab aliquo alio et sunt animalia:& in quibusdam latet hoc & sunt corpora simplicia. In istis enim non apparet alietas motoris a moto:sicut apparet in habẽtibus animas,immo in eis non est alietas omnino:& sunt sicut dixit grauia & leue. b Ista enim inueniuntur moueri ad sua loca naturalia ex se:& ad loca opposita suis locis naturalibus ex alijs. Verbi gratia, quia lapis ad inferius mouetur per se naturaliter:& ad superius per vim leuitatem:& econtrario ignis:& hoc intendebat cum dixit, & ista enim mouentur ad duo loca opposita:duobus suis locis naturalibus:& mouentur naturaliter ad sua loca propria.

a Motorẽ in aĩalibus eẽ distinctũ a moto declinatione est manifestũ ꝑ se. Vel leꝛ. O

In corporibus simplicib⁹ nõ est alietas motoris a moto:sicut apparet in habẽtibus animas.vide.4 phy.cõ.71. P

b Grauia & leuia mouẽtur ad sua loca naturalia ex se: & ad loca opposita suis locis naturalib⁹ mouẽtur ex alijs.

A quo autem manifestum non est sicut cum moueatur extra naturam. Et namque ipsa à seipsis ponere impossibile est. Animalis enim hoc est & animatorum propriũ: & facere statim esse ipsis & nõ ambulãdi. Quare si est i ipso sursum ferre igni manifestũ est qp i ipso & ẽ deorsum. Irrationabile est aũt vno

motu

motu moueri solum à seipsis: siquidem ipsa seipsa mouent.

Q A quo autem mouentur non est manifestum in eis: sicut est manifestum quando mouentur extra naturam. Dicere enim ea moueri ex se impossibile est. Hoc enim est proprium animalibus: & est proprium habentibus animas. Et si ita esset: tunc esset possibile eis quiescere ex se: & dico. Verbi gratia, quod si aliquis est causa sui ipsius in ambulatione est etiam causa sui ipsius in dimittendo sui ambulationem. Et ideo si ascensus superius est ex ipso igne: manifestum est quod descensus ignis etiam ad inferius est ex ipso igne. Et dicere etiam quod ea quæ mouentur ex se: vno motu tantum mouentur non est de ratione si mouent se.

Quod ex se mouent: nõ ẽm vno motu mouent. Animalia nõ indigẽt in principio sui mot⁹ cã

R Id est. In corporibus autem simplicibus non apparet ipsa moueri a motore alio moto: sicut apparet hoc in eis quę mouẽtur ab extrinseco.

29 extrinseca sicut inanimata. Idem supra cõ. 27.

D.d. dicere enim &c. i. & non possumus etiam dicere in eis quæ mouentur à principio in eis addito ei quod mouere ex eis abscp eo quod indigeãt causa extrinseca: sicut dicimus in eis quæ mouentur ex se: quę mouentur à principio in eis sine indigentia causæ extrinsecæ: sicut est dispositio in habentibus animas. hoc enim impossibile est. Deinde incepit declarare quomodo est impossibile & dixit: quoniam hoc non est nisi in animalibus. s. quæ mouentur a principio in eis sine indigẽtia causæ extrinsecæ. Deinde dedit rationem super hoc: & dixit: & si ita esset &c. id est. Verbi gratia, si ignis esset causa in se per quam posset moueri sine indigentia causæ extrinsecæ: tunc per istam causam posset quiescere sine indigentia causæ extrinsecæ. Res enim in qua est causa qua potest moueri sine indigẽtia causæ extrinsecæ: sicut animal in quo est anima: per illam potest quiescere. D.d. & dicere etiam &c. id & dicere in eo quod mouetur per principiũ in eo sine indigẽtia alicui⁹ extrinseci quod mouetur vno motu: non est secundum rationem. Principia enim quæ sunt huiusmodi innata sunt mouere motibus diuersis.

Amplius quo modo contingit continuum aliquod copulatum seipsum mouere. Secundum enim quod vnum est continuum non tactu secundum hoc impossibile est. Sed secundũ quod diuiditur sic hoc quidem aptum natum est facere: illud autem pati. Neq; ergo horum vllum ipsum seipsum mouet: consita enim sunt: nec aliud continuum vllum. Sed necesse est diuidi mouens in vno quoq; ad id quod mouetur: sicut in animatis videmus: cum moueat ipsa aliquod animatorum.

Et etiam quomodo est possibile vt aliquid continuum naturaliter conuenientium moueat seipsum. Secũdum enim quod est vnum continuum non contiguum est irreceptabile passionum. Et secũdum quod est segregatum erit tale: quod quidda eius est innatum recipere: & quiddam agere. Nullum igit ista

rum mouet seipsum cum sit conueniens: neq; aliqd omnino continuum. Sed necesse est vt motor in quolibet eorum sit distinctum à moto. Sicut videmus in carentibus anima quando mouerit illa aliquod habentium animas.

Cum declarauit quod illa quæ mouentur naturaliter non mouentur per principium in eis: quia non mouentur ex se. induxit etiam secundã declarationem per quam declarat q; illa etiam non mouentur per principium in eis. Et abbreuiatio eius qd' dicit est. Et quia illa quæ mouent per principia in eis: necesse est vt diuidant secũdũ diffinitionẽ in motorẽ & motũ: & vt nõ sint idẽ secũdũ diffinitionẽ: & essentiã. Motor ẽm debet esse distinctus a moto: aut secũdũ diffinitionẽ & esse insimul: sicut illa quę mouentur ab extrinseco: aut secũdũ diffinitionẽ tm: sicut est dispositio in habentibus animas. Anima ẽm quæ est motor in eis distinguitur a corpore quod est motũ secũdũ diffinitionẽ: licet nõ distinguat secũdum esse. s. q; impossibile est animã esse sine corpore nisi æquiuoce. Et quia corpora simplicia sunt vna secũdũ diffinitionem inter se: nullũ eorũ põt diuidi in motorẽ & motũ: necesse est vt nõ sint mota ex se nisi esset possibile vt motor esset ipm motũ. b Si igitur aliqs dixerit q; sunt corpora simplicia cõposita ex materia & forma: quorum vtrũq; est distinctũ secũdũ diffinitionẽ a reliquo. Dicimus ad hoc q; prima materia nõ est existẽs in actu: et illud qd' mouetur ex se debet dividi in motorẽ & motum in actu: qm illud qd' est in potẽtia c neq; mouet: neq; mouet. Si igif lapis. Verbi gra. moueret ex se contingeret vt esset motor & motũ eodẽ mõ d secũdũ formã: qm nõ est existẽs in actu nisi secũdũ formã: qd' est impossibile. D.d. & etiã quo est possibile &c. & intẽdit p cõtinuũ illud qd' est vnũ nõ p cõtiguitatẽ: & inteditp cõuenit illud qd' est cõsimiliũ partiũ: cui⁹ diffinitio partis & toti⁹ est vna. s. illud qd' nõ est diuersæ substãtiæ. D.d. secũdũ igif q; est cõtinuũ &c. i. q; res continuæ secũdũ q; sunt cõtinuæ nõ contiguę impossibile est vt recipiãt passionẽ. i. motũ ex se: cũ nõ dividant in motorẽ & motũ: nisi essent cõtinuæ copulatæ secũdũ cõtiguitatem. Et d. hoc: quia illud e quod mouet ex se aut erit diuisibile secũdũ diffinitionẽ in motorẽ & motũ: aut erit diuisibile in partes secũdũ contiguitatẽ: sicut quod cõgregatur ex aliquibus qd' est continuũ secundã cõtiguitatẽ. Omne igitur quod mouet ex se: aut erit distinctum aut diuisibile secũdũ diffinitionẽ: aut secũdũ quãtitatẽ. s. partes. Et cũ corpora simplicia nõ dividant altero modo istorũ: sequit q; nõ mouant ex se oino. D.d. & secũdũ q; est segregatũ &c. i. illa aũt quæ dividunt aut secũdũ diffinitionẽ: aut secundũ quãtitatẽ possibile est vt dividant in motorẽ & in recipiẽtẽ motũ. Et cũ posuit q; res cõtinuæ cõsimiles impossibile est vt moueant ex se: nihil ẽm qd' mouet p illud p qd' mouet res: sed nõ mouet se: nisi secũdũ illud qd' est nõ consimilis. s. secũdũ q; dividunt in motorẽ & motũ. D. nulli igif istorũ &c. & ista est cõclusio quã intẽdit p hãc sermonẽ. Et iste sermo sic cõponit. Corpora naturalia sunt cõsimiliũ partiũ simpliciũ. & illa quæ sunt cõsimiliũ priũ simpliciũ impossibile est vt moueãt se. ergo corpora nãlia nõ mouẽt se. Et cũ dedit conclusionẽ induxit terminum mediũ isti⁹ nõ

a Impossibile est animã esse sine corpore nisi æquiuoce

b Ex hoc 30 vt velle qd' nõ sint plus 8 res formæ substãtiales in simplicibus. Const mile. 4. ce. c. 22. & 4. ph. 71.

c Quod est in potentia neq; mouetur: neq; mouet. Idẽ. 5. phy. c. 8.

d Habetur pro incõuenienti hæc simplicia eẽ mouẽtia & mota secundũ formam. Sed vide tu in oppositũ 4. ce. c. 22.

e Quod mouet ex se aut est diuisibile in motorẽ & motũ secũdũ diffinitionẽ aut in partes secũdũ contiguitatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

clusionis: & dixit: cū sit conueniens & c.i. cum ista sint conuenientia & nullum cōuenīēs mouet se. Et quasi incepit primo & verificauit ma
iorē ꝓpositionē. s. ꝙ impossibile est vt aliquod moueat se secūdum ꝙ est vnū cōtinuū sed secūdū ꝙ est segregatū discretū. D. induxit con
clusionē & post induxit syllm. s. vtrāq; propositionē minorem: cum di
xit: cū sit cōueniēs & nullū a aliqd' secundū ꝙ est continuū mouet
se. i. cū corpora naturalia sint cōtinua & nullū vnū cōtinuū mouet se.

a Nullū cōtinuū secūdm ꝙ est continuū mouet se. Idē pro V de gñatione t. cō. 78. Et 4. phy. t. c. 48.

Et cū declarauit ꝙ nō mouentur ex se: incepit declarare ꝙ necesse est vt moueantur ex alijs: & dixit: immo necesse est &c. i. & cū sit declaratū quod non mouentur ex se: sequit necessario vt moueantur ex alijs extrinsecis. Et hoc intendebat cum dixit: & motor in quolibet eorū sit distinctus a moto in quolibet eorum. D. dedit exemplum in hoc & dixit: sicut inuenimus in carentibus anima &c. i. ꝙ motor in eis est necessario extrinsecus: sicut motus lapidis ad superius, ab homine.

Sed si accidit hoc semper moueri ab aliquo fiet vtiq; manifestum diuidentibus causas. Est autem & in mouentibus necessere quæ dicta sunt. Alia quidem enim extra naturam horum ipsa motiua sunt: vt vectis non natura grauis motiuus est. Alia verò natura vt actu calidum motiuum est potentia calidum. Similiter autem & in alijs huiusmodi est. Et mobile autem similiter natura: quod potentia quale: aut quantum: aut vbi est: cū habeat principium huiusmodi in seipso: non secundum accidens. Erit enim idem & quale: & quantum: sed alterum alteri accidit: & non secundum se est. Ignis autem & terra mouentur ab alio violente quidem cum extra naturam: natura autem cum ipsorum actus potentia sunt.

Sed sequitur in istis si mouentur naturaliter: vt semper moueantur ab alio. Et hoc apparet diuidendo causas. Et debemus accipere in motoribus etiam illas intentiones quas diximus quæ sunt mota extra naturam. Verbi gratia, quoniam lapidem magna velle mouere lapidem non est naturale.

Et quædam naturaliter. Verbi gratia, quod calidum in actu mouet calidum in potētia. Et secundum hunc modum dispositio de alijs similibus. Et similiter etiam illud quod mouetur naturaliter est illud quod est in potentia quale: aut quātum: aut vbi. Cum principium quod est tale fuerit in eo non accidentaliter. Idem enim potest esse quale & quantum: sed alterum erit in altero per accidens non per se. Ignis igit & terra mouent ex alio. Aut violēte qñ mouent extra naturam. Aut naturaliter qñ mouentur ad suas actiones: quas habent in potentia.

31 Cū declarauit ꝙ illa q̄ mouent nāliter q̄ sunt corpora alab. s. corpora simplicia nō mouent ex se: fuit necesse vt mouerent ex alij extrinsece.

Et esti motū ab aliq̄ necesse est aut vt motor sit ī eo: & tūc erit motū ex

se: aut extra illud. Et forte hoc non sequitur nisi cum declarabit quod omne motū habet motorē: & qd' nihil mouet se ita qd' motor sit ipsum motū. Cū igitur declarauit sicut diximus qd' illa quæ mouentur naturaliter & carent animahus nō mouētur ex se: dixit. Sed sequit in istis &c. i. & sequitur ex sermone prædicto vt nō moueantur nisi ab aliquo extrinseco: cum nō moueantur a principio in eis. D. incepit declarare hoc alio modo: & dixit: & hoc apparet diuidēdo causas &c. i. & apparet etiā ꝙ ista q̄ mouent naturaliter: & nō ālia sunt mota naturaliter ab aliquo extrinseco diuidēdo causas in suas primas species. Deinde accipiemus similia illis in motoribus. Mouentia enim sunt vn⁹ modorū causarū. Et intendebat qd' quia causæ diuidūtur primo in duas partes. Quarū vna est vt sint causæ sec'm violētiā. Secūda vt sint causæ sec'm naturā. Necesse est vt mouentia diuidātur in has duas partes. Et hoc intēdebat cū. d. & debemus accipere &c. i. & debemus diuidere etiā mouētia ī istos duos modos in ijs diuisim⁹ cās se cūdū naturā & extra naturā. D. d. quēadmodū. n. mouētur extra naturā &c. & hoc intelligitū est ꝙ se. D. d. & qdā naturaliter &c. i. qdā mouētia mouent per suā naturā: sicut calidum in actu quod habet naturam mouendi illud qd' est calidū in potētia vt fiat calidū in actu. D. d. & sec'm hūc modū &c. i. & alie virtutes actiue q̄ habēt naturā facere ea q̄ sunt potētia sibi sicia in actu. Et cū dixit motorē sec'm naturā dicere incepit de moto sec'm naturā: & dixit. & sil'r etiā &c. i. quēadmodū illa quæ mouent naturaliter sunt illa in q̄bus natura est mouere aliqd: & ad aliqd: donec faciat illud in actu. Ita etiā illud qd' mouetur naturaliter ꝙ est in potētia aliqua intentio prædicamentorū decē. V. g. vt sit in potentia qualis aut quātum aut vbi. Et cū omne qd' est in potentia motuū est illud in cuius natura est recipere aliquod prædicamētorū decē: sequitur ꝙ motor naturaliter sit oē ꝙ pōt mouere illud quod est in potētia aliqd' prædicamentorū decē: vt faciat illud p̄dicamentū in actu. Et ideo dixit: necesse est esse in hoc qd' motū naturaliter sit hoc ꝙ principiū mouēs sit: & dicit cū habeat principiū &c. Et dixit hoc: qm̄ res mouet ab alio essentialiter. Cū igitur mouetur ab aliquo essentialiter: tūc mouetur ab eo per suā naturā: & cum mouetur accidētaliter: nō mouetur ab eo per suam naturam. D declarauit hoc & dixit: idem enim est quale & q̄. i. & ex ipsā eius qd' mouet p accidēs est vt aliqs motor moueat aliquid qd' est in potētia. V. g. quale & cū facit ipsum quale in actu sequitur vt illud habere quātum quod prius nō habebat. V. g. qñ aqua mouet aerem ad frigus: sequitur illud minor quātitas. & similiter etiā forte mouet aliquid in quantitate essentialiter: & sequitur illud qualitas p accidens. V. g. ex quo nutritur animal. Multoties enim sequitur quātitatem in eo aliqua qualitas: & dixit. idem enim fit quale & q̄tum. i. ab eodem motore. Et cum ita sit necesse est vt alterum sit ab eo essentialiter: & alterū accidētaliter. s. ꝙ si quātitas fuerit ab eo essentialiter: qualitas erit accidētaliter: & econuerso. & ideo dixit: sed alterū eorū est in altero per accidēs. s. sed alterum eorum sequitur necessario vt inueniatur ab illo agēte vno per accidens. Vnum enim agens non habet naturam largiendi nisi vnū tantum. Et cum declarauit quod omne quid in quolibet prædicamento mouetur naturaliter ab eius motore extrinseco

X Causæ diuidunt̄ ī duas partes.

Aliquid qñ ꝙ p se mouetur ad q̄ tiētē & per accidēs ad Y qualitatem

& econtra. Vnum agẽs nõ habet naturam largiendi nisi vnum tãtũ. Idẽ. pri. de generatiõe. t. c. 56. & pri. c. cõ. 8. Vide infra hic cõ. 51. pro intellectione huius.

seco naturaliter: cum fuerit in sua potẽtia vt moueatur naturaliter ad illud. V.g. ad quale: & quãtum: & vbi: & posuit qd illud qd mouet accidẽtaliter & violente est illud qd mouetur cõtrario: illi qd in sua potẽtia est vt moueatur. Et similiter est de illo quod mouet. Cõclusit ex hoc quod terra & ignis & alia corpora simplicia habent istos duos modos vt moueant & moueantur. Habẽt enim virtutem naturalem & violentã scilicet accidẽtalẽ. Et dixit igitur & terra &c. i. qd iste mouentur violente quãdo mouentur per virtutem violentam quæ est in eis: & mouentur naturaliter quãdo mouentur ab eo quod generat ipsa.

Et intendebat declarare ex hoc sermone qd motus corporũ naturalium in hoc loco est in rei veritate ab eo quod generat ipsa: sicut alia accidentia quæ inueniuntur generari in re per generationẽ ipsius. Et qd ista sunt magis digniora esse de numero eorũ quæ mouentur ab extrinseco: quã de numero eorũ quæ mouentur per principiũ in eis: & quod nulla est contradictio in eis in ponẽdo illa moueri naturaliter ab extrinseco: cum plura generabilium naturalium generentur naturaliter ex extrinseco. Et cum declarauit in istis quod necesse est vt numerentur in eis quæ mouentur ex extrinseco: & iam posuit ea moueri naturaliter: declarauit secundum quot modos dicitur in eis moueri naturaliter: cum eo qd mouetur ex extrinseco: cum appareat in primo aspectu quod omne motum ex extrinseco mouetur violente.

A Mot9 corporũ naturalium in loco est ab eo qd generat ipa: sicut est de alijs acci

Quoniam autem potentia esse multipliciter dicitur: hæc autem causa est nõ esse manifestum a quo huiusmodi moueant: vt ignis sursum: terra deorsum. Est aũt potẽtia aliter addiscẽs & habẽs iam scientiã: & nõ cõsiderans. Semper autẽ est simul actiuũ & passiuũ sunt: sic fit aliquãdo actu quod est potentia: vt addiscens ex potentia ente alterum fit potẽtia. Habẽs enim scientiam nõ considerans autem potentia sciens est quodammodo: sed nõ sicut & ante addiscere. Cum autem sic habeat si aliquid non prohibeat operator & considerat: aut erit in contradictione & ignorantia. Similiter & hoc se habet in physicis. Frigidum enim potẽtia est calidum: cum autem mutetur iam ignis est: ardet autem nisi aliquid prohibeat & impediat. Similiter autem se habet & circa graue & leue. Leue enim fit ex graui: vt ex aqua fit aer: hęc enim potentia primum & iam leue operabitur mox nisi aliquid prohibeat. Actus est leuis est alicubi esse & sursum. Prohibetur autem cum in contrario loco sit. Et hoc similiter se habet in quanto & quali.

B dentib9. p hoc vide. 28. tertij de cælo.

Et tamen hic quæritur quare moueantur ipsorum locis grauia & leuia. Causa autem est quod apta nata sunt in aliquo vbi esse: & hoc est leui & graui esse: hoc quidem sursum: illud autem deorsum duci. Potentia autem est leue & graue multipliciter: sicut dictum est. Cum enim sit aer aqua quodammodo potentia

potentia & leue: & cum aer est potentia: & contingit enim per impedimentum non sursum esse: sed si auferatur impediens agit & semper sursum fit. Similiter autem & quale ad id qd est in actu mutatur. mox enim considerat scibs nisi aliquid impediat: etiam quãtum extenditur nisi aliquid prohibeat. Sustinens autem & prohibẽs dimouens: est sicut mouẽs: est autem sicut non: vt columnam euellens: aut lapidem remouens: aut a vase aquam: secundum accidens enim mouet. Sicut repercussa sphera non a pariete mota est: sed a prosciente. Quod quidem igitur nihil horum moueat seipsum manifestum est: sed motus habet principium non mouendi neq; faciẽdi sed patiendi.

Et qd illud qd est in potentia dicitur multis modis: hæc fuit causa vt illud ex quo mouent ista & similia est non manifestum. V.g. qd ignis mouetur ad superius & terra ad inferius.

Et addiscẽs est in potentia sciens alio modo ab eo scdm quẽ illud quod habet scientiã: sed nõ scit: est sciens in potentia. Et illud quod est in potẽtia forte erit in actu quãdo fuerit semper congregatum agens & recipiens. V.g. quod addiscens erit scibs ab eo cuius sciẽtia in potẽtia erat aliud in potẽtia. Quod enim habet scientiam sed nõ scit est sciens in potentia quoquo modo: sed iste modus potentiæ nõ est ille modus in quo erat pri9 anteqnã addisceret. Cum igitur fuerit in hac dispositione aget suam actionem: & sciet tunc: nisi aliquid impediat: & si nõ cõtingeret vt esset in opposito scientiæ scilicet ignorantiæ.

Et scdm hunc modum currit dispositio de rebus naturalib9 etiã. Frigidum enim est in potentia calidum: & cum fuerit trãsmutatũ erit tũc ignis & comburet nisi aliquid impediat. Et similiter est de graui & leui etiã: ex graui enim generatur leue. V.g. ex aqua aer: primo enim erat tale in potẽtia: & tũc fiet leue & faciet statim suã actionẽ nisi aliquid impediat. Actio enim leuis est vt sit in aliquo vbi & superius. Impedimentũ aũt accidit quãdo fuerit in contrario loci eius. Et scdm hoc est cursus in quãtitate etiam & in qualitate. Quamuis hic debet quæri. s. quare leuia mouentur ad vnum locum: & similiter grauia. Et causa in hoc est quia sunt nata vt sint in aliquo vbi. Et essentia grauis & leuis est ista: illud vbicari inferius: & istud superius. Sed leue & graue in potẽtia sunt multis modis: sicut diximus. Aqua enim dũ est aqua in potẽtia leuis quoquo modo: & cũ fuerit aer possibile est vt impediat quin sit superi9. sed

Actio leuis est vt sit in aliquo vbi & superius.

Essentia grauis & leuis est ista illud vbicari inferius & istud superius.

si illud impedimentū auferatur statim auget suā actionē & erit semp superiꝰ. Et secūdū hūc modū trāsmutat quale etiā ad illud quod est in actu. Scies enim statim sciet nisi impediatur & ipm etiā cptū extendit: si nihil sit quod impediat: illud aūt qđ aufert impedimentū quoquomodo est motor: & quoquomodo nō est motor. V.g. cp si aliqs homo auferat colūnā fulcientē pōdus: aut auferat lapidē positū super vtrem in aqua: tunc mouebit ista: sed per accidens. Quēadmodū pila quæ a pariete reflectitur non mouetur a pariete: sed a proficiente. Manifestū est igitur quod nullū istorū mouet se: ita quod in eo sit principiū motus: vt moueat aut vt agat: sed vt recipiat actionem.

32 Cū declarauit qđ lapis & vniuersaliter corpora naturalia simplicia nō mouētur ex se: cū nō diuidant in motorē motū. Et qđ ꝓpter hoc necesse est vt motor eorū sit extrinsecus. Et declarauit quod motor eorū est extrinsecus cū hoc quod sunt mota naturaliter: & qđ hoc in eis est per potētiā naturalē quæ est in eis vt moueant ad sua loca ꝓpria: sicut potētia existēs in re generata in substantia ad recipiēdā alia prædicamēta. s. qđ motor in eis est naturalis & extrinsecus. Et qđ hoc quod mouens in loco ꝓuenit eis a generāte sicut prouenit qualitas ꝓpria & alia accidētia. Vult declarare qđ latentia motoris istorū essentialiter & ꝓpter mixtionē potētiæ quā habet accidētaliter cū potētia quā habet essentialiter. Et ideo habet duos motores: motorē accidentaliter & motorē essentialiter. Et ideo motor qui est essentialiter admiscet cū eo q est accidētaliter: ita qđ existimatur qđ ista mouēt se. Et hoc intēdit declarare in hoc capitulo. Et dixit: & quia illud qđ est in potētia &c. i. & nō est manifestū illud mouens ex quo mouentur essentialiter corpora simplicia: quia potētia ad motum dicitur duobus modis. Quorum vnus est de potentia essentiali quæ est materia ex qua generata sunt & est naturalis. Alius aūt est de potentia violenta quæ est accidentalis. Deinde dedit exemplum & dixit. & potentia violenta &c. V.g. qđ ignis mouetur &c. i. & exemplum potentiæ essentialis quę nō erit in actum nisi a motore essentialiter est potentia quæ est in igne vt moueatur ad inferius cum reuertitur terra: & potentia quæ est in terra vt sit ignis & vt moueatur ad superius quæ est similis potentiæ quę est in addiscente vt sit sciens. Exemplum vero potentiæ quæ est accidētalis est potentia quæ est in ipso igne quando impeditur a motu ad superius: & potentia quæ est in ipsa terra vt moueatur ad inferius qñ impeditur: & ista potētia est similis potētiæ quæ est in sciente qñ non scit. i. non vtitur sua scientia: & est violenta. Et quia altera istarū est essentialis: & altera accidentalis: ait similiter essentialem potentiæ quæ est in addiscente vt fiat sciens: & potentiā accidentalē ei quæ est in scīente qñ nō vtitur scientia ꝓpter aliquod impedimentū. Et hoc intēdebat cū dixit: & addiscens etiam in potentia &c. id est & addiscens antequā addiscat dicit esse scīs in potētia alio modo ab eo quo dicit in eo ꝙ habet scientiā in igne in quo nō vtit sua scientia qđ ipsum est sciens in potentia.

A quo ꝓuenit forma ab eodē ac-

C

D

cidētia cōsequentis formam prouenjunt.

Potētia essentialis est in materia & naturalis.

B

Prima

Et cū induxit istos duos modos. s. cōsequēs in hoc syllogismo: incepit destruere eos & dixit: sed manifestum est hoc esse impossibile, scilicet duos modos esse insimul. D. incepit destruere alterum modum: & est quod motor mouetur necessario illo modo motus quo agit: & dixit: necesse est enim vt diuisio perueniat &c. id est & est impossibile vt transmutans transmutatum transmutetur modo transmutationis secundum quam transmutat: quoniam cum diuiserimus trāsmutationem quousq; perueniamus ad individua quæ sunt in modo illius transmutationis: continget vt idem sit transmutatum transmutans eodem modo. Verbi gratia, quod cum nos diuiserimus transmutationem & transmutatum in tres transmutationes quæ sunt alteratio: augmentatio: diminutio: & translatio: & diuiserimus vnam earum in suas proprias species. Verbi gratia, vt diuidamus qualitatem in sua propria genera: & accipiamus ex eis vnā speciē. V.g. formam quę est in animato secūdū quod est animatum: & acceperimus ex istis sanitatē: & acceperimus ex istis vnū individuum quod agit vel patiatur: continget vt sanans quod est medicus. Verbi gratia, sanetur. Quod est valde improbabile, scilicet ille qui sanat a febre sanetur ab ea quando sanat. Et similiter si acceperimus aliē quod individuū individuorū formarum quæ sunt in anima. V.g. sciens geometriā: continget enim vt sciat aliqđ de geometria & addiscat insimul. Verbi gratia, vt sciat mensurā trianguli & addiscat ipsam insimul.

Et

Et cū destruxit primā diuisionem, & est vt moueatur modo motus quo mouet. D. d. aut vt nō sit ita &c. id est, aut dispositio moueātis non erit alia scilicet vt moueantur illo modo motus quo mouent: sed vnū quodq; mouentium mouet genere motus alio a genere quo mouetur. V.g. vt trāsferens augeatur, & augmētans alteretur & alterans moueatur alio motu. D. d. sed si hæc fuerit, id est, sed continget ex hoc peruenire ad motorem qui nō mouetur. Genera enim a motū quibus mouētur motores sunt finita. V.g. qđ sit trāsferens trāsfert quādo alteratur, & alterās alterat: quoniā augetur: sequitur necessario vt augmentans augmētetur nō ita qđ trāsmutetur: cū nullū hoc sit genus quartū motus, & secundū hoc nō omnis motor moueatur: neq; illo modo quo mouet: neq; alio modo. Et quia aliquis potest dicere q̄ possibile est vt hoc reciprocetur scilicet vt trāsferēs trāsferat cū alterat, & alterans cū augmētat, & augmētās quādo trāsfertur, & sequitur ex hoc primū impossibile qđ est vt idē trāsferat & trāsferatur eodē modo & simetur secundū q̄ sanat. Dixit. Si autē dixerit aliquis &c. id est, ex ista positione sequitur vt res moueatur eo modo quo mouet: licet sequitur ex prima positione, & in nihilo differāt: sed in prima res alterat quādo alteratur sine medio: hoc autem cū medio, & idē est impossibile sine aliquid moueat aliquid secūdū qđ mouetur illo modo motus cū medio aut sine medio. Et quia cōsecutio ista nō apparet nisi quando fuerit posita q̄ mouētia quæ mouētur secūdū hāc modā necesse est vt reducantur ad primū motorē qui est causa in inuentēdo motū in eis, & sine ipso nō mouerent. Dixit manifestū est eū qđ omne motū &c. id est, & necesse est qđ in istis sequatur impossibile prædictum & est aliquid moueri illo modo motus quo mouet: quia manifestū est qđ omne motū cuiuscūq; generis sit generā motus si mouet quādo mouetur: nō mouetur nisi a motore qui est ante ipsum, & hoc intēdebat per motorē sit priorē, & dixit, & maxime a primo mouētiū: quā cū mouētia mouent ex aliis: postremū eorū nō mouet nisi p motorē qui est ante ipsum scilicet qui mouet ipsum, & similiter istud scd'm nō mouet nisi p tertiū qđ est ante ipsum, & oia nō mouēt nisi p primū motorē. Si igit posuerimus. V.g. qđ generās generat qū alterat, & alterās alterat qū trāsfert: sequitur necessario vt trāsferēs sit principiū istorum motuū, & motor istius motus est primus motor, & similiter illud qđ mouet ab eo. Et cū ita sit, & posuerimus vt trāsferēs qđ est primū. V.g. trāsferat quando generāt: generātū nō potest esse nisi quādo trāsferens fuerit: qū ita fuit positū: sequitur necessario vt trāsferēs nō sit trāsferēs nisi trāsferatur. Sed quia impossibile nō apparet in hoc loco bene in motore in loco, Existimatur eū qđ motor in loco moues se: induxit mosū motus in quo apparet impossibile sequēs hāc ꝓpositionē vniuersaliter, & dixit: sequitur eū vt scīēs addiscat &c. s. sequitur eū ex hac positione vt primus motor. V.g. in alteratione vt scīēs doceat idē numero, & addiscat ipse insimul, ita quod qui docet angulos triāguli esse æquales duobus rectis addiscat demōstrationē eius quādo docet ipsum: sequit eū hoc vt idē sciatur & ignoretur insimul. Addiscere eū est secūdū ignorāriā, & docere secūdū scīriā. D. d. & magis improbabile est &c. s. & vniuersaliter q̄ dicet q̄ motor nō mouet nisi scd'm q̄ mouet, sequit

et 4 ei

R a Genera eī motuū quibus mouentur motores sunt finita.

S

T

ei incōuenies qđ cōtingit dicēti qđ sanāa nō sanat nisi secūdū qđ sanatur. D. incepit dicere quomodo cōtingit hoc incōuenies, & dixit aut ex primo aut per media plura vno. i. aut ex primo qñ mouetur illo modo motus quo mouet: si aūt posuerimus ꝙ mouet alio modo nō ab eo quo mouet: veniet idē impossibile. s. mouere ꝙ medīū. Et iste sermo & prædictus sunt idē & eadē demōstratio: sed induxit prīū in forma demōstratiōis, & scd'm̄ forma ducētis ad improbabile. Iohac eīm positiōe adunāta sunt hæc duo. s. impossibilitas & improbabilitas.

Non ergo necesse est semp moueri ꝙ mouetur ab altero & ab hoc ꝙ moueatur: habit ergo. Quare etiā à quiescēte mouebitur quod mouetur primum: aut ipsum seipsum mouebit.

V
Quod per se causa est semp prior est eo quod est secūdū alterum,

At vero si oporteat cōsiderare vtrū causa motus & principiū motus sit ipsum seipsum mouens: aut quæ est ab alio illa omnes ponūt. Ipsum enim quod per se est causa: semper prior est eo quod est secūdum alterum: & quod ipsius est.

Non igitur est necessariū vt motū moueatur ab aliquo semper: vt istud aliud moueatur: cessabit hoc igitur. Et primū motū aut mouebitur à quiescēte aut ipsum mouebit se. Si igitur est necessariū cōsiderare ꝙ istorū duorū est causa & principiū motus: vtrū illud ꝙ mouetur ex se aut ab alio. Quilibet enim homo festinat ad ponēdū hoc. Illud enim quod per se mouet in aliqua dispositione semper est causa prima eius cuius transmutatio est in illa dispositione etiam.

39 Id est, & cū declaratū est impossibile est vt aliquid moueatur ab alio extrinseco moto, & sic in ināitum: sed necesse est vt hoc esset sicut declaratum fuit prius apud primum motum quod non mouetur a motore extrinseco moto. Deinde dicit primū igitur motum aut non uebitur a quiescente. &c. id est, necesse est igitur vt primum motum in loco s. moueatur a motore qui non est innatum moueretaut, moueatur a motore qui mouet se: vt intendit Plato secundum suā positionem qđ omnis motor de necessitate mouetur. Deinde dicit si igitur necesse est considerare &c. id est, & si necessarium est in hac perscrutatione cōsiderare quod istarum rerum motarum est dignius vꝰponatur primum verum illud quod mouetur ex se aut illud quod mouetur ex alio extrinseco. Quilibet enim homo conuenit nobiscum in hoc quod illud quod mouetur ex se est dignius vt sit primum principium quam illud quod mouetur ex alio. Et cū dixit quilibet homo festinat ad ponendum hoc: dedit causam in hac, & dixit: illud enim quod per se mouet &c. id est, & hoc manifestum est omnibus & concessum eis: quoniam illud quod per se est in dispositione per quā est mouens semper est causa præcedens illud per quod aliud est in illa dispositione scilicet per quam est mouens. Et dixit hoc: quoniam si hoc est necessariū in hoc quod aliquid moueat vt moueatur tunc motor qui habet in se istam dispositionem est dignior vt sit motor: quam illud quod habet hanc dispositionem ex alio,

Secūdū Platonē omnis motor de necessitate mouetur.

Quare

QVARE hoc considerandū est accipiētibus alterū principiū: si aliquid mouet ipsum seipsum: quo modo mouet & secūdū quē mouet modū. Necesse igitur a omne ꝙ mouetur esse diuisibile in semper diuisibilia. Hoc enim ostēsum est prius in vniuersalibus de natura ꝙ omne quod mouet per se cōtinuū est. Impossibile igitur & ipsum mouēs seipsum penitꝰ. mouere ipsum seipsum. Fertur eīm vtiq; totū & fert & secūdū eā dē loci mutationē: vnum cum sit & indiuiduū specie, & alteretur & alteret. Quoniam doceret vtiq; & doceretur simul, & sanaret & sanaretur secundum eandem sanitatem.

a Omne ꝙ mouetur est X diuisibile infra tex. c. 46. &. 6. Y phy. 32. & 5. ph. 62. & quæ ibi.

Amplius determinatū est ꝙ mouetur mobile. Hoc autē potētia est ꝙ mouetur: nō aūt actu. Quod autē est potētia in actū vadit. Est autē motus actus mobilis imperfectus. Mouens autem iam actu est: vel calefacit calor, & omnino generat habēs speciē. Quare simul & idē secundū idem calidū erit & nō calidum. Similiter antē & aliorū vnūquodq; quorū mouens necesse est habere vniuocū. Hoc quidē ergo mouet: id autem mouet ipsum seipsum mouens.

Impossibile est idem moueresecipsum.
13

Oportet igitur considerare nunc de hoc incipiēdo alio modo scilicet si aliquid mouet se qualiter moue & quo modo.

Dicamus igitur quoniā necesse est vt omne motū diuidatur in diuisibilia. Hoc eīm declaratū est prius in nostro sermone de summis de natura. Omne eīm motū per se est cōtinuū. Et impossibile ēvt illud ꝙ mouet se, moueat se scdm totū. Qñ tūc secūdū totū trāsfert & trāsferret eodē modo, trāslatiōis, & est vnū indiuisibile in sua specie, & tūc idē alterabit & alterabit, & sic sciet & addisceet insimul, & sanabit & sanabit eadē sanatione. Et iā determinauimus etiā quid intēdimꝰ cū dicimus ꝙ aliquid mouet scdm ꝙ mouet, & est ꝙ in potentia mouet, & nō actu. Et illud ꝙ mouet semp nititꝰ ad pfectionē. Et motus est pfectio nō cōpleta ei ꝙ innatū est moueri, & motor autē exiit in actū. V. g. ꝙ calefaciēs est calidū & vniuersaliter est illud ꝙ iā habet formā & sic idē in eodē modo erit calidū & nō calidū insimul. Et secūdū hunc modū est de qualibet aliarū rerū motarū: quarū motor est vniuocū secundū formā.

40 Motꝰ quis est cōtinuꝰ fuit necesse vt subiectū

CVM declarauit qđ omne motū in loco reducetur ad motū ex se. Et qđ illud quod sequitur de hoc in motis postremis particularibus sequitur similiter in motis primis vniuersalibus: siue fuerit vnū siue plura. Et declarauit ꝙ necesse est vt motor per quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

est? sit de natura contínui, & non de natura discreti. idē 2.cx. com.

A 47.&.2.de genera.t.c. 62. Idē mouere se est impossibile in corporibus & in virtutibus i corpore.

a Quomodo platoexistimauit idē

B mouere se. Motus alie & intelligētiarū est eq.

C uoce dictus cū motu q est a motoribusq sunt corpora aut virtutes in corporib?. Quod pri? est magis

D causa mouēdi quam seq̄s. Idem supra text. com. 38.

mouetur motū ex se primū nō mouentur o mnino neq; essentialiter neq; accidētaliter. Et declarauit qd' idē impossibile est vt moueat & moueatur eodē modo. Vult p̄scrutari de moto ex se scūdū qd' est motū ex se: quomodo mouetur, & a quo mouetur, & intēdebat hoc: quoniā videbatur Platoni qd' motū ex se cōponit ex moto & motore qui mouet se. Et ideo dixit: oportet nos nūc cōsiderare &c. id est, & intēdit per hoc illud qd' mouetur ex se: qd' manifestū est esse motū. Dicit dicamus igitur qd' necesse est &c. & intēdit per hoc illud qd' declaratū fuit prius scilicet quod omne motū ē corpus. Et qd' omne corpus diuiditur in corpora diuisibilia semper. Et qd' impossibile est corpus diuidi in indiuisibilia sicut dicūt platonici. Et cū dixit: quia est cōtinuū immut causam quæ facit motū esse cōtinuū. Motus enim quia est cōtinuus fuit necesse vt subiectū eius sit de natura cōtinui, & nō de natura discreti. Et cū posuit hāc propositionē dicens qd' omne motū est diuisibile: sequitur vt omne motū sit corpus: siue ponatur mouere se: aut moueri a motore alio. Et cū verificauit hāc cōsecutionē, & iā declarauerat qd' impossibile est vt idē secūdū qd' est corpus moueat se. ita qd' moueat se & moueatur eodē modo: posuit etiā hanc propositionē, & dixit & impossibile est vt aliud &c. id est, & iste sermo per se intellectus, & est prius dicto scilicet qd' impossibile est qd' aliquid moueat secūdū qd' mouetur, & hoc est in motis & mouētibus quæ dicūtur vniuoce, & dixit hoc: quia hoc nō est impossibile nisi in motoribus quæ sunt corpora aut virtutes in corporibus. Et a ideo existimauit Plato qd' mota ex se mouētur a motoribus abstractis scilicet quia ponebat qd' mouens se est abstractū, & qd' abstractū est mouens se. Sed si hoc fuit ita tūc motus & mouere illic dicētur equiuoce cū motu qui est hic. Error cōtingit Platoni ex hoc qd' opinabatur qd' primus motor in corpore qui mouetur ex se non est corpus, & est vera opinio. Et opinās est cū hoc q̄ omnis motor siue fuerit corpus: siue nō: nō mouet nisi moueatur vno modo motus dicto vniuoce. Et fuit impossibile apud ipsum vt motor qui est corpus moueat se, & similiter qui est virtus in corpore. Et tūc cōcluit ex hoc qd' anima nō est in corpore & qd' est æterna cū moueat se. Et hoc esset verū si anima moueret se essentialiter, & moueret se motu proprio abstracti scilicet vt intellectus & intellectū in ea essent idem: vt declaratū est de primo motore, & de cæteris motoribus abstractis. Sed iste motus dicitur equiuoce cum motu qui est a motoribus qui sunt corpora aut virtutes in corporibus, & omne hoc manifestum est exercitantibus se in istis scientijs.

Quod aūt nō cōtingat ipsum seipsū mouere, & sic q̄ vtrū q̄ moueat abvtroq; ex his manifestū est. Neq; em̄ erit primū mouēs nullō: si idēvtrūq; mouebit. Quod em̄ prius est magis est causa mouēdi q̄ sequens & mouebit magis. Dupliciter em̄ mouere erat: aliud quidē q̄ ab alio mouetur ipsum: aliud aūt a seipso. Proximus aūt est q̄ longius est ab eo q̄ mouetur principio q̄ mediū. Amplius nō necesse est mouēs moueri nisi a

si a seipso secundū accidens. Ergo cōtra mouet alterū. Accipiebam igitur contingere non mouere. Ergo erit aliud quidem quod mouetur: aliud autem mouens immobile. Amplius non necesse est mouens aliquid cōtra mouere: sed aut immobile aliquid mouere necesse est aut ipsum a seipso moueri. siquidem semper necesse est motum esse. Amplius autē dū mouet motū & mouebit vtiq;. Quare calefaciēs calefiet. Necesse est igitur vt illud quod mouet se sit quiddam motor & quiddā motū.

Et apparet ex hoc quod dicemus quod illud quod mouet se nō mouet: ita quod vtraq; pars ei? mouetur ab vtraq; parte.

Tūc enim neutra pars erit motor primus, cum vtraq; pars moueat se. Quoniā vt sit causa motionis illud quod est pri? est dignius q̄ vt sit causa motionis consequens: & suū mouere ad illud est magis. Mouere autē fit duobus modis. Quorum vnus est vt motum moueatur ab alio: & alius est vt moueat per se. Et illud quod est remotius a moto est propinquius principio. Et etiam non sequitur necessario vt motū sic moueat: si motum ex se non fuerit per accidens mouet vtrūq; eorum reliquum. ergo possibile est vt vtrūq; eorum non moueat alterum. Ergo eorum vnum erit motum tantum: & alterum motor non motum. Et etiam non est necessarium vt motor reuertatur & moueatur: sed est necessarium vt sit aliquid quod moueat: & non mouetur: aut aliquid quod mouetur ex se si est necessarium vt semper sit motus: & si non tunc moueretur motu quo moueret: & sic calefaciens calefieret.

Id est. & cum motum ex se impossibile est vt moueat se: ita qd' mo- 41
tor in eo sit motum idem, necesse est vt sit compositum ex motore qui nō mouetur & ex moto. Quoniam si motor in eo fuerit motum: tūc ipsum erit primum motum ex se: & reuertetur quæstio: vtrum motum in eo sit motor: aut quiddam est motor qui non mouetur & quiddam motum. Et est manifestum quod motor a quo mouetur motum per se non est corpus: quoniam si esset corpus nō moueret nisi moueretur.

Si Arist. igitur esset contentus in hac declaratione de dispositiōe motus ex se esset sufficiēs in hoc qd' intēdit. Sed quia aliquis potest defendere Platonem dicendo: quid prohibet quodvtraq; pars moti ex se moueat reliquam: ita quod motus eius sit quasi reciprocatus in se. Dixit: & apparet ex hoc quod nos dicemus &c. & intēdit essentialiter & non accidentaliter. D. d. tunc enim &c. id est sed cum hoc fuerit positum sequitur vt neutra earum sit primum motum ex se. Deinde dixit cum vtraq; mouet se &c. id est & sequitur vt vtraq; earum nō sit primum motū. quoniā vtraq; earū est dignior vt sit causa eius quod est se mouere scilicet q̄ vt sit causa se mouere aliud. Quoniā se mouere aliud est consequens mediante se mouere seipsum & est precedēs: & ratio est econtrario:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecõtrario: & est qm̃ vtriusq; earũ mouere seipsum est se mouere aliud. Prior igitur duarũ motionũ est mouere aliud & cõsequẽs & posterius est mouere se: quod est ecõtrario ei quod mouetur ex se. D.d. & motio iam fuit duob⁹ modis &c. & demõstrat destructionẽ istius positionis scilicet vt duo mota aut plura vtrũq; eorũ moueat reliquũ essentialiter: ex hoc quod declaratũ est quod motũ quod inuenitur ex eis quæ mouentur insimul: quæ sunt duo & plura: est duob⁹ modis. Quorũ vnus est motum quod mouetur ab alio. Et alterum motum quod mouetur
B per se. Et est illud ad quod perueniunt mota ex aliis. Et illud quod est remotius a postremo moto. Et est illud quod est propinquius principio quod motum ex se est dignius mouere q̃ propinquius ei. Et secundam hoc erit impossibile vt vtrũq; duorum motorum moueat reliquũ essentialiter. Tunc enim vtrũq; erit motum & motor insimul eodẽ modo: & non erit illic primus motor primum motum ex se: nec postremũ motorum: nec media. Et totum hoc est econtrario ei quo positum fuit de dispositione in loco. Sed quia hoc nõ prohibet hoc esse per accidẽs, scilicet vt illud quod mouet per se accidat ei vt moueat aliud: dixit: & etiam non sequitur necessario &c. id est & cum in motis quæ sunt huiusmodi scilicet quorum vtrũq; mouet reliquum essentialiter non fuerit motum ex se: non sequitur vt motum eorum moueat aliud. Hoc est non est necesse nisi in medio quod est inter motum ex se: & postremum motum quod nõ mouet vt declaratum fuit prius. Et cum omne hoc est sicut narrauimus tunc non est possibile vt vtrumq; eorum moueat vtrũq; nisi per accidens: & quod vtrũq; eorum sit motum ex se. & hoc est ecõtrario ei quod posuit aduersarius. Deinde dixit ergo possibile est &c. id est & cum vtrũq; eorum non mouet reliquum nisi per accidens: possibile est vt neutrum moueat reliquum: ita quod ex ambobus non fiat motum ex se nisi per accidens: & aduersarius ponit quod motum ex se mouet se essentialiter & semper. Deinde induxit cõclusionem quæ demõstrata est prius & dixit: alterum igitur erit motum &c. id est & cum motum ex se non põt componi ex duabus partibus quarum vtraq; mouet reliquam: sequitur necessario vt componat ex duabus partibus quarum altera est motor tantum non mota & alia mota tantum. Deinde dixit. & etiam non est necessarium &c. id est & etiã non est necessarium vt motor non moueat nisi reuertatur & moueatur a se: & tunc moueat siue moueat se per medium aut sine medio: contingit enim vt calefaciens calefaciat se: & cum hoc est impossibile necesse est si motus est semper vt sit hic primus motor qui non mouetur & motum ex se & si nõ: contingeret sicut dixit quod calefaciens calefaceret se: & tunc calefaceret aliquid: quod est impossibile.

At vero nec primo ipm seipm mouet: nec vna pars nec plures mouebũt ipsum seipsum. Vnũquodq; enim totũ si mouet ipsum a seipso: aut ab aliquo quæ sunt ipsi⁹ mouebit: aut totũ a toto. Si quidẽ igit in mouẽdo aliquã partẽ est ipsum a seipso. Hoc vtiq; erit primũ ipsum seipsum mouens: separatum quidem enim hoc mouebit ipsum seipsum. Totum autem non: si autem

autẽ totũ a toto mouet: secundũ accidens vtiq; mouebit⁹: hæc ipsa seipsa. Quare si nõ necessariũ accipiant quæ nõ mouentur a seipsis. Totius ergo aliud mouebit cũ immobile sit: aliud autem mouebitur. Solum enim sic possibile est aliquid seipsum mobile esse. Ampli⁹ siquidẽ tota ipsa seipsam mouet. Hoc quidem mouebit ipsius: aliud vero mouebit. Ergo totũ quidẽ. a. b. a seipso mouebit & ab. a. primo. Et impossibile est etiã vt nulla pars ei⁹ quod primo mouet se: nec plures vna mouet seipsam. Quoniã ipsum totũ si mouetur ex se: aut mouet ab aliqua parte suarum partium: aut ipsum totũ mouetur a seipso toto. Si ergo mouetur ita quod aliqua pars eius mouetur ex se tunc illa pars est primũ quod mouet seipsum: quoniã ista pars singulariter mouet seipsam. Illud autem secundum totũ non. Et si illud totum mouetur a seipso toto: tunc ista, scilicet partes etiam mouent se per accidens. Et si hoc non est necessariũ neq; ponatur eas non moueri ex se: tunc igitur quiddam totius mouet & non mouetur: & quiddam mouetur. Et etiam si aliquid secundum totum mouet se: & quiddam est motor: & quiddã motum. a. b. ergo mouetur ex se, & ex. a.

A. mouens. B. motum.

Tota linea ex seipsa mouetur & ab. a. primo.

Ista est declaratio in qua fuit textus est Arist. in hoc qd̃ motum ex se cõponit ex motore qui nõ mouet: & ex moto: nõ ex moto & motore qui innatus est mouere se vt Plato dicebat. Expositores aũt, scilicet Themistius & Alexãder inducunt demonstrationẽ sup hoc alio modo existimãdo ipsam esse breviorẽ & certiorẽ demonstratiõe Arist. Dicunt enim qd̃ motũ ex se nõ potest euadere a quinq; partibus cõtradictionũ⁹, scilicet diuidit in duas partes: motorẽ nõ motũ: & rem motã. Aut vt totũ moueat se. Aut vt vtraq; pars moueat vtrãq;. Aut vt pars moueat totũ. Aut vt totũ moueat partẽ. Et ducunt ad inconuenientia in omnibus eis eadẽ via. Et est: qa motor est ipsum motũ. Dicũt enim qd̃ si totũ mouet totũ: erit mouẽs idẽ cũ moto: qd̃ est impossibile. Et si pars mouerit totũ: tunc eadẽ pars erit in eo motor & motũ. Et similiter si vtraq; pars mouerit vtramq; partẽ: vtraq; earum mouebit se: nõ eãm est differẽtia inter hoc qd̃ aliquid moueat se cũ medio aut sine medio. Et similiter dicunt si totũ mouerit partẽ sequit vt totũ moueat se. Et totũ hoc est error & deceptio. Primo eãm decipiunt peccantes in hoc qd̃ existimant qd̃ diuisio qua vtitur in hac declaratiõe est diuisio in cõtradictẽtibus: & qd̃ demonstratio cõplebit qã quatuor cõtradicentia

42 Digressio contra Themistium & Alex.

Primus error eorum.

dicentis destruentur: & remanebit quintū qđ est qđ motū ex se cōpa-
nitur ex motore nō moto: qđ nō est corpus: & ex moto qđ est corp⁹.

Et nō est sicut existimauerūt. Quoniā cū posuerimus q impoſe est
vt motū sit ipse motor: tūc necesse erit vt motū ex se diuidatur in duas
partes. ſ. in motorem qui nō mouetur. & rem quę mouetur tāmodo.

Sed quia Arist. vidit q̄ sunt hic alij modi ab his duobus modis. &
potest aliquis existimare motū ex se forte est ſcđm aliquē eorū: incipit
destruere eos ad cōfirmādū suā demonstrationē: & ideo induxit in vno
quoq; eorū cōclusionem quā induxit in prima demonstratione. & si de
monstratio eius esset fundata super modū cōtradictionis nō induceret
cōclusionem nisi semel. Et quia existimatio magis apparens est qđ
vtraq; pars moti ex se mouet reliquā ſecundum reciprocationem: incē
pit destruere hoc dicendo hoc aut erit essentialiter aut accidētaliter. Et
si fuerit essentialiter: cōtinget vt non sit in eis motū ex se: & etiā vt ali-
quid moueat se ſcđm q̄ mouet. Et cū destruxit duas diuiſiōes destru
cū eris vt illud qđ mouetur ex se sit tale. Expositores aūt cū destru
xerūt diuiſionem: quæ est essentialiter: existimauerunt qđ positio esset
destructa: & hoc est ſcđm peccatū. Et hoc etiā qđ dicunt q̄ si totū
mouetur a parte: continget vt pars quæ mouet moueatur essentialiter:
immo sequitur etiam vt illa pars moueatur ex se. Necessarium est vt
destruatur ista positio: dicendo q̄ quæstio reuertitur in hoc q̄ mouetur
ex se quomodo mouetur & cōtingit etiā q̄ illud qđ fuit positum mo-
tū primum non sit primū motum. Et etiam totum moueri a parte est
per accidēs. Respōsio igitur remanebit in modo qui est p accidēs ſ̄m
esse impoſe: est enim in rei veritate de modo ſcđm quē pars mouet par-
tem, cum nullo modo imaginatur quod pars mouet totum nisi per acci
dēs. Et remotius est imaginari qđ totum mouet partem essentialiter
nō igitur vtendum istis duobus modis donec diuiđatur ſcđm esse esse
tialiter & accidentaliter: sicut fecit Arist. Sed hoc non fecit in his
duobus modis: neq; habuit curā de eis: cū null⁹ existimet I primo moto
ex se qđ pars illius mouet totum: aut q̄ totum mouet partem: cum pars
mouēs debet distinguī a parte mota ſcđm esse aut ſcđm diffinitionem.
Et cum ita fuerit: tūc motum ex se diuidetur in duas partes: in motum
ex se: & motum a moto ex se: & tunc non imaginabitur quod pars mo
uet totum: aut quod totum mouet partem nisi per accidens. Et quia isti
duo modi qui sunt per accidens sunt manifesti nō habuit curam de eis
Arist. sed habuit curam destruere eos in quibus non bene apparet eos
esse per accidens: sicut fecit in partibus quę mouent se adinuicem: & in
ponendo quod quelibet pars mouet se: in quo dixit: quod si mo
tum ex se fuerit tale: continget vt ille partes moueant ſed per ac
cidens. Aristo. igitur non vtitur istis modis nisi eis in quibus latet
eos esse per accidens: & sunt illi modi de quibus potest aliquis existi
mare quod aliquis eorum est motum per se. De eis autem de quibus ap
paret accidentalitas non habuit curā Arist. & sunt quod totum mouet
partem: aut q̄ pars mouet totum. Si igitur aliquis dixerit qđ Aristo.
debet destruere istos modos ſcilicet totum mouere partem: & partem
mouere totum ſcđm q̄ sunt per accidens. Dicemus ad hoc q̄ Arist.

Secūdus er
ror.

Totū mouē
ri a parte ē
F
per accidēs
& remoti⁹
est imagina
ri quod to-
tū mouet p
tem essentia
liter.

Dubium

Solutio

diuiſit

diuiſit eos propter hoc quod accidentalitas est manifesta in eis: & non
voluit destruere nisi eos in quibus accidentalitas non est manifesta per
se cum hoc: sicut diximus quod nullus existimat: vt motum ex se sit ta
le ſcilicet de eis in quibus accidentalitas est manifesta per se.

Quoniam autem mouet aliud quidem quod mouetur ab
alio: aliud autem cum sit immobile. Et mouetur aliud quidē
mouens: aliud autem nihil mouens. Ipsum ſeipsum mouens
necesse est ex immobili esse: mouenti autem: & adhuc ex eo
quod mouetur: non mouente autem ex necessitate ſed qualis
ter euenit. Sit enim, a, mouens quidem immobile, b, verō
quod mouetur ab, a, & mouens quod est in quo est, c, hoc au-
tem quod mouetur quidem ab ipso, b, non mouens autem nul
lum. Siquidē enim & per plura media veniet in, c, sit per vnū
solum: omne igitur, a, b, c, ipsum ſeipsum mouet. Sed si aufero
c, a, b, quidem ſeipsum mouebit, a, quidem enim mouens, b,
verō quod mouetur, c, autem non mouebit ipsum ſeipsum ne
que penitus mouebitur. At verō nec, b, c, mouebit ipa ſeipsam
sine, a, b, enim mouet in eo quod mouetur ab alio: non quia ā
ſāpsius aliqua parte, A, b, igitur solū ipsum ſeipsum mouet.
Necesse est itaq; ipsum ſeipsum mouens habere mouens: im-
mobile autem: & quod mouetur: non aliud mouens ex neceſ
sitate. Contactu aūt vtraque adinuicem sunt aut ab altero altes
tum. Si igitur continuum est mouens: quod enim mouetur ne
cesse est continuum esse, manifestum est quod totum ipsum
ſeipsum mouet. Non eo quod ipsius aliquid huiusmodi sit: vt
ipsum ſeipsum aliquid sit mouere. Sed totum mouet ipsum
ſeipsum. Motum quidē & mouēs: quo ipsius aliqd est mouēs
& aliqd quod mouetur. Nō em̄ totum mouet: neq; totum mo
uetur. Sed mouet quidem, a. B, aūt tm̄ mouet. Sed tamen, c, ab
ipso, b, non necessario mouetur impoſsibile est enim hoc.

Et quia aliquid mouet: aut ita quod moueatur ab alio: aut ita
quod non moueatur. Et aliquid mouetur: aut ita quod mo
ueat: aut ita quod non moueat omnino. Necesse est vt illud qđ
mouet se sit ex non moto: sed est motor & ex moto: sed non
necessario est motor: sed currit ſecūdum vtrūlibet. Sit igitur
a, motor ſed non motum: &, b, motum ab, a, & mouens, c, &
c, moueatur ex, b, & nihil moueat oīno. Quoniā cū ad hoc
peruenierimus cū medīs pluribus vno ponatur vnū mediū tm̄
esse, a, b, c, igitur totū mouet se: ſed si abſtulerimus, c, remanes
bit, a, b, mouens se, a, enim est motor. &, b, motū, &, c, nō mo

uet

uet se:immo non erit omnino motor:neq; b, mouebit se sine, a. B, enim non mouet nisi quia mouetur ab alio nō a parte alia qua ipsius, a, b, enim solum mouet se. Necesse est igitur vt illud quod mouet se habeat in se motorem: sed est non motum: & motum. Sed est non motor alicuius necessario dum vtrūq; conuenit cum reliquo: aut dum vtrūq; conuenit cum reliquo tangit reliquum. Si igitur motor fuerit continuus motumvero necessario est continuum. Manifestum enim est quod tota res erit mouens se. Non quia quidam ipsius est tale scilicet mouēs se. Sed tota res mouet se. Sed est motū & motor: ita quod quidam eius est motor & quiddam est motum. Nō enim ipsum secundum totum mouetur: neq; ipsum secundum totum mouet: sed mouet secundum, a, & mouetur secundum, b, tantum.

Motor tantum.	Motum & mouens.	Motum tantum.
A	B	C
Anima.	Calor naturalis.	Corpus musculi.

43 Et quia. Cum declarauit quod moti ex se quædā pars est motor qui non mouetur & est forma: & quædam pars mouetur. Vult declarare quod omne motum ex se primum: & essentialiter cōponitur ex parte quæ mouet tm̄: & ex parte quæ mouetur: & quod pars mota non est de necessitate propter hoc vt sit motor alterius partis: sed in quibusdam motis ex se erit motor. s. in eis quæ sunt non prima: & in quibusdam non erit scilicet in primis. Et intendebat declarare per hoc qđ necesse est vt in motis ex se in quibus sunt plura vno moto sit motum ex se primum: qm̄ si pars mota esset semper motor contingeret vt motum ex se diuideretur in plures partes duab⁹. Ipse igitur posit has partes esse finitas & declarat qđ motum primum ex se in talibus cōponitur ex motore & moto tm̄. Et cum voluit declarare hoc incepit dividere modos motoris: & dixit: & quia aliquid mouet &c. i. & qa motor est duobus modis aut motor qui non mouetur omnino qm̄ mouet: & est illud ad quod inducit nos sermo: aut motor qui mouetur qm̄ mouet. Illud autem quod mouetur & tāc mouet: & nō est necesse semper vt sit motor: sed forte erit motor & motum: & forte erit motū nō motor alicuius rei: necesse est vt motū ex se cōponatur ex motore non

G moto & ex moto: sed quod non de necessitate est motor: & hoc est qđ est motum ex se primum. s. quod non mouetur a sua parte. Illud autē quod mouetur ex se propter aliquam partem ipsi⁹: sicut est dispositio in animali secundum totum. Et primum motum in eo est motor necessario sicut calor naturalis qui est motor & motum in animali necessario: quoniam cum fuerit separatus a membris quæ mouentur corrūpetur. Hoc igitur est illud quod intendebat declarare in hoc sermone: scilicet quod motum ex se componitur ex duabus partibus tm̄. Quarum

Calor naturalis est motor & motū inanimati. Idē su. ra. c. 37. & 7. phy. c. primo.

rum vna est motor tantum & alia motum: & quod motum ex se continuum naturaliter si primitus non fuerit tale: necessario est in eo motor talis. Et cum. d. hoc dedit exēplū de literis: &. d. sit. a. &c. i. si igitur motū ex se est compositum ex motore qui non mouetur. s. a. & ex motore qui mouetur ex. a. plus vno. Verbi gratia, vt sit compositum ex a. &. b. &. c. A. autē mouebit. b. & non mouetur. &. b. mouet. c. & mouetur ab. a. &. c. mouetur ex. b. & nihil mouet. D. d. quoniā cum ad hoc peruenimus &c. i. & sine istud motū ex se compositum ponatur componi ex motis & motoribus multis: ita qđ primus motor mouet postremum motum cum pluribus mediis: aut cum vno medio: in hoc quod intendimus declarare. s. q̄ in omni moto ex se tali est motum ex se primū quod componitur ex duabus partibus tm̄: & q̄ illud est motū ex se nō aliqua alia pars partium quæ sunt in illo. D. d. ponatur igitur esse per vnū medium tm̄. i. & cum nulla differentia est in hoc q̄ ponatur mouere cum pluribus mediis finitis: aut cōvno medio ponatur mouere cū vno medio. s. ponatur cōponi ex tribus. medium eōrū vnum existit in tali numero. D. d. a. b. c. igitur totū mouet se. i. & cum posuerimus q̄ mouēs se mouet partem postremā ipsius. s. a. manifestum est qđ istud ex se motum cōponitur ex. a. &. b. &. c. Verbi gratia, q̄ musculus est motū exse: & cōponit ex tribus. s. ex corpore musculi: & est postremū motum: & ex calore naturali qui est motor: & motum: qui erat in neruis. & anima mouente quæ est forma in illo calore naturali. D. d. sed si igitur abstulerimus. c. &c. i. sed si abstulerim⁹. c. ex hoc moto ex se quod cōponitur ex. a. b. c. tūc remanebit illud quod componitur ex. a. b. motū ex se. Et cū dixit: q̄ illud remanens cōpositū ex. a, b, est illud quod in rei veritate mouet se: dedit causam in hoc & dixit. a. enim est motor &c. i. & sequitur necessario vt illud quod mouet se sit compositum ex. a. &. b. Quia. a. est motor cum sit necessarium vt mouens se habeat motum. &. b. est primum motum ab. a. C. autem non est motū: quod est necessariū inueniēdo motū ex se. s. quia. c. nō est pars quæ mouet ab eo: & hoc intēdebat cū dixit, &. c. nō mouet se &c. nō est illud quod mouet se: nec est motum quod est in illo quod mouet se: cū sit declaratū q̄ illud qđ mouet se cōponit ex duob⁹. s. a. et. b. Et. c. forte nō erit omnino motor & remanebit residuū motum ex se. s. illud quod cōponit ex. a. &. b. D. d. neq; b. c. etiā mouet se sine. a. i. neque possum⁹ etiā dicere q. b. &. c. est illud qđ mouet se sine. a. Et intēdebat cōcludere diuisionē. Quoniā nō possumus dicere: q̄ illud quod ponit ex. a. &. b. et. c. est illud qđ mouet se: qm̄ si aufertur. c. remanebit. a. b. mouens se. Neq; etiā possum⁹ dicere hoc in solo. a. A. eōrū nō mouet sine. b. Neq; in solo. b. sine. a. qm̄ necesse est vt. b. habeat motorem. Remanet de necessitate vt illud de quo dicimus mouere se sit cōpositū ex a. &. b. Et sic narrauit q. b. nō est mouens se: dedit causam in hoc & dixit. b. eōrū mouet quia mouet &c. i. &. b. nō est motum ex se, quia positum fuit moueri ex alio. s. ex. a. non ab aliqua parte in ipso: quoniam si moueretur ab aliqua parte in ipso: tunc illa pars esset mouēs se. D. d. qm̄. a. b. solum est illud quod mouet se. i. qm̄ illud qđ cōponitur ex. a, b. est illud quod necesse vt moueatur ex se & intendebat q. b. non fuit positū in positione diuidi in parte quæ est motor nō motū: & in parte

Cōm. Auer. in lib. phy. vv quæ

Aīa est forma in calore naturali. Idē. 7. met. cō. 31. H

quæ est motum: sed posuimus a. motorem &c. b. motū. Et cū posuit omnia ista dedit conclusionem & dixit: necesse est igitur &c. declaratū est igitur ex hoc quod illud quod est motum ex se in rei veritate componitur ex motore qui non mouetur ex primo moto. Iam igitur concluſit illud quod intendebat declarare: & est quod motum ex se componitur ex duabus partibus. s. ex motore non moto: & ex moto quod non mouet de necessitate. D. d. dum conuenit vtrūq; reliquo. aut tangit ipsum. i. quod non sequitur vt motum moueat de necessitate dum mouetur a suo motore. Ista enim concomitantia erit ex duobus. in primo autem moto erit dum fuerit conuenientia inter ipsum & motorem. In medio autem dum tangit tertium. Medium autem necesse est vt tangat corpus. Primus autem motor necesse est vt conueniat. D. d. si igitur motor fuerit continuus &c. i. si igitur primus motor est de natura continui: quia est in continuo in rei veritate quod est motum: manifestum est quod totum est in toto continuo moto non in quodam eius. Quoniam non posuimus ipsum propter suam continuitatem cum aliqua parte eius: sed cum toto: & cum ita sit totum ex se est motor secundum totum: sed non eodem modo: sed motor propter. a. & motum propter. b. Et dixit. si motor fuerit continuus: quia primus motor non est virtus in corpore: ita quod diceretur continuum propter naturam continui cum ipso: scilicet corporis. Deinde dicit: sed est motū & motor &c. id est, non continuum. s. quod in eo est motor: & motum inſimul: sed est sicut. d. mouēs secūdū. a. & mouet secūdum. b. tantum.

Dubitationem autem habet si auferat aliquid quis ab ipso, a, si continuum sit mouens quidem: immobile autem ab ipso, b, quod mouetur. Reliqua ergo mouebit ipsius, a reliqua autē ipsius, b, mouebitur. Si hoc est non erit quæ primo mouetur a seipsa quæ est, a, b. Remota enim parte ab, a, b, adhuc mouebit seipsam reliqua, a, b, potentia nihil prohibet vtrumq; aut alterum id inquam quod mouetur diuisibile esse. Actu autem indiuisibile. Si autem diuidatur non etiam habens est eadem potentia. Quare nihil prohibet & in ipsis diuisibilibus potentia primum vnum esse. Manifestum igitur ex his: quoniam est primum immobile. Siue enim hoc stet mox quod ab aliquo mouetur ad immobile primū. Siue in quo mouetur quidem: ipsum autem seipsum mouens & stans. Vtrobiq; accidit primo moyens in omnibus esse motis immobile.

Hic habet text⁹ expressus & cōmētū cōtra negantes dari minima naturalia.

Et quæritur in hoc si ex, a, si fuerit continuum: & est motor non motum: aut ex, b, quod est motum diminuatur aliquid: vtrum illud quod remanet ex, a, sit motor: & illud quod remanet ex, b, sit motum. Quoniam si hoc fuerit: tunc, a, b, non erit primum motum ex se. Quoniam ex, a, &, b, auferetur aliquid & reliquum & mouet se. Dicamus igitur ad hoc quod non est

est inopinabile: vt vtrūq;: aut alterum. s. motum sit in potentia diuisibile. In actu autem non. Sed si fuerit diuisum tunc natura eius non erit illa eadem natura. & ideo non est inopinabile: vt in diuisibilibus sit in potentia aliquid primum. Apparet igitur ex hoc quod primus motor non est motum. Quoniam si motum cessabit & mouetur ab aliquo puenietur ad primū motorem qui non mouetur. Et si peruenietur ad motum. sed istud mouet se: & facit ipsum quiescere. Sequitur ex illo modo: & ex isto inſimul: vt primum in ofbus motis sit nō motū.

Cum declarauit quod motum ex se componitur ex motore nō moto: & ex moto quod nō mouet de necessitate. Et q; si mouēs inueniat cōpositū ex pluribus vno motore: necesse est vt dissoluatur in motū ex se p. imū. s. i illud cui est .ppriū vt primū motū in ipso nō moueat de necessitate. Motū enim ex se: quia est duobus modis. Modo. s. in quo primū motū a primo motore mouet de necessitate. Et modo in quo primū motum nihil mouet de necessitate. Incepit dubitare de hoc. s. in motū primum ex se esse. Potest ēm aliquis dicere qđ non est impossibile vt primum motū per se sit: neq; primus motor: quoniā motum est continuū per se: & motor etiam est cōtinuus: quia est in cōtinuo: & cōtinuū diuidit semp i diuisibilia. Et ideo dixit: & q̄rit de hoc &c. i. & q̄ tis i hoc qđ diximus. s. qđ mouēs se primū est qđ componitur ex motore nō moto & ex moto indiuisibili. i. nō motore tali modo. Potest ēm aliquis dicere q; si ex motore qui non mouetur (si motor sit de natura cōtinui) quia est forma cōtinui diminuat aliquid: aut ex moto cū de necessitate sit de natura cōtinui aut ex motore (si accidit ei cōtinuitas) remanebit residuū motū ex se: & sic nō erit hoc mouēs seipsum primū: neq; motor primus. Et hoc mē debat cum dixit: q̄n si hoc fuerit &c. 44

D. dedit solutionem & dixit. dicamus igitur ad hoc &c. i. dicamus igitur soluendo quod nō est remotum vt vtrūq; sit diuisibile in potētia in infinitum: si vtrūq; fuerit cōtinuum aut alterum scilicet motum. si nō fuerit positum quod motor est de natura eius cui accidit continuitas: & est materialis vt declaratum est in 2ᵒ aurat ēm impossibile. Deinde dicit sed vt diuidatur &c. i. & est impossibile vt motum diuidatur in actu in infinitum: & similiter motor: quoniam tunc diuisio peruenit ad hoc quod eorum natura corrumpetur. V. g. quod si primū motum ex se fuerit ignis iste demonstratus: & a quo auferemus partem: & postea aliam: & postea aliam perueniemus ad talem quantitatem: quæ si diuidatur corrumpetur ignis cum minima quantitas ignis sit determinata.

L Minima q̄ titas ignis ē determinata. Idē infra 62. Idem 6. phy. 32. 49. 59.

Et similiter est de animali anulefo ex quo si diuisa fuerit aliqua pars remanebit residuum non motum ex se: & cum ista diuisio non procedat in infinitum manifestum est hoc esse motum ex se primum & motorem primum: Et tale motum esse posuit pro principio: in principio septimi ad declarandum quod omne motum habet motorem. Deinde dicit & ideo non est inopinabile &c. id est & ideo non est impossibile vt diuisibilibus in potentia sit aliquid primum: licet secundum quod est in potentia non sit in eis primum: sed est necesse hic esse

91. Idē pti. ph. 36. 37. 38. Idem. 2. de aia. 41. 97. & prio ex. 116.

primū: & si nō: nō esset motus. Et dixit in motore. Quoniam primi motores apud ipsum sunt duobus modis. s. motor naturalis. s. qui cōstituit per rem motā: & hoc est in reb⁹ generabilibus & corruptibilib⁹. Et motor nō materialis: & hoc nō dicitur cōtinuū nisi p accidēs. Cōtinuitas eīm essentialiter est impossibilis in omni moto primo qm̄ est nō corpus. Nō enim loquitur in hoc loco nisi in moto ex se simpliciter. In moto aūt ex se: qd̄ est impossibile esse in toto primus motor: manifestū est qd̄ nō dicit cōtinuū oīno: quia non moueretur: neq; essentialiter neq; accidētaliter: & hoc nō accidit nisi in motoribus q cōstituunt p rē motā ab eis sicut in aialibus alialiū. Principia aūt prima q̄ sunt in motis ex se æterna: motor in eis nō est diuisibilis: neq; essentialiter: neq; accidentaliter. D. d. apparet ex hoc igitur &c. i. & cū manifestū sit qd̄ motū ex se nō p̄t diuidi in infinitū: manifestū est q̄ in motis ex se est talis motor. s. qui nō mouet oīno. D. dedit modū ex quo apparet hoc: & d. qm̄ si motū cessabit &c. i. si mouetur ex se nō ex alio & hoc intēdebat cū d. cessabit & oē motū moueret ab aliquo quenit in hoc moto ex se ad motorē qui nō mouet. Quoniā si cōponit ex pluribus vno motore cesse est peruenire ad motorē q non mouet: & q̄ tale nō est mediū inter motorē qui nō mouetur in eo: & inter motum: & ideo dixit: cessabit cito. D. d. & si peruenīatur ad motū &c. idest & si motū positum nō mouet se: sed quenīat ad mouēs se: vt prius declaratū fuit: & oē mouēs se est in eo motor qui non mouetur: sequitur necessario ex illo moto: & ex isto: vt hic sit primus motor qui nō mouet. Et quasi diceret: & quia oē motū nō fugit alterū istorū. s. qd̄ aut erit motū ex se: aut ex alio & motū ex alio quenit ad motū ex se & motū ex se habet motorē qui nō mouet. Sequitur ex vtroq; modo vt oē motū habeat motorē q̄ nō mouetur. i. qd̄ oēs motus reducunt ad talē motorē: aut ad vnū: aut ad plures vno. Et dixit est illud qd̄ mouet se & facit ipsum quiescere: quia iam accepit in descriptiōe moti ex se: quod est illud qd̄ habet quiescere ex se: & in hoc differt motū ex se secundum suam opinionē & a motibus corporum simpliciū: cum ista existimentur moueri per se.

M Motum ex se in aialib⁹ differt a moto ex se in corporibus simplicib⁹.

Ostendit quod primum mouens est incorruptibile: nec mouetur per se: nec per accidens. Cap. vj.

QVoniā aūt oportet motū semp esse & nō deficere: necessariū est aliqd̄ esse q̄ mouet primū. Siue ergo vnū sit: aut plura: & primū mouens immobile est.

Et quia motus necesse est vt sit semp: & nunquā deficiat. Sequitur necessario vt sit hic aliquis primus motor siue vnū siue plura: & qd̄ primus motor non sit motū.

45 Continuat dicta dicendis remorādo ea omnia q̄ dicta sunt.

Cum declarauit in sexto quod est impossibile quod motus æternus sit nisi circularis. Et declarauit in principio septimi quod omne motū habet motorem. Et postea declarauit in illo tractatu quod mota mouētia se adinuicem in loco reducūtur ad motū ex se. Et declarauit in principio istius tractatus quod nunquā motus deficiet neq; in præterito neque in futuro. Sequitur ex hoc quod primum motum ex se ad quod reducuntur omnes motus & se in loco sit æternum. Et si non esset possibile

possibile vt motus deficeret in aliqua hora cum ipsum sit causa illius.

Et q̄ propter hoc necesse est vt sit hic vn⁹ mot⁹ æter⁹: & est iste secundū quē mouetur istud motum primum. D. d. post hoc quæstiones cōtingentes in hoc: & vidit qd̄ necesse est iterare perscrutationem de motu in hoc tractatu: & complere sermonē de hoc quibus vsus est in sexto & septimo. Et vbi viditur & melius est congregare illud totum: & declarare quod remanet ad declarandum de dispositione entiū in motu & quiete: & declarare quis motus sit iste motus: & vtrum motor ill⁹ sit in materia aut nō materia. Et incepit diuidere entia in oēs dispōnes q̄ possibile est vt existimet esse secūm ipsas in motu & quiete.

Et postea dissoluit quæstionē contingentem in hoc qd̄ omne motū habet motorem ex motibus corporum simplicium: & declarauit qd̄ ista nō mouentur ex se. D. declarauit qd̄ omnia mouentia quæ mouentur in loco reducuntur ad motum ex se. Et postea declarauit q̄ motum istud & motor componitur ex vno moto & ex primo motore qui non mouetur. Et cum compleuit hāc declarationem perfectē & est illa quam declarauit in septimo non perfectē: quoniam illic nō declarauit q̄ primum motū debet componi ex motore qui nō mouetur: & ex primo moto. Reuertitur est etiā ad illud qd̄ declarauit in principio istius tractat⁹ scilicet q̄ nulla est hora in q̄ deficit mot⁹ ad cōcludēdū illā cōclusionē quā cōcluſit in principio istius tractat⁹ & hoc q̄ declarauit fuit in eo qd̄ motus nō deficit & ex illo quod declaratū fuit in se primo scilicet q̄ mouentia quæ mouentur in loco reducuntur ad motū ex se. Quoniā illa cōclusio pfectē apparebit hic cū sermo de ppōnib⁹ super quas fundata est declaratio est perfectior in hoc tractatu: & cōclusio est qd̄ est hic motus vnus æternus. Et quia oīa ista sunt sicut narrauim⁹? reuertitur est ad primā ppōnē: quā verificauit in principio istius tractat⁹: & d. & quia motus & c. i. & cum declaratum sit q̄ oīa mouentia quæ mouentur reducuntur ad proprium motum ex se: quod componitur ex primo moto & ex motore qui non mouetur. Et tam declaratū est quod in nulla hora deficit motus necesse est vt prim⁹ motor ad quē reducunt alij motus sit æternus: & sit absolutus ab omni transmutatione: & vt motum ab eo etiam sit absolutum ab omne transmutatione: nisi a motu in loco: & siue ille motor qui est talis fuerit vnus aut plures.

Nota quare declaratio septimi est ↑ perfecta. Vide de pro hoc etiam. 4. ce. cō. 25.

Expositio textus.

Et fuit necesse vt ipse non quiescat a mouere: nec illud quod mouetur ab eo a motu: quia est causa motuum. Et d. monstratum est quod mot⁹ nō deficit: & si ille motor in aliq̄ hora nō moueret: tūc deficeret motus. Et fuit necesse etiā vt nō sit trāsmutabile: neq; essentialr neq; accidētaliter. Quoniam si ita esset tunc esset motor prior illo. Et cum manifestum sit æternum esse motorem & motum ab eo æternum: quoniam si non esset æternum: tunc motor moueretur ab eo per accidens: & sic esset illic motor prior illo: ergo necesse est vt sit hic motus æternus. Vtrum autem iste motor est vnus aut plures: perscrutandum est in alia scientia.

Vnūquodq̄ igitur perpetuū esse immobiliū quidē mouentiū: nihil pertinet ad eam quæ nunc rationē. Quoniam autem necessarium est aliqd̄ esse immobile quidem ipsum ab ossextetius

Vide. 12. meta. t. c. 42. & inde.

rius mutatione: & simpliciter & secundū accidēs: motiuū autē alterius manifestū est & hoc considerantibus. Sit autem: si alis quis velit in quibusdam contingens: quod sint aliquādo & aliquando non sine generatione & corruptiōe. Fortasis enim est necessariū si aliquid impartibile aliquando quidē est: aliquando autem non sine mutatione: aliquando quidem esse aliquando nō esse omne tale. Et principiorum quidem immobilium: motiuorum autem quædam aliquando quidem esse: aliquando autem non esse contingere ponatur. Sed nequaq̄ omnia talia esse possibile est. Manifestum enim est quod causa quædā ipsa seipsa mouentibus inest ipsius quod est aliquādo quidem esse: aliquando aūt non esse. Ipsum quidem enim seipsum mouēs necesse est omne magnitudinem habere: si nihil mouetur impartibile. Mouens autem nulla necessitate est tale. Ipsius igitur aliquādo quidē fieri aliquādo quidē corrūpi. & hoc esse continue nulla causa est immobilium quidē: non semper autē entium eorum quæ sunt. Nec iterum semper quidem hæc mouentium: horum autem altera. Ipsius autem semper & continui: nec vnum quodq̄ ipsorum semper causa est: nec omnia. Hoc quidem enim sic se habere perpetuū & ex necessitate est. Omnia em̄ infinita & nō simul oīa quæ sunt. Vtrū aūt vnūquodq̄ mouentiū quæ non mouentur sit æternum, non est instans modo ad propositum. Quoniam autem necesse est vt sit hic aliquid quod in se non sit motum: & sit absolutum ab omni trāsmutatiōe simpliciter & per accidēs: quod mouet aliquod aliud declarabit hoc modo. Ponat igit hoc esse possibile in quibusdā vt sit quādoq̄ & nō sit quādoq̄ sine generatiōe & corruptiōe. Dignius est em̄ illud quod nō diuiditur qñ fuerit quādoq̄ & nō fuerit quādoq̄: vt esse cuiuslibet talis aut non esse sit necessarium vt sit sine transmutatione. Ponatur igitur qđ possibile est vt quædā principia etiam quæ sunt non mota sed sunt mouentia sint qñq̄ & quandoq̄ non sint. Sed nō est possibile vt oīa sint talia. Manifestum est enim quod hic est alia causa eorum quæ mouēt se in esse eorū quandoq̄: & nō esse eorū qñq̄. Omne em̄ qđ mouet se necesse est vt habeat magnitudinem: cum illud quod nō diuiditur nō mouēt. Motor autem nō sequitur aliquo modo vt habeat magnitudinē. Causa vero in hoc quod quædā generātur & quædam corrumpuntur: & hoc esse perpetuum: nō est vnū eorum quæ

sunt

neratio & corruptio insimul sint in eodẽ indiuiduo in eodẽ tpe. Ergo inter illos est tps necessario. Et cũ posuit qd' istæ duæ trãsmutationes sunt oppositæ dixit, & ideo si nõ fuerit possibile &c. i. & cũ fuerit positũ: qd' duæ trãsmutatiões oppositæ sint cõtinuę sine aliquo tpe interpositeo: cõtinget necessario vt idẽ trãsmutet duab' trãsmutatiõibus oppositis insimul. Quoniã si mot' de albedine in nigredinẽ sit cõtinu' cũ motu de nigredine in albedinẽ: tũc illud quod mouetur de albedine mouet ad albedinẽ. Secundũ igit qd' mouet de albedine dimittit eã & acquirit nigredinẽ. Et secundũ qd' mouet ad albedinẽ dimittit nigredinẽ: & acquirit albedinẽ. Ergo in eodẽ dispositiõe acquirit eandẽ partẽ albedinis & dimittit illã: & mouet etiã duob' motibus cõtrarijs insimul: qd' est impossibile. Et similiter accidit in generatione & corruptione: & in alijs transmutationibus ab eis: & in motu locali. Demonstratio eñ cõmunis est omnib' transmutatiõibus: & cõ duo motus nõ fuerint insimul sequitur quod inter eos sit tempus necessario. Et ista demonstratio nõ debet intelligi nisi in eodẽ moto quod mouetur duobus motibus contrarijs habentibus principiũ & finẽ. Non in motibus successiuis qui sunt in pluribus motibus: sicut motus chordarum apud percussiont' earum omnium. Necp in duobus motibus quorũ alter est perfectio alterius in eodẽ moto. Quoniã inter oẽs istos non est tempus neq; aliquis eorũ est motus perfectus, scilicet habet principium & finẽ. Finis enim motus naturaliter non est motus sed quies: & similiter principium motus est ex non motu nisi sit per accidens: secundum hoc igitur est intelligenda ista demõstratio. Et quia ista declaratio est communis omnibus transmutatiõibus: prima autem propria transmutabilibus quæ recipiunt quietem: dixit: nõ enim est differentia &c. id est & in ista demonstratione non indigetur ponere duas transmutationes cõtrarias esse sicut fuit factum in prima: sed tãtum indigetur in ea. hoc, scilicet quod impossibile est vt cõtradictoria opposita sint insimul. D. d. necp indigetur in eo etiam, id est & ista demonstratio nõ indiget illud quod acceptũ fuit in prima, scilicet qd' in eodẽ nõ existũt duo contraria insimul: necp etiã indigetur in hac demonstratione illo tertio posito in prima. s. quod quies contraria motui. D. dedit causam in hoc: & dixit: quod enim non est &c. id est & causa in hoc quod ista transmutatio non peruenit ad quietẽ est: quoniã transmutatio quæ est corruptio peruenit ad nõ ens: & nõ ens nõ dicitur quiescere: nec transmutari: nec esse contrariũ: & oia ista erant accepta in prima demõstratiõe. D. d. sed illud qd' indiget in hoc sermone &c. i. illud eñ qd' indiget declaratiõe in hac demõstratiõe vniuersali est hoc vnum solũ. s. qd' inter oẽs duas trãsmutatiões oppositas: quocũcp modo sit modorũ trãsmutationis est tps: hoc eñ verificato verificabit impossibile esse duas transmutatiões oppositas esse cõtinuas. D. d. nostra eñ indigẽtia in hoc &c. id est & istæ duæ demonstratiões differũt: quia demõstratio qua vtitur hic in hoc quod duæ trãsmutatiões oppositæ nõ sunt cõtinuę nõ indiucit ad hoc qd' duo cõtraria existãt in eodẽ insimul: sed ad hoc qd' impossibile est vt duo opposita sint insimul. s. ens & nõ ens. Quoniã duo prima. s. duo opposita de qb' dictũ fuit in hac demõstratiõe qd' ea esse insimul est impossibile. s. impossibile ad qd' induxit ista demonstratio non

Documentum.

Intellectus propositiõis dictẽtis qd' inter motus cõtrario cadit quies.

Nõ ens nõ dicitur quiescere: nec trãsmutari. Idẽ 5. phy. 7. & 8. cõ. Idem pri. phy. 51. Idẽ hic cõmen. 4.

nõ fuit hoc scilicet duo cõtraria existere in eodẽ insimul: sed duo contradictoria existere insimul scilicet ens & non ens. Et quia in prima demonstratione fuit acceptum qd' transmutationes oppositæ sunt contrariæ adinuicẽ, & quod quietes quæ sunt inter eas sunt etiã. Et contingit in hoc quæstio: vtrũ vnum cõtrariũ habeat plus vno contrario: cũ sit famosum quod vnũ cõtrariũ nõ habet nisi vnũ cõtrariũ: incepit dissoluere hãc quæstionẽ. Et dixit, & nõ debemus peccare, id est, & nõ debemus decipi in hoc quod posuimus sermonem dicentis quod contingit nobis vt idem habeat duo cõtraria: quoniã iam posuistis qd' vterq; duorũ motuũ oppositorũ est contrarius reliquo, & quod quies ex qua incepit vterq; motuum est contraria ipsi motui, & sic motus habebit duo cõtraria scilicet motũ & quietẽ. Deinde dedit responsionẽ in hoc, & dixit, sed debemus considerare in hoc solo, & non in alio & ista quæstio accidit in pluribus, & ideo nõ est cõsiderãda in hoc loco suo. D. d. motus igitur & quies opponũtur &c. id est, nõ enim est impossibile dicere qd' motus est cõtrarius quieti & motui: sicut dicitur qd' æquale est cõtrariũ magno & paruo, & mediocre est contrariũ intenso & diminuto. Et imẽ debat per hoc notificare qd' possibile est idẽ habere plura vno cõtrario. Aut quãdo cõtrarietas quæ est inter ea nõ est maxima: sicut media quæ sunt inter cõtraria. Aut quãdo idẽ habebit plura cõtraria diuersis modis, & ista est dispositio motus. Modus enim secundũ quẽ motus est contrarius motui: est alius a modo secundũ quẽ motus est cõtrarius quieti, & æquale est cõtrariũ magno & paruo: secundũ qd' cõtrarietas quæ est inter æquale & non æquale est vna, & similiter videtur esse in omnibus mediis cũ extremis. Deinde dicit, & qd' impossibile est vt sint insimul &c. id est, non enim indigetur in hac declaratione ponere contrarium haberet vnum contrarium: sed hoc tãtum indigetur scilicet impossibile esse duos motus oppositos existere insimul.

Quomodo vni possint plura cõtrariari & quo modo non. Impossibile ẽ aliquid permanere per instans tantum.

Amplius in generatiõe & corruptione penitus incõueniẽs esse videbitur. Si factũ mox necesse est corrũpi & nullo tẽpore permanere. Quare ex his vtiq; fides sit alijs. Physicum enim est similiter se habere in omnibus.

Et etiam malum est omni modo existimare de generatione & corruptione. Quod res quãdo generatur necesse est vt corrumpatur statim, & nõ remaneat tempore omnino. Ex hoc erit certitudo de hac intentione in alijs partibus. Cursus enim naturæ est in illis omnibus eodem modo.

Id est, & inopinabile est existimare q' mot' generatiõis est cõtinu' cũ motu corruptiõis: ita q' generatũ nõ habeat esse oino nisi in potẽtia: qñ ii isti duo mot' essent cõtinui: tũc nõ haberet generatũ esse in actu. 63

Omne ens in actu est in tempore de monstrato.

Omne eñ existẽs in actu est in tẽpore scilicet demõstrato: & tũc natura ageres otiose. Et quia quãdo homo intelliget hoc esse impossibile i gñatiõe sti intelligit ipm esse ipossibile in alijs trãsmutatiõib'.

Dixit, & p hoc erit certitudo &c. i. & p cognitiõẽ istius, intẽtiõis in gñatiõe erit certitudo cognitiõis el' in alijs trãsmutatiõib'. Q; ñ natura

Universidad de Deusto
Biblioteca

tura currit in entibus eodē modo scilicet q̄ finis esse nō est corruptio, quoniā omnis motus est via ad generationē: aut in substātia: aut in quātitate: aut in quālitate, & si motus cōtrarius cōtinuaretur destrueretur generatio.

A Si motus cōtrarius cōtinuaretur generatio destrueretur.

CAPVT VIII.

QVONIAM autem contingit quēdam motū infinitū vnū esse continuum, & hic est circularis: dicemus nūc. Omne autē mouetur quod fertur: aut circulariter: aut secūdū rectitudinē: aut mixtim. Quare si nec horum alter continuus est: nec ex vtrisq̄ possibile esse cōtinuū. Quod autē fertur secundū rectum, & finitum non ferātur continue manifestū est: reflectitur autē. Et reflectibile autē secūdum rectū: secundum contrarios mouetur motus. Contrarius enim secūdū locū est qui est sursum ei qui est deorsum & qui est ante ei qui est retro, & qui est ad sinistrā ei qui est ad dextrā. Loci enim cōtrarietates hæ sunt. Quis autē est vnus & cōtinuus motus: prius diffinitū est: quia qui est vnius & in vno tēpore & indifferēti secundū speciē. Tria em̄ erāt: q̄ movetur: vt homo aut deus, & quando vt tēpus, & tertiū in quo. Hoc autē est locus: aut passio aut species: aut magnitudo. Contraria autē differūt specie & nō vnū sunt: sed loci sunt hæ dictę differētiæ. Signū autē quoniā cōtrarius motus est qui est ab a. ad. b. ei qui est ab ipso. b. ad. a. est: quia stant & repausant adinuicem si simul fiant. Et in circulo similiter: vt qui est ab. a. in. b. et qui est ab. a. in. c. sistunt em̄ se: quāuis continui sint, & si non fiat reflexio propter idquod cōtraria ipse adinuicē corrūpunt & prohibent. Sed non qui est in latus ei qui est sursum.


Omnis motus localis aut *rectus* aut circularis aut mixtus. Idē infra text. cō. 75.

Et nos declarabimus modo q̄ possibile est vt sit hic motus infinitus vnus & cōtinuus est em̄ aut totius trāslati aut circulariter. Et dicamus q̄ omne est trāslatū: aut circulariter aut recte: aut motum mixto. Si igitur alter istorū nō fuerit continuus: impossibile erit vt cōpositus ex ambobus sit contis

Demonstratio q̄ in linea recta motus ex oppositis locis est cōtrarius.

A B

Demonstratio eiusdem in circulo.



nuus

nuus. Et manifestum est quod trāslatum per lineam rectam si Quod recte reuertitur mouetur duobus motibus contrarijs.
tuitam nō mouetur continue reuertitur enim recte, & quod reuertitur recte mouetur duobus motibus cōtrarijs. Motus em̄ in loco ad superius est contrarius motui ad inferius. Et motus ad anterius est contrarius motui ad posterius. Et motus ad sinistrum est contrarius motui ad dextrum. Isti enim sunt modi contrarietatis in loco.

Et iam determinauimus prius quis motus sit vnus continuus, & diximus quod est motus qui est eiusdē rei in vno tēpore, & in eo quod nō diuersatur secundum formam scilicet secundum speciem. Illa enim per quæ complebitur hoc sunt tria: motum scilicet. Verbi gratia homo aut deus. Et quando. Verbi gratia tempus. Et tertium est illud in quo est motus scilicet locus: aut passio: aut forma: aut magnitudo. Cōtraria autem differunt secundum formam, & non secūdum naturam. Et illi modi quos diximus differunt secundum locum. Et signum quod motus de. a. ad. b. est contrarius motui ex. b. ad. a. est: quia contradicunt sibi & resistunt quando fuerint insimul. Et similiter est etiam cū fuerint in circulo. Verbi gratia de motu ab. a. versus. b. & de. b. versus. a. quoniam resistunt & contradicunt sibi. *Si* igitur fuerint continui non habebunt reuersionē nec reflexionem. Quoniam contraria sunt se corrumpentia & sibi resistentia. Et motus ad latus non resistit motui ad superius.

Demonstratio q̄ id quod reflectitur in circulo moueatur contrarijs motibus.

Cū declarauit q̄ impossibile est vt trāsmutatio in qualitate: aut quātitate: aut in substātia sit motus continuus in infinitum. 64

Vult in hoc capitulo declarare quod hoc etiā impossibile est vt sit nisi in motu circulari tantum ad vnā partē non in recto: nec in eo qui reuertitur super vnā lineā rectam aut circularē.



Et dixit, & nos declarabimus &c. & intendit per totū translatum motum in quo illud quod mouetur occupat totum locum.

Deinde dicit dicamus igitur q̄ omne translatū &c. & ista propositio est manifesta per se. sed de motu mixto ex duobus motibus intelligitur duo q̄ ambo sint actu equaliter scilicet aut quod alter motus sit victus & alter vincens: sit medius inter duos motus: sicut motus qui est per lineā curuā. Et hoc videtur

tur magis intendere in hoc loco, & primā intentionem intendebat in primo de cælo & mūdo. & possunt intelligi ambę. Deinde dixit: si igitur alter &c. & hoc est manifestū per se in motu composito ex duo bus motibus. Verbi gratia quod si fuerit impossibile vt motus rectus sit infinitus: impossibile erit vt curuus aut girattiuus sit infinitus. Si autem intellexerimus per compositum secundam intentionē: tunc difficile comprehendetur in ista demonstratione. Quoniam si vincens est ille in quo impossibile est vt sit infinitus: manifestum est vt iste modus istorū impossibile est vt sit infinitus. Si autem vincens est ille in quo est possibile esse priuationem finitatis existimatur quod nō apparet in eo hoc quod dixit Aristotel. scilicet quod si alter fuerit impossibile vt sit infinitus possibile erit hoc in composito. Simplices enim motus in quibus impossibile est hoc sunt in hac mixtione in potentia. In mixtione autem secundum primam intentionem sunt in actu. Et ideo difficile possunt adaptari sua vocabula huic modo mixtionis nisi coniungatur ei aliud fundamentum, & est quod omne quod est in potentia aliquid necessario exibit in actū, & si nō tunc natura ageret ociose. Tunc igitur verificabitur nobis quod impossibile est vt motus mixtus ex recto & circulari sit infinitus. Et si posuerimus quod circularis est vincens: quoniam erit finitus in potentia inquantum habet in se in potentia motus recti. Et propter latentiam istius inclusionis diximus quod prima expositio est manifestior. Et cū declaratū fuit in sexto: quod impossibile est vt motus rectus sit infinit⁹, & potest aliquis dicere: quoniam forte infinitas est possibilis in eo, secundum reflexionem motu in eodem spacio finito vicibus infinitis dixit & manifestum est quod trāsitio per lineam rectā &c. id est, & manifestū est quod, trāsitum super lineam rectam finitam eundo & reuertendo nō mouetur vno motu sed duobus motibus contrarijs. Deinde declarauit quomodo sunt contrarij, & dixit: motus enim in loco ad superius &c. id est, & necesse est vt duo motus quibus mouetur vnum motum in eodem spacio secundum reuersionem sint contrarij: quoniam si alter motus fuerit ad superius reliquus erit oppositus et: quoniam ad inferius, & si ad inferius reliquus erit ad supertus, & si ad anterius reliquus erit ad posterius, & si ad dextrum reliquus erit ad sinistrum aut econuerso. Et hoc fuit necessarium quoniam dimensiones corporum sunt tres: longitudo, latitudo, & profunditas. Extrema longitudinis dicūtur superius & inferius: latitudinis dextrum & sinistrū, & profunditatis anterius, & posterius.

C Omne qđ est in potentia aliquid necessario exibit in actum,

Cur sex sint differentiæ loci. Documentum.

D Sex differentiæ loci ex natura rei sunt in homine & in mūdo: licet latentius. Idē. 2. cæli. c5. 9. & in de. Et pri. cc. com. 13. 2. 3. phy. te. cō. 34.

Et debet scire quod istæ partes sunt distinctæ in natura: in homine, similiter in mundo: sed in homine sunt manifeste per se: in mundo autem per demonstrationem. Et quia manifestum est quod isti sunt modi contrarietatis in loco dixit: isti enim sunt modi contrarietatis in loco, & cum concludit quod isti duo modi sunt oppositi: incepit declarare quod duo motus oppositi non sunt vnus: ad concludendum quod duo motus qui sunt huiusmodi scilicet secundum reuersionē non sunt vnus. a Et dixit, & iam determinauimus prius, id est, motus qui est vnius moti, & in vno tempore, & in eadem specie, id est, non diuersa duabus differentijs oppositis. Deinde declarauit hæc tria, & dixit, illa enim per quæ complentur hæc sunt tria &c. & intendit quod locus

us est genus in quod est motus translationis & passio est genus in quam est motus alterationis: & forma est natura in quam est motus generationis & corruptionis: & magnitudo est genus in quod est motus augmenti & diminutionis. Et intendit per deum aliquod corpus celeste sicut erat tunc famosum. Et cum posuit quod vnus motus est ille qui non diuersatur: neq; secundum rem motum: neq; secundum tempus: neq; secundū formā scilicet speciem dixit: contrarij vero differunt secundū formā &c. id est & cū declaratum sit quod motus reflexi sunt cōtrarij: & motus cōtrarij differūt secundū formā & naturam: & vnus motus nō differt a se secundū formā: sequit ex hoc in secūda figura qđ duo motus reflexi nō sunt vnus. Et cū posuit qđ⁹ mot⁹ reflexi nō sunt vnus propter hoc: quia sunt cōtrarij: notificauit in quo genere differunt secundū formā. Et dixit: illi autē modi quos diximus &c. id est & illi motus reflexi quos diximus qui sunt aliqui triū modorum quos diximus differunt secundū formā oppositam in loco. s. superi⁹ & inferius: aut dextrū & sinistrū: aut ante & retro. Et quia vna propositionū quas posuit in hoc sermone est quod motus qui sunt a punctis oppositis sunt contrarij: & hoc est manifestum in motibus qui sunt super dimensiones rectas: & late in eis qui sunt super dimensiones circulares. In circularibus enim existimatur quod motus in eis non inueniē incepit declarare hanc propositionem & notificare quomodo inueniatur in eo. Et dixit: & signum eius quod motus &c. id est & contrarietas in eo. Et dixit: & signum eius quod motus qui sunt ex locis oppositis sunt contrarij siue fuerint in spacijs rectis aut rotundis est: quia reflectunt sibi. s. qñ impossibile est vt vnū motū moueatur secundū ea simul. V. g. ponatur magnitudo recta a. b. linea: & vnū motū moueatur quādoq; ex. b. ad. a. quandoq; ex. a. ad. b. dico quod isti duo motus sunt oppositi: quia reflectunt sibi: & impossibile est vt idē motū moueat in his duobus motib⁹ insimul: & similiter est si posuerim⁹ lineā a. b. esse arcū circuli: siue semicirculū siue maiorē siue minorē. Sed quæri⁹ hic & dicit: quomodo motus ex. a. ad. b. & ex. b. ad. a. sunt cōtrarij qñ fuerint in dimensiōe circulari: & ipse iam declarauit in celo & mūdo qđ⁹ motus circularis nō est cōtrari⁹ motui circulari: qñ si cōtrarietas esset in circularib⁹ motibus cōtingeret vt corpora mota circulariter motib⁹ oppositis essent cōtraria sicut corpora simplicia siue moueni motib⁹ rectis cōtrarijs. s. aqua & ignis. Et cū ita sit cōtrarietas igit⁹ in qua cōsicat hoc corpus circulare & rectū debet intelligi sic. s. duo mot⁹ quib⁹ impossibile est aliqđ corp⁹ moueri inillmul: nō duo mot⁹ in qb⁹ est necesse vt motū secundū alterū sit cōtrariū moto secūdū reliquū: secūdū hoc igit⁹ debet intelligi cōtrarietas in hoc loco. Et cū declarauit qđ⁹ isti mot⁹ sunt cōtrarij cōtrarietas in hoc loco. Et cū declarauit qđ⁹ isti mot⁹ sunt cōtrarij hoc modo. s. qa reflectunt sibi in vno corpore & corrūpunt se adinuicē: & declarauit ex hoc impossibile esse vt motus compositus ex eis sit cōtinu⁹. Et dixit. si igit fuerint continui &c. i. si igit posuerim⁹ qđ⁹ isti duo mot⁹ sint cōtinui: sequit vt neq; habeant reflexionē neq; reuertantur. Quoniā contraria sunt directio & reuersio: & contraria destruunt se adinuicem: & illa quæ sunt talia non continuantur. Deinde. d. motus ad latus &c. i. & motus contrarij sunt illi qui sunt in eadem oppositione

Obiectio pri. ce. t. cō. 24.

Solutio. Quō in circulo sit contrarietas vide pfectā solutionē istius B difficultatis I pri. ce. cō. 32. vide etiā ibidē. c. 87.


sitibe: illi aũt qui non sunt in eadẽ oppositione non sunt contrarij. sicut motus ex dextro ad sinistrum cõ moto ab inferiori ad superius. Et hoc quod dixit est manifestum per se. Isti nõ sunt contrarij: quoniã nõ est impossibile vt idem motum moueatur istis motibus. f. vt moueatur ad superius: & ad dextrum insimul scilicet quod ex istis sit motus compositus: & ex motibus contrarijs non componitur vnus motus.

Maxime autem manifestũ est quod impossibile est esse continuũ qui est in rectitudine motũ. Quia reflexibile necesse est stare non solum in recto: sed si secundum circulum feratur. Non enim idem est & ferri in circulo & circulum. Est enim alt quando quod mouetur continuum. Aliquando quidem in idẽ veniens vnde motum est reflecti iterum. Quod autem necesse est stare fides est non solum in sensu sed in ratione: principium autem hoc est. Tribus enim existentibus principio: medio: & fine. Medium ad vtrumq; est: & vnum numero: ratione autem duo. Amplius autem aliud est quod est potentia & quod est actu. Quare & rectitudinis quæ infra sunt terminorum: quodlibet signum potentia quidem: medium est: actu autem nõ est nisi diuidat hanc & stans iterum inceperit moueri. Sic autem medium principium sit & finis actu. Principium quidem posterioris: finis autem primi. Dico autem vt si fertur. a. & stet in b. & iterum feratur in. c. cum autem cõtinue feratur neq; adesse neq; abesse possibile est. a. secundum. b. signum: sed solum esse in ipso nunc. In tempore autem nullo propter id quod non ipsum nunc est diuisio in toto. a. b. c. Si autem adesse aliquis cõcedat & abesse semper stabit ad id ad quod fertur. Impossibile enim est. a. simul adesse in. b. & abesse. In alio ergo & alio signo temporis est. Tempus itaq; erit quod est in medio. Quare quiescit. a. in. b. Similiter autem in alijs signis est: eadẽ enim ratio est in omnibus. Cum autem vtatur. a. quod fertur ipsi. b. medio & fine & principio: necesse est stare: propter id qđ duo facit sicut vtique: & si intelligeret. Sed ab. a. signo quidem abfuit principio. In. c. autem affuit cum perficiat & stet.

Et hoc apparet magis scilicet quod impossibile est vt motus per lineam rectam sit continuus ex hoc scilicet quod illud quod reflectitur necesse est quod quiescat. Non solummodo illud quod mouetur secundum lineam rectam: sed etiam illud quod mouetur per circulum. Non enim est eadem intentio aliquid moueri circulariter: & aliquid moueri per circulum. Forte enim mouetur eundo super ipsum: & forte cum peruenerit ad illum locum a quo incepit moueri reuertitur. Et homo certus


tus est: quoniam talis motus necesse est vt quiescat non sensu tantum sed ratione. Et hoc est principium illius: quoniam hic sunt tria: principium: & medium: & postremum. Medium apud vtrumque extremorum est vtrumque: & est in numero vnum: & in respecta duo. Et illud quod est in potẽtia est aliud ab eo quod est in actu. Et ideo quodcunq; punctum imaginaueris inter duo extrema est medium in potentia: & non est in actu: nisi quando diuiserit illam: & quando cessauerit quiescẽs apud illum punctum: deinde inceperit moueri. Tũc enim medius punctus erit principium: & finis. Principium posteriorem: & finis primi. Verbi gratia: quod. a. moueat & quiescat apud b. deinde mouetur ad. c. Cum autem mouetur secundum continuationem impossibile erit vt. a. sit in. b. aut separet ab ipso. Sed erit in eo tantum in instanti non in tempore omnino: & instans non diuidit totum scilicet lineam. Si igitur aliquis posuerit quod cum. a. transfertur erit in. b. & separabit ab eo: tunc erit quiescens. Impossibile enim est vt. a. sit insimul in. b. & separetur ab eo. Ergo hoc erit in duobus punctis diuersis temporibus. Ex quo sequitur vt. a. quiescat in puncto. b. & similiter in alijs punctis. Quoniam ratio est eadem in omnibus. Quando autem. a. motum vtitur. b. quod medium est pro principio & fine: necesse est vt quiescat: quia ponit ipsum duo. Sed quia incepit a puncto. a. separatur a principio: & sic in pũcto. c. cum complet suus motus quiescat.

Demonstratio qꝫ medium sit principiũ & finis actu.



Linea: siue magnitudo

Demõstratio eiusdem in arcu circuli.



65 Quia declaratio prædicta quę est fundat sup hoc qđ illud quod mouet: & postq; reflectit super lineã rectam non est motus continuus: est declaratio vniuersalis oĩbus quatuor transmutationib⁹: & cõ incepit declarare hoc de moto in loco: & quia declaratio propria est magis perfecta & magis manifesta. Dixit. & hoc apparet magis &c. id est & apparet magis quod impossibile est vt motus continuus æternus sit super lineam rectam secundum reflexionem & reuersionem ex hoc, scilicet quoniam omne quod reflectitur necesse est vt quiescat inter duos motus, scilicet vt habeat quatuor dispositiones: duos motus: duas quietes. Et quia hoc

Declaratio propria ẽ magis perfecta & magis manifesta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc nō solummodo declaratur in moto super dimensionē rectā: sed in moto super circulū dixit: nō solūmodo illud qđ mouetur super lineā rectā &c.i. & hoc quod diximus nō tantū declarabitur in eo qđ mouetur super lineā rectā: sed in eo quod mouetur super circulū. Et quia illud qđ mouetur super circulū mouetur duobus modis: qm aut pertransit circulū: aut mouetur in eo super arcum. Deinde reuertitur super illā eandē arcum ad contrariam partē. Et alter istorū modorū est possibilis. Et reliquus impossibilis. s. reuerti super eādem arcum: distinxit istos duos modos. Et dixit. nō est enim eadem intentio &c.i. immo ista intentio declarabitur in eo quod mouetur super circulum quando mouebitur super illum motu circulari. s. ire & reuerti. Non enim est eadem intētio: aliquid moueri circulariter: & aliquid moueri per circulū. Idest: & diximus motus circularis. i. attributo circulo. Quoniam non est eadem intētio aliquid moueri motu attributo circulo: scḋm qđ est super circulum tātum: & aliqđ moueri super totum circulum. Et dixit hoc: quoniā illud quod mouetur super circulū vno motu & ad vnā partem dicitur moueri circulariter in rei veritate. Illud autē quod mouetur in eundo & redeundo super circulum mouetur motu attributo circulo: & hoc intēdebat cū dixit: circulariter: motū igitur super circulum vno modo dicitur moueri circulariter: & motum super circulum eundo & reuertendo nō dicitur moueri circulariter: sed per circuitum. D. d. forte enim mouetur &c.i. forte enim aliquid mouetur: & est de partum super circulum: & dicitur moueri in eo circulariter: & forte qñ peruenerit ad locum ex quo incepit moueri reflectitur: & tunc dicitur moueri per circulum. Et cum exposuit intentionē quam intendebat: & distinxit illa in quibus manifestabitur hoc incepit declarare: & dixit: & homo erit certus &c.i. & homo erit certus ꝙ illud qđ mouetur eādo & reuertendo habet duas quietes sensu & ratiōe. Et dixit hoc: quoniā apparet sensui qđ omnia mota eundo & reuertēdo habēt duas quietes: & hoc manifestum est in eis quæ mouentur motu voluntario. s. animalibus: & in eis quæ mouentur naturaliter istis duobus motib? vt pulsus. Medici enim fingunt comprehendere sensu duas quietes. s. in sistole & dyastole. Et quæret aliquis si sit manifestum sensui quod omne motum quod reflectitur quiescit: tūc vti sermone in declaratione eius est superfluum. Dicamus igitur ad hoc qđ hoc quod apparet sensui est testimoniū illi quod apparet rationi: sed illud quod apparet sensui non sufficit in hoc quod omne tale motum quiescit: cum non sit remotum quod plura talia mota sint quorum quis non comprehenditur sensu. Et sic esset possibile existimare ipsa nō quiescere. Cum igitur causa fuerit data in hoc scilicet causa faciens quietem tunc declarabitur quod omne tale motum quiescit necessario. Et possumus dicere quod sensus sufficit in hoc scilicet in esse: & præcipue hoc quod apparet quod duo mota æqualis velocitatis quando alterum mouetur reflectendo & alterum recte apparet sensui quod rectum incedit velocius. a vt post dicet Arist. Et secundum hoc ratio data hic erat causa in hoc esse tantum: & sic scientia huius erit magis certa: quoniam scire b aliquid esse cum sua causa erit certus scientia quæ est in sensu tantum. Et cum dixit: quod hoc non tantum apparet sensui sed ratione

Non est ea dē intentio aliquid moueri circulariter: & moueri per circulum.

F Apparet sensui qđa mota eūdo & redeūdo habēt duas quietes.

G An vti sermone in declaratione eius qđ est sensui manifestū sit superfluum.

a Ex hoc patet quid sit demonstratio causæ tantum. Vide phoc 2.cx.c.15.

b Scire aliquid cū causa est perfectius qm scire ipsum in sensu tantū.

ratione. i. demonstratione: incepit & dixit: & hoc est principium illius &c.i. & quia in his duobus motibus scilicet eunte & reflexo sunt tria scilicet principium & medium: & est illud quod est inter duos motus: & istud c medium est vnū numero: & duo rōne necesse est vt iste motus sint duo. motus d enim cōtinuus nō habet medium quod sit vnū numero scilicet in actu sed potētia. Deinde induxit aliam declarationem & dixit: & est etiam illud qđ est in potentia &c.i. & omne motū super lineā rectam secūdū qm mouetur super ipsam motu finito necessario describit in ea duo puncta in actu scilicet pūctum ex quo mouetur: & punctum ad quod mouetur: & nullum punctum describit in actu inter hæc duo puncta nisi quiesceret in medio: & hoc intendebat cum dixit: & nō est in actu &c.i. & motum non describit punctum in actu inter duo puncta inter quæ mouet nisi diuiserit magnitudinem super quā mouetur & quieverit in medio. Si igitur reuertatur in motu ad contrariam partem a qua mouebatur: tunc punctus medius quem describit in actu erit principium motus & finis. Et erit cū finis primi motus: & principium secundi motus. Et hoc intendebat cum dixit: & non est in actu &c.i. & incepit moueri. i. ad contrariam partē et ad quā mouebatur. D. d. tunc igit mediū erit principium & finis. i. tūc igitur pūctus medius quem describit in actu erit principium & finis. Et siue motum quieverit in puncto medio. Deinde reuertitur est ad motum ad contrariam illius partis. Aut quieverit in fine spacij: deinde reuertitur est ad contrariam illius partis. Describit igitur punctum in actu quod est principium & finis insimul: scilicet principium postremi motus: & finis primi. Et cum dixit hoc: dedit exemplū & dixit. V. g. &c.i. Verbi gratia: ponere ꝙ a. moueatur ex. c. ad. b. & quiescit in. b. scilicet qđ facit. b. esse punctum in actu: deinde reuertitur est & mouetur ex. b. ad c. tunc igitur. b. erit finis primi motus & principium secundi. Deinde dixit: cum autem movetur secūdū cōtinuationem &c.i. & illud qđ mouetur cōtinue impossibile est vt superponatur alicui: & vt separetur ab eo. Quoniam tale est super magnitudinē in tempore: quoniam dividit magnitudinem in actu: & ideo quiescit necessario inter duos mot?: & nō in instāti: & illud quod est continui motus est super magnitudinem in instanti non in tempore omnino. D. d. & instāns non dividit. i. & motum cum fuerit in instanti nō dividit magnitudinē in actu. D. d. si igitur aliquis posuerit &c.i. si igitur aliqs posuerit ꝙ aliquod motum fuerit super aliquid in actu: deinde separetur ab eo: tunc contingeret necessario vt quiescat in illo. Deinde dedit rationem super hoc: quia est cōuersum posit: & dixit: impossibile enim est vt. a. sit insimul in. b. & separatum ab eo. id est. & hoc fuit ita: quoniā impossibile est vt motum sit in extremo magnitudinis deinde separetur ab eo: ad contrarium illius partis ad quam mouebatur in vno instanti. Verbi gratia, quod. a. iuit ex. b. ad. c. & fuit super. c. deinde mouetur ab eo ad. b. in vno instanti. Deinde dixit. hoc enim erit in duobus punctis diuersis id est. vt cum fuerit impossibile vt aliquod motum sit super extremum alicuius magnitudinis & reflectatur ab eo in eodem instanti: tunc instans in quo fuerit super illud extremum est aliud ab eo in quo separatur. Deinde dixit. ex quo requitur vt. a. quiescat super punctum

c Medium in motu reflexo ē: vnū numero & H duo rationē. d Mot? cōtinu? nō habet vnū medium diū in actu. I


ctum.b.i.& cum instans in quo motum est super extremum magnitudi nis est aliud ab instanti in quo separatur ab eo:& est declaratum quod inter quælibet duo instantia est tempus: necesse est vt motum quiescat super extremum magnitudinis quoniam in quolibet tempore aut corpus mouetur aut quiescit. Deinde dicit:& similiter est in alijs punctis &c.id est,similiter est de alijs punctis acceptis in tempore: scilicet instantibus:quoniam ratio est eadem in eis. Et intendit vt mihi videtur in hoc quod inter quælibet duo eorum est tempus. Declaratum est enim quod instans non sequitur instans & potest intelligi sic: & similiter de alijs punctis imaginatis super lineam:quoniam cum motum descripsit vnum eorum in actu:tunc quiescit necessario: sine posuerimus quod iste punctus est in extremo lineæ:aut in medio. Et ideo dixit post:cum autem.a.motum vtitur medio &c.id est,& cum imaginauerimus quod motum vtitur aliquo puncto:medio magnitudinis pro fine primi motus & principio secundi motus: sequitur necessario vt quiescat:sicut est dispositio in puncto qui est in extremo magnitudinis. ratio enim in omnibus punctis est eadem. Deinde dicit: quoniam ponit ipsum duo &c.id est,quoniam motum cum fuerit reflexum super duo opposita:tunc faciet finem primi motus:& principium secundi motus. Et impossibile est vt duo in actu sint in vno instanti: instans enim est in potentia nedum vt opposita sint in eo. Deinde dicit: sed quia incipit ex puncto.a,&c.id est,& necesse est vt quiescat: quoniam cum incepit moueri incepit a puncto in actu:& cum finitur descripsit punctum in actu. Ergo sequitur vt quiescat quemadmodum nõ incepit ex puncto nisi illud quod erat quiescens antequam inciperet.

Vnde & ad dubitationem hoc dicendum: habet enim locꝰ hic dubitationem hanc. Sit enim quæ est.c.ei quæ est.z. æqualis &.a.feratur continue ab. e.extremo ad.c. Similiter autẽ sit a.in.b.signo.&.d feratur.a.z.extremo ad.i.regulariter: & velocitate simili ipsi.a. Ipsum.d.anteveniet in.i.quam.a.in.c. Prius enim mouens & discedens primum venire necesse est. Non ergo simul affuit.a.in.b. & abfuit ab eodem:vnde posterius fit. Si enim simul:non posterius esset sed necessitas erit stare. Non enim ponendum est cum.a.affuit secundum.b.ipsum.d. mouerit.a.z.vltimo. Si enim affuit.a.in.b.erit & abesse: & non simul:sed erit in decisione temporis:& non in tempore. Hoc ergo impossibile est sic dicere & in continuo. sed in reflectente necesse est sic dicere. Si enim qui est.z.feratur ad ipsum.d.& iterum reflectens deorsum feratur in vltimo in quo est.d. & sine et principio vtetur vno signo vt duobus:vnde stare necesse est. Nec simul affuit.z.in.d.& abfuit ab ipso.d. Ibi enim simul esset & non esset in eodem nunc.


Ratio

Ratio qua dubitatur quod id quod continue mouetur aliquo signo quiescat.





Ostensio quod necesse sit mobile quod reflectitur quiescere illo signo a quo reflectitur.



Et ideo oportet nos ratiocinari per hoc in dissolutione quæstionis:est enim locus dubitationis. Quoniam si spacium.h. est æquale spacio.z.&.a.mouetur continue de extremitate.h. ad. d.ad.h.reuertendo:& insimul fuit in puncto.b.Et.c.mone

tur de extremitate .z. æqualiter & in eadem velocitate: tunc .c. incedit citius ad .g. quam .a. ad .h. Illud enim quod incedit in processu necesse est vt incedat citius. A. igitur non fuit in .b. & separabitur ab eo insimul: & similiter fuit diuersum. Quoniã si esset insimul non diuersaretur: sed necesse est vt quiescat. Ergo nõ oportet ponere quod cum .a. fuit in .b. mouebatur, .a. ab extremo .b. Quoniam si .a. fuit in .b. et separatum ab eo: & hoc impossibile est esse insimul. Quoniam positum est quod hoc fuit in differentia temporis: non in tempore. Manifestũ est igitur quod in continuo impossibile est vt hoc dicatur. In reflexo vero necesse est vt hoc dicatur scilicet quies. Quoniam si quando .a. mouetur fuerit extremum .b. finis & principium, Tunc vno puncto vtetur pro duobus. Et ideo necesse est quiescere nõ ita quod insimul proueniat ad .b. & recedat .a. b. Et si non: tunc illic insimul esset: & non esset in eodem instanti.


66 Rõnis abbreuiatio.

Cum declarauit q̃ illud quod mouetur recte quando reflectitur necesse est vt quiescat & non cõtinuetur suus motus: vult dissoluere quæstionem ex hoc in qua dicitur quare duo mota æqualia in velocitate quando mouentur insimul per duo spacia æqualia: & incipiũt insimul moueri: sed cũ alterũ peruenit ad medium spacij reflectitur ad extremũ ex quo incepit moueri: & reliquum directe procedit ad finẽ. quare motum quod non reflectitur peruenit ad finem spacij antequam reflexum perueniat ad locum in quo incepit: licet duo spacia sint æqualia. Dicẽdum est igitur ei qui hoc quirit: q̃ motum reflexũ quiescit. Et hoc intendebat cum dixit: & ideo oportet nos ratiocinari. Deinde incepit dicere quæstionem: & dixit. est enim in hoc loc⁹ dubitatiõis &c. i. quoniam cum posuerimus .a. moueri ad .b. deinde reflecti ab eo: ita q̃ in vno instanti fuit in puncto .b. & recessit ab eo tunc non debet .c. incedere ad .g. antequam .a. ad .h. & cum .c. iccdit ad .g. antequam .a. ad .h. continget quod .a. non existet in .b. & fuit separatum insimul, Quoniã si ita esset: tunc non diuersaretur motus eius a motu .c. sic igitur est intelligendus iste locus. Et ideo videtur mihi quod aliquid est diminutum a verbis Aristo. in lib. Quoniam secundum quod inuenitur in libro non inducitur in forma syllogismi inducentis ad inconueniens. & ideo sic debet legi: & in illa eadem velocitate necesse est vt proueniat .c. ad .g. & .a. ad .h. sit insimul: sed non sunt insimul: quoniam .c. citiꝰ incedit quam .a. ad .h. Deinde dicit. non igitur oportet ponere &c. id est, sed qui ponit motum continuum esse ponit quod esse .a. in .b. & separationem eius ex .b. reuertendo est in differentia temporis indiuisibili non in tempore: quod est impossibile. Ergo ille motor non est continuus. Et hoc intendebat cum dixit. Manifestum est igitur in continuo quod est impossibile hoc dicere scilicet motum reflecti. D. d. illud autem quod reflectitur &c. i. q̃ motus non cõtinuus: et q̃ quiescit.

D. dedit causam in hoc & dixit: q̃ sicut .a. mouet tãc extremum .b. erit finis & principiũ &c. i. q̃ cũ pũctus fuit in actu diuisit ipꝰ i duo: & ideo

ideo fuit tempus inter ea. Deinde dicit & si non esset illic &c. idest & si non: tunc .a. esset in .b. in actu. Et non esset in eodem instanti: & instans non esset nisi in potentia.

Ostensio eiusdem secundum Commentatorem.



At vero olim solutio non dãda est. non enim contingit dicere q̃d scdm .d. sit ipsum .z. in decisione: non affuit autem nec defuit: Necesse est enim in finem venire qui actu est & nõ potentia. Quæ quidẽ igitur sunt in medio potẽtia sunt: hæc aũt actu. Et finis est quidẽ deorsum: principium autẽ sursum est: & motũ similiter. Necesse est ergo stare reflectens in recto. Non ergo contingit motum continuum esse & ppetuũ in recto. Eodem autem modo obuiandum est & ad interrogantes zenonis rationem: & volẽtes si semper medium transiri oportet. Hæc media aũt infinita sunt: ifinita aũt impoſe est trãsire motũ nõ esse: nec⁹ posse quicquã moueri. Aut sicut ipsam hãc rationẽ quidã aliter interrogant: volentes mobile cum mouetur media singula super quæ fertur prius numerare. Quare abeunte tota infinitum accidit numerari numerũ. Hoc aũt confitenẽ esse impoſe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et nō oportet dicere illā solutionē in prędicta q̄stione prius: Quoniā possibile est dicere qđ motum erit super.c.h.aut super.b.in loco differentiæ temporis. Ita quod non fuit in ipso neque separatum ab eo. Illud enim quod est in actu non in potentia, necesse est peruenire ad finem. Et puncta quę sunt in medio sunt in potentia: ista autem sunt in actu. Et est finis ab inferiori & principium a superiori. Et similiter etiam est de motib⁹. Necesse est igitur vt reflexum super lineam rectam quiescat. Imo possibile est igitur vt in linea recta sit motus continuus æternus. Et secm hūc modum debemus opponere sermoni Zenonis dicentis: qđ illud quod pertransit spacium necesse est semper pertransire medietatem. Sed medietates sunt infinitæ & infinita nō possunt pertrāsiri. Impossibile est ergo illud spaciū pertransiri. Aut qui hoc dicit alio modo: sicut alį dicunt: qđ necesse est dum homo mouetur vt numeret medietates vnam post aliam. Et tunc cum pertransit totam medietatem: tunc numerat numeros infinitos: & manifestum est quod hoc est

L Puncta quę sunt in medio sunt in potentia.

zeno.

67 impossibile.

Cum declaratum sit hic de motu: qm̄ nō facit in magnitudine super quā mouetur punctum in actu nisi cū quieuerit: & tunc nō oportet dissoluere q̄stionē zenonis in motu p illā dissolutionē p quā fuit dissoluta in sexto. D.d.qm̄ impoſe est dicere &c.i.qm̄ impoſe est dicere qđ motus qū peruenerit ad extremū magnitudinis quæ est.c.h.aut.b.perueniat ad ipsam in differētia tpis indiuisibili.i.in instantinita quod non fuit in extremo magnitudinis: deinde separatur ab eo. D.d.necesse est igitur vt peruenit ad finem &c.i.& cū motū mouetur super magnitudinē finitā in actu: necesse est vt peruenitat ad extremū magnitudinis qđ est punctū in actu & finis motus. Puncta aūt quæ sunt inter principium & finē magnitudinis sunt in potētia: cū magnitudo dividatur secm illa potētia non in actu. Pūctus aūt qui est finis magnitudinis est in actu: & est finis primi motus & principiū secūdi. V.g. finis motus ab inferiori ad superius: & principia motus a superiori ad inferius. D.d.similiter est etiā de motibus.i.& hoc necesse est in omnibus motibus finitis. D.d.necesse est igitur vt reflexū &c.i.manifestū est igitur ex dādo causam in hoc: qđ motū describit punctū in actu super magnitudinē: & est magnitudinem esse finitam in actu q̄ necesse est ipsum quiescere. In sermone enim dedit causam qđ causa quietis in extremo magnitudinis est: qa describit in ea pūctū in actu. Hic aūt dedit causam in hoc qđ describit super ipsum punctum in actu: & est magnitudinē rectam esse finitam in actu. Et ideo dixit ergo necesse est vt reflexum &c.i. manifestum est igitur hoc esse necesse in omnibus suis causis propinquis & remotis.

6. phy.t. c. 19.

M Puncta quę sunt inter principium & finē magnitudinis sunt in potētia cū magnitudo dividatur secūdum illa potentia & nō actu. pūctus aūt qui est finis magnitudinis est in actu.

D.d.impossibile est igitur vt super lineam rectam sit motus cōtinuus æternus.i.quoniā motus eius quod mouetur super lineam rectam est finitus: quia linea recta est finita: & reflexum quiescit inter motus. Et q̄ quiescit

quiescit in suo motu non mouetur continue. Et cum dixit: quod nō oportet contradicere zenoni per illam cōtradictionē prædictā in sexto: cū illa sit secm sermonē nō secm rem: reuertitur est ad narrandū qđ secm hunc modum dissoluitur illa quæstio. Et est quod dum motum mouetur non diuidit magnitudinē in actu.i.super quam mouetur. D.d.qm̄ illud quod pertransit spaciū necesse est &c.i.& quæstio est talis: qm̄ omne qđ pertrāsit spaciū: necesse est qđ antequā pertranseat totū spacium pertranseat medietatē: & necesse est. vt antequā pertranseat illam medietatem pertranseat medietatem illius medietatis: & sic in infinitum. Quoniā cū magnitudo dividitur in medietates infinitas: necesse est vt illud q̄ pertrāsit totū magnitudinē anteqū pertranseat illā pertrāsibit magnitudines infinitas. Et cum ita sit continget vt motum pertranseat in tempore finito magnitudines infinitas: quod est impossibile. D.d.aut qui dicit alio modo &c.i.aut qui inducit quæstionē alio modo dicendo q̄ qui mouetur per aliquod spacium potest numerare medietatem illius spacij ante illud spacium: & medietatem illius medietatis ante aliam medietatem: & sic in infinitum: ex quo contingit quod si aliquis homo pertranseuerit per aliquod spacium vt numeret numeros infinitos: qđ est impossibile. Et cum dixit vt numeret medietatem post aliam: intendit numerare medietates quæ consequuntur se adinuicem: sicut numerans numerat volitates quæ consequuntur se adinuicem: Sed qa medietates sunt infinitæ sequitur numerare numeros infinitos: & iste modus impossibilis est alius a prædicto: & est manifestior: & non potest contradici secundum sermonem per contradictionem dictam in sexto. Illic enim fuit dictum quod si pertranlit medietates infinitas: necesse est vt pertranseat eas in temporibus infinitis: & cum potuit hanc quæstionem: incepit dissoluere eam & dixit.

In primis igitur quidē rōnibus soluimus per id qđ tempus infinita habet in seipso. Non em̄ inconueniens est si infinito tempore infinita pertranſit aliquis. Sic aūt infinitum vtiq; in longitudine est & in tempore. Sed hæc solutio ad interrogantē quidem sufficienter se habet. Interrogabat enim si in finito tempore infinita transire atque numerare contingit: ad rem autem & veritatem non sufficienter. Si em̄ aliquis dimissa magnitudine & interrogauerit si in finito tempore contingit infinita transire: & interroget de ipso tempore eadem. Habet em̄ tempus infinitas diuisiones: non adhuc sufficiens erit hæc solutio. Sed vetum dicendum est quod quidem diximus in rationibus. Si em̄ aliquis continuū diuiserit in duo media hic vno signo tanq̄ duobus vtitur. Facit enim ipsum principiū & finē. Sic aūt facit numerans qui & in media est diuidens. Sic aūt diuidente nō erit cōtinua neq; linea neq; motus. Continuus enim motus continui est. In cōtinuo autem sunt quidem infinita media: sed non actu: sed in potentia. Si vero faciat actu: non faciet continuum

In cōtinuo sunt infinita media nō actu sed potentia.

O

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed stabit. Quod quidem in numerāte media manifestum est quod accidit. Vnū enim signū est necesse ipsi numerare vt duo. Alterius quidem enim finis medij: alterius autē & principium erit si nō vt vnū numeret continuum: sed vt duas medietates. Quare dicendum ad interrogationē: si contingit infinita transire aut in tempore: aut in longitudine: quia est quidem sic est autem non sic. Actu enim cū sint non contingit: potentia autem contingit. Qui autem continue mouetur secundum accidens infinita transiuit: simpliciter autem non. Accidunt enim lineæ infinita media esse. Substantia autem altera est & esse. Dicamus igitur ad hoc quod in præteritis sermonibus dissoluimus hanc quæstionem cū diximus: qm̄ in tempore sunt partes infinitæ. Nō enim inopinabile vt aliquid pertranseat res infinitas in tēpore infinito. Et infinitū eodē modo existit in longitudine & tēpore. Sed ista respōsio sufficit in hac quæstiōe. Quæstio enim est: vtrū sit possibile in tēpore finito pertransire & numerare res infinitas. Secundū autē rē & in rei veritate non sufficit.

Quoniā si homo diuiserit longitudinē: & dimiserit quærere vtrū sit possibile in tpe finito pertrāsire res infinitas. Deinde quæsiuit hoc in ipso tēpore. nā tēpus habet differētias infinitas: tūc ista respōsio nō erit sufficiēs. Sed oportet nos dicere verū. & est illud qđ prius diximꝰ scilicet quod cū aliquod diuidēs diuiserit continuū in duo media. Tunc vtetur hic eodē puncto pro duobus. Facit enim ipsum principiū & finē. Et similiter facit q numerat, aut qui diuidit medietates. Cum igitur diuiserit aliquid hac diuisione nō erit cōtinuū: siue fuerit linea: siue motꝰ. Motus enim cōtinuus est cōtinui: & in cōtinuo ipso certe sunt medietates infinitæ: nō secundū actū: sed in potētia. Cū igitur posuerimus medietates in actu. tunc non erit cōtinuū: sed necesse est vt quiescat. Et hoc sequitur manifeste in eo qđ numerat medietates. Et necessario enim numerat idem punctū pro duobus. Quoniā erit finis alterius duarū medietatū: & principium alterius medietatis. Sed nō numerat continuū pro vno: sed pro duabus medietatibus. Et ideo respondendū est quærenti vtrum sit possibile pertransire res infinitas: aut in tempore: aut in lōgitudine sic. Quoniam quodammodo hoc est possibile: & quodammodo impossibile. In actu autem est impossibile. In potentia vero possibile. Quoniam illud quod mouetur continue per accidens pertransit res infinitas: simplicis

ter

ter vero non. Accidēs enim est quod accidit lineæ vt essent medietates infinitæ: secundam autem suam essentiam non.

Deinde dicit declaratū est ex hoc igitur &c. id est, & ex hoc etiā declaratū est aliud ab eo qd̄ intēdimus declarare, & est quod sermo antiquorū dicētiū qd̄ omnia sensibilia semper mouētur falsus est. Deinde dicit manifestū est enim &c. id est, quoniā qui ponit entia semper moueri necesse est ea ponere semper moueri aliquorū istorū motuū sensibiliū aut pluribus vno. Sed declaratū est qd̄ impossibile est vt aliquis istorū sit semper: ex quo apparet error sermonis antiquorū. Deinde dicit & dignior motuū &c. id est, & apparet ex sermone eorū qd̄ motus altera tiōis est qui est magis dignus vt secūdō ipsum sint entia in trāsmutatione perpetua. Deinde induxit rationē eorū super hoc & dixit: dicūt omnia em̄ fluūt, id est, & ratiocinātur super hoc dicēdo qd̄ nos videm⁹, entia semp in fluxu, & ideo accidit eis cōsumptio, & hęc est causa propter q̄ animatū indiget cibo, & errauerūt in hoc: quia acceperūt trāsmutationē quæ est in potētia in actu. Et loquētes nostræ legis sequūtur antiquos in hoc & dicūt qd̄ accidētia nō remanēt per duo tēpora: sed, sermo antiquorū currit cursu naturæ: sermo vero loquētium nostræ legis est vanus: quia nō cogūtur ad dicēdū hoc: ntii quia volūt defendere fundamēta ficta: quia existimāt qd̄ lex nō defenditur nisi per illa fundamēta. Deinde dicit & posuerūt generationē & corruptionē esse alterationē, id est, & antiqui posuerūt generationē & corruptionē esse de genere alterationis, & eā dicūt alterationē esse perpetuā intelligūt alterationem & generationē & corruptionē. Et cum compleuit hoc fecit rememora

F

Error loquētiū in lege mahumeti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem de omnibus declaratis, & dixit, & declaratum est hoc vniuersaliter &c. id est, & sermo eius in hoc est manifestus.

G Quod aũt motuũ circularis sit primus manifestum est. Oſs em̃ motus secũdũ locũ sicut diximus prius: aut in circulo aut in recto: aut mixtus est. Hoc aũt necesse est priores esse illos. Ex illis em̃ cõstitutus est. Recto autẽ circularis: simplex em̃ & perfectus magis est. Infinitũ em̃ nõ est rectũ ferri: sic em̃ infinitũ nõ est: sed nec si esset moueretur. Nõ em̃ sit ꝙ est impoſsibile: trãsire em̃ infinitũ impoſsibile est. Infinito autẽ recto reflectẽs quidẽ cõpositus est, & duo sunt motus. Nõ reflectens autẽ imperfectus & corruptus est. Prius autẽ & natura, & ratione, & tẽpore est perfectũ imperfecto: corruptibili autẽ incorruptibile. Amplius prior est quẽ cõtingit perpetuũ esse nõ cõtingẽti. Circulare quidẽ igitur perpetuũ cõtingit esse. Aliorũ autẽ nec ql̃oci mutationẽ: neq; alterũ neq; vnũ cõtingit perpetuũ esse. Statũ em̃ oportet fieri. Si aũt stat⁹ est, corrupt⁹ est mot⁹ prior.

H Prius & natura, & ratione, & tẽpore est perfectũ imperfecto: corruptibili autẽ incorruptibile.

Et manifestũ est ꝙ motus circularis est primus motuũ locali. Omnis em̃ trãslatio: sicut diximus prius: aut est circularis: aut recta: aut mixta. Mixtũ autẽ necesse est vt præcedãt illę duę. Ex illis exiſtit, & vt rectã præcedat circularis: quia est simplex & perfecta. Quoniã impoſsibile est vt aliquid moueatur per lineã rectã infinitã. Nõ enim aliquid huiusmodi infinitũ neq; etiã si esset: esset aliquid ꝙ moueretur per illud. Quod em̃ est impoſsibile: nõ erit. Et pertrãsire infinitũ est impoſsibile. Motus aũt per lineã rectã finitũ si reflectatur erit cõpositus & erũt duo motus. Et si nõ erit diminutus & corruptibilis. Et in natura, & in ratione & in tẽpore: præcedit perfectũ diminutũ & incorruptibile corruptibile. Et etiã mot⁹ qui põt esse ætern⁹: præcedit motũ in quo est hoc ĩpoſsibile. Et mot⁹ circularis est poſsibilevt sit ętern⁹. Alĩ ẏo nõ neq; corruptibiles: neq; ĩ corruptibiles: neq; alĩ modorũ cessantiũ est poſsibilevt sint ęterni. Cessatio em̃ ẽ necessaria ĩ eis, & cessatio nõ ẽ nisi corruptio mot⁹.

I Motus circularis potest esse perpetuus alĩ vero minime.

75 Cũ declarauit qđ impoſsibile est vt aliquis motus sit vnus & cõtinuus nisi motus circularis, & iam declarauerat qđ trãslatio præcedit alios motus, & promisit declarare qđ trãslatio circularis est prior recta: incepit declarare hoc. Et dixit, & manifestũ est qđ motus circularis &c. id est, & manifestũ est qđ motus circularis est prior natura & diffinitione & tẽpore motu recto. D. d. omnis enim trãslatio sicut diximus &c. id est, & hoc qđ diximus manifestũ est, & causa in hoc est qđ omnis trãslatio ſimplex est: aut circularis: aut recta: quia ſimplices dimẽsiones sunt istę duæ, & motus mixtus est sicut motus super lineã giratiuã aut curuã. Ista em̃ linea cõponit, ex recta & circulari. D. d. &

Causa propter ꝙ motus ſimplices sũt duo est quia magnitudines

& mixtã necesse est vt præcedant ille duæ, id est, & necesse est vt motũ ſimplices cõpositũ præcedant illi motus componentes: quoniã esse illius est propter illos, & hoc manifestum est. Et cũ declarauit quod modi motuum in loco sunt tres: duo ſimplices & vnus cõpositus, & declarauit quod cõpositus est posterior ſimplicibus: incepit declarare quod circularis est prior recto. id est, quoniam motus circularis est prior recto natura & tempore: quoniã motus circularis est perfectus, & motus rectus est diminutus, & perfectum præcedit diminutum. Ex quo ſequitur necessario vt motus circularis sit prior recto. Et quia iste ſyllogiſmus fundatur ſuper duas propoſitiones. Quarũ vna est quod motus circularis est perfectus, & motus rectus est diminutus. Secunda est qđ omnia quorũ vnum est diminutũ: reliquum perfectum, & perfectũ est prius diminuto, & ista propoſitio est manifesta: incepit verificare minorem. Et quia circularem motũ esse perfectum fere manifestum est per ſe incepit declarare quod motus rectus est diminutus. Et dixit, quia ĩm poſsibile est vt aliquid moueatur ſuper lineã rectã infinitã, id est, & necesse est vt motus ſuper lineã rectã ſit diminutus quoniã ſi esset cõpletus necesse esset vt esset talis: quoniã in eam nõ poſset fieri additio: cum hæc ſit diffinitio cõpleti. Et ſi motus rectus esset cõpletus necesse esset vt linea ſuper quã mouek esset cõpleta ſcilicet linea recta, & ſi ita esset: esset infinita: quoniã ſi aliqua linea recta est cõpleta in qua nõ poteſt additio fieri: necesse est vt ſit infinita. D. incepit declarare qđ impoſsibile est vt aliqua linea recta ſit infinita: vt cõcludat qđ mot⁹ rectus nõ est cõpletus ſed diminut⁹. Et dixit: quoniã nihil est aliquid tale infinitũ, id est, talẽ lineã ſcilicet tangibilem impoſsibile est vt ſit: vt declaratum est in tertio iſtius libri. Et ſi aliqua linea esset infinita: impoſsibile esset vt ſuper illã esset motus infinitus. D. d. impoſsibile enim nõ erit &c. id est, & est impoſsibile vt motus infinitus ſit: licet concedamus lineam infinitã esse. Quoniã motus ſuper lineam rectã est ad aliquid terminatũ, ſcilicet illud ad quod peruenit: poſtq; pertrãſit magnitudinẽ ſuper quã mouetur & ſi nõ: tunc motus esset ociosus. Tunc ergo necesse est ſi motus infinitus ſit vt compleatur poſt pertranſitũ. Et quia infinitũ pertranſiri est etiã impoſsibile: motus impoſsibile est vt ſit infinitus. Et iſta demonſtratio est propinqua ei qua vtitur in vltimo ſexti.

Et quia poſuit hoc qđ ſi motus rectus est perfectus debet esse infinitus, & infinitũ poteſt intelligi ſecũdũ rectitudinẽ & ſecũdũ reflexionẽ ſuper eandẽ lineã finitã, & iam destruxit vt motus infinitus ſit ſecũdũ rectitudinẽ: incepit destruere etiã vt ſit ſecundũ reflexionẽ. Et dixit, motus autẽ ſuper lineam rectam finitam &c. id est, & nõ debet aliquis ponere qđ motus ſuper lineã rectam finitã est infinitus: ſecundũ ire, & redire in infinitũ: nã iſte motus est cõpositus ex duobus motibus: quorũ vterq; est finitus: in quẽ poteſt additio & diminutio: ergo nõ est cõpletus. D. d. & ſi nõ reflectetur erit diminutus & corrupt⁹, id est, & cũ declaratũ ſit qđ impoſsibile est vt motus rectus ſit infinitus, & est declaratũ qđ motus reflexus nõ est vnus motus: remanet vt vnus motus rectus ſit finitus nõ reflexus, & motus finitus est diminutus & corruptibilis: quia in eo poteſt additio ſcilicet quia inuenitur perfectior ipo.

Et cũ verificauit illã propoſitionẽ minorẽ induxit maiorẽ, & dixit

& & ſ & in

M Omnia quorũ vnũ est perfectũ & reliquũ diminutũ est perfectũ est prius diminuto. Idem primo cę. t. c. 12. &. 2. ex. tex. cõ. 23.

N Cõpleti diffinitio ẽ ęſſe id cui additio fieri non poteſt. Id ẽ. 5. metex. c. 21. cõ limi. 7. phex. c. 18. & primo cę. c. 3. 4. &. 12.

O Motus finitus est diminut⁹ & cor

ruptibilis quia in eo potest fieri additio. vi/ de cōsimile 7. phy. 42.

& in natura, & in ratione, & in tempore &c. id est, & manifestum est per se: quod perfectum est prius diminuto natura, & ratione, & tempore, & intendit per rationem diffinitionem. Motus enim circularis accipitur in diffinitione motus recti: quoniam motus rectus est ille qui est a medio & ad medium, & medium non inuenitur nisi in circulari. Deinde dicit, & incorruptibile præcedit corruptibile, & hæc est. q. alia declaratio quam post complebit, & cum compleuit hanc declarationē incepit inducere aliam quam innuit per hoc quod dixit, & incorruptibile præcedit corruptibile. Et dixit, & etiam motus qui potest esse æternus &c. id est, quoniam solus motus circularis est possibilis vt sit æternus: vt declaratum fuit prius: cæteri autem motus cuius cessatio est corruptio motis: neq; alij modorum motuum apud quorum cessationes non corrumpitur motum possunt esse æterni. Quoniam manifestum est quod motus cessat, id est, quiescit in eis, & quies est corruptio motus necessario. In eis autem in quibus cessatio est corruptio motis: manifestum est: & ideo non ratiocinantur per istos esse corruptibiles: sed induxit rationem de his qui sunt in loco.

Rationabiliter autem accidit circulare vnum esse & continuum & non rectum. Eius enim qui est in recto determinatū est & principiū, & finis, & mediū, & omnia hæc habet in se ipso. Quare est vnde incipiat quod mouetur & vbi finiet. Iuxta enim terminos quiescit omne: aut vnde: aut vbi. Circularis autē indeterminati sunt. Quid enim magis quilibet terminus his qui sunt in linea, similiter enim vnūquodq; & principiū & mediū & finis est. Quare semper sunt quæ mouentur in principio & medio & fine, & nunquā in vno tātū sunt. Vnde mouetur & quiescit quodā modo sphera. Eundē enim continet locū. Causa autē est: q̄p omnia hæc accidērūt centro. Principium enim & mediū magnitudinis est & finis. Quapropter quia hoc extra circulationē est: nō est vbi q̄p fertur quiescat. Sēper em̄ fertur circa mediū: sed nō ad vltimū, ꝓpter ipsum autē hoc in mouēdo semper quiescit quodāmodo totū, & mouetur cōtinue. Accidit autē cōuersiue. Et nāq; q̄n mēsura motuū est circulatio: primā necesse est ipsam esse. Omnia em̄ mēsurātur primo, & quia prius mēsura aliorū est. Amplius & regulam cōtingit solū circulare esse. Quæ enim in recto sunt a principio it regulariter feruntur ad finē. Omnia enim quāto'quidem distant plus a quiescēte feruntur velocius. Circularis autē solius nec principiū: nec finis in ipso aptū natum est esse: sed extra.

Q. Motus circularis est aliorū mensura. Omnia mensurātur primo.

Et recte cōtingit vt motus circularis sit vnus & cōtinuus: nō motus rectus. In recto em̄ principiū est terminatū & finis & mediū, & oīa ista sunt existētia in eo. Et iō possibile est vt motus

tus incipiat in eo ab aliquo loco & non compleatur sunt' motus. Omne enim quod mouet̄ super ipsum quiescit apud extrema: aut vbi incepit: aut ex quo est. In circulari vero vltima sunt non terminata: quoniam in circūferentia nō est locus qui sit dignior vt sit extremum quam alius. Quilibet enim eodem modo est principium & medium & finis. Et ideo motū sup ipsum semper est in principio & in medio & in fine: & nō est in aliquo eorum in aliquo tempore. Et ideo sphera mouetur & quiescit quodammodo quia tenet eundem locum. Et causa in hoc est quia omnia ista accidunt centro: quia est principium magnitudinis & medium & finis. Et ideo quia est extra circūferentiā: ideo circulus nō habet locū in quo quiescat posita quā peruenerit ad illū. Quia semper mouetur circa mediū & non ad vltimum. Et ideo totū peruenit semper cū sit quiescēs quodāmodo: & mouetur secundum continuationem: & contingit in hoc motu aliquid & suū conuersum. Motus enim circularis quia est mensura omnium motuū necesse est vt sit primus. Omnia enim mensurantur per primā mēsuram. Et quia est primus est mensura aliorum motuum. Et etiam motus circularis, solus est possibilis vt sit æqualis. Res enim quæ mouentur recte diuersantur in motu ex principio ad finē. Omnia em̄ quanto magis remouentur a quiescente, tanto velocius mouentur. In motu autem circulari non est principium naturale neq; finis: sed extra ipsum in quo est motus recte.

Cum declarauit quod motus circularis est prior recto ex duob⁹, scilicet quoniam motus circularis est perfectus: rectus autem diminutus: & etiam quia motus circularis potest esse continuus & perpetuus: rectus autem non. Et in præteritis declarauit causam propter quam fuit possibile vt motus localis esset perpetuus: sed illic dedit causam remotam: incepit hic dare causam propinquam vt compleat illud quod intendit declarare. Quoniā motus circularis est perpetuus & continuus. 76 R

Et dixit. & recte contingit hoc &c. id est & causa propter quam necesse est vt motus circularis sit continuus e contrario recto est: quoniam in recto est principium terminatum naturaliter & finis & mediū scilicet quod ista tria sunt in eo in actu. Et causa in hoc est: quia motus rectus est super magnitudinem rectam: & magnitudo recta est finita: & habet naturaliter duas extremitates terminatas: & medium. Deinde dixit & ideo incepit motū in eo &c. i. & ꝓpter hoc necesse est vt omne quod mouetur super magnitudinē rectā habeat duas quietes naturaliter: quietem scilicet in initio magnitudinis a quo mouetur. & quietē in fine. Deinde incepit negare hoc a magnitudine super quam est motus circularis. Et dixit: in circulari vero vltima nō sunt terminata, id est in circulari vero nō est punctus in actu qui sit principium & finis: quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

niã in circunferentia non est locus qui naturaliter sit dignior vt sit principium quã vt sit finis quicũq; locus sit in circunferẽtia circuli. Deinde dixit quilibet enim eorum mouetur eodẽ modo &c. id est oẽs eũ punctus imaginatus in circulo possibile est vt ponatur principium magnitudinis & finis & mediũ. D.d.& ideo motũ super ipsum semp est in principio &c.i. & ideo illud quod mouetur super circulum potest imaginari in quolibet punctorũ principio & in fine & in medio: quoniam potest imaginari ille punctus principium arcus alicuius: & finis alterius: & medium alterius. Deinde dixit & nõ est in aliquo eorum in aliqua hora, id est & nunq; erit in circunferentia circuli in põto qui sit solummodo principiũ aut solũmodo finis: qd' nõ accidit in magnitudine recta. Et debes scire quod iste causæ quas dedit hic quodammodo sunt naturales & quodammodo mathematicæ accidit enim causis mathematicis, scilicet propinquis in mathesi: vt sint causæ primę plurium rerum naturaliũ: sicut accidit scientijs subalternãtibus eũ subalternatis, sicut arithmetica musica & geometria & aspectiua. Quoniã cũ diuersitas duorũ extremorũ lõgitudinis recte est prima causa hoc quod contrarietas existit in locis contrarijs. Et quia finitas dimensionis recte est prima causa etiam in esse motus rectos: & est finita: necesse est vt motus recti sint finiti. Et quia in circulari non est extremitas in actu: neq; vniuersaliter punctus in actu: necesse est vt in eo nõ sint loca contraria: neq; dimensiones finitæ: & cũ ita sit necesse est vt motus eius sit vnus & continuus: & perpetuus: cũ motũ super ipsum nõ mouetur ad loca cõtraria. Et existimat quod ista causa quã dedit Arist. hic nõ solũmodo dat qd' sit possibile motũ circularẽ esse perpetuũ: immo qd' sit necessariũ: sic igit debet intelligi iste locus. Et cũ declarauit quod in circulo nõ est punctus in actu q̃ sit principiũ aut finis: aut mediũ. Et qd' quilibet punctus in eo in potẽtia est hæc tria puncta. s. principium finis & mediũ: narrauit qd' ista est causa ,ppter quã sphera est inseparabilis ab eodẽ loco: & quodãmodo est quiescẽs: & quodãmodo mota. Et dixit: & ideo sphera mouetur &c.id est quia sphera mouet circa gibbositatẽ centri: & in conuexo nõ est punctus in actu: necesse est vt sphera sit in eodẽ loco numero: & in pluribus locis secundũ formã vt declaratũ est in sexto. Et hoc intẽdebat cũ dixit: quoniã sphera mouet a & est quiescẽs quodãmodo: quia non mutat locum alium numero, id est secundũ subiectũ & materiam: & est mota quia mutat loca diuersa secundũ formã: nõ quia sphera sicut existimat mouet secundũ partes: & quiescit secũdũ totũ. Ponere eũ corp⁹ motũ secundũ partes & quiescere secundũ totũ est impossibile: immo tota sphera & oẽs partes mouentur: sed totũ mouet in locis diuersis secundũ formã eũ: & partes mouẽtur in locis diuersis secundũ formã & subiectũ. Deinde dicit. & causa in hoc est qd' oia ista accidãt cẽtro. i. & causa inesse ista ,ppria i sphera est centrũ. Et põt intelligere p cẽtrũ: cẽtrũ mathematicũ. s. pũct⁹.

S Documentum. Quõ natura Ijs in qbusdam mathematicis subalternetur.

T a Sphera mouet secũdũ totũ nõ secũdũ subiectũ & materiã. sed secũdũ formã Idẽ. 6. phy. 85. &. 4. phy. 43. & 45. & prece. com. 3.

Et põt intendere centrũ naturale: & est corpus spheri cũ sup quod mouet corp⁹ circulare. Sphera eũ dividit naturaliter in duas partes: in centrũ: & circũferentiã. Si igit voluit centrũ mathematicũ: sic intelligẽda est hæc litera: est eũ principiũ magnitudinis: & mediũ & finis. i. punctus eũ q̃ est centrũ sphere est principiũ: eo qd' lineæ rectæ æquales ex eo exeuntes ,pueniũt ad circũferentiã. Et est finis: quia oẽs lineæ a circũferẽtia exẽtes ,pueniũt ad eũ. Est aũt mediũ eo quod distat eque ab omnibus partibus: & hæc est expositio Themistij. Si autẽ intellexit centrũ naturale: tũc per principiũ magnitudinis vult principiũ esse sẽdũ materiã. Et per finẽ. i. vltimũ quia circulare mouet circa ipm.

D.d.& ideo q̃ est extra circũferentiã &c.i. & q̃ centrũ est principiũ & finis: & hæc sunt causæ quietis & motus. centrum aũt nõ fuit in ipsa circũferentia: sed extra: ideo non habuit circulus locũ: ,ppter quã quiescat, id est eo quod circulus mouet circa finẽ nõ ad eũ: & quia finis eius permanẽs in eodẽ loco est: ergo permanens est vno modo & mota continue alio modo. Mota quidẽ. eo qd' nõ peruenit ad finẽ. Quiescẽs vero eo quod finis est quiescẽs. Et vniuersaliter si principiũ & finis & mediũ: in his est idẽ conuenit vtrũq; fieri. D.d. contingit autẽ in hoc motu hic & eius conuersum &c.id est quod sit primus eo qd' est mensura omnium motuum & econuerso, scilicet quod sit mẽsura: eo quod est primus. Dicit autẽ hoc quia necesse est quod mensura sit primũ: & qd' primũ sit mẽsura. Et in hoc loco reuertit ad intentionẽ in qua pri⁹ inceperat. s. ipsum esse primũ. & est tertia declaratio. Deinde iduxit quartã probationẽ: & dixit: amplius motus circularis &c. amplius aliter potest probari: quod solus motus circularis potest esse continuus: cum æque distet a fine ad quẽ mouetur, scilicet a medio. Quæ aũt recte mouentur non æque distant a fine in omnibus partibus longitudinis. vnde quæ naturaliter mouentur recte velocius mouentur quãdo appropinquant finẽ. Et hoc est qd' voluit dicere: quãto enim distat a quiescẽte &c. id est quanto enim distant a loco in quo quiescentes erant ei appropinquant ad locum ad quem mouentur: tanto velocius mouentur.

V Centrũ duplex mathematicum & naturale.

Deinde dixit. in motu autem circulari &c. id est in motu autẽ circulari non est principiũ naturale: neq; finis naturalis: sed principiũ & finis eius sunt extra magnitudinem: secundũ quam sit motus, scilicet in medio. & magnitudo circãdat ipsum existente ipso eodem, scilicet cẽtro.

Necesse est vt mensura sit primũ & qd' primum

X

sit mẽsura. Idẽ. 10. meteo. cõ. 7. Quæ naturaliter mouentur recte velociꝰ mouent qñ fini appropinquãt. Idẽ. 2. cæ. t. cõ. 33. & 92.

Quod aũt secundũ locũ mutatio primus motuũ est: testant Y oẽs quicũq; de motu fecerũt memoriã. Principia eñ ipsi⁹ tradiderũt secundũ huiusmodi mouẽtib⁹ motũ. Disgregatio eñ & cõgregatio mot⁹ secũdũ locũ sunt. sic eñ mouẽt cõcordia & discordia. hæc eñ disgregat: illa aũt congregat. Ipsorũ autẽ intellectũ dixit Anaxag. disgregare mouentẽ prius, sibi aũt & quicũq; huiusmodi quidẽ. nec vnã causam dicũt. ,ppter id qd p vacuũ moueri dicũt. Et nãq; hi secundũ locũ moueri naturã dicũt. Motus aũt ,ppter vacuũ loci mutatio est. & sicut in loco. Aliorũ autẽ motuum nec vnũ inesse primis corporib⁹: sed his quæ sunt ex his opinantur vtiq;. Augmẽtari eñ & corrũpi & alterari: congregatis & disgregatis atomis corporibus dicunt. Eodẽ autẽ modo quicũq; propter dẽsitatẽ & raritatẽ dicunt generationẽ & corruptionẽ. congregatiõe & disgregatiõe hic ponunt. Amplius autẽ & præter hos: animam causam fingentes esse

esse motº. Ipsum enim seipsum mouẽs principiũ esse dicũt eo rũ quæ mouẽtur. Mouebit aũt animal & omne animatũ scdm ipsum motũ qui est scdm locũ. Et proprie aũt moueri dicimus solũ qđ mouetur scdm loci motũ. Si aũt quidẽ quiescat in seipso: sed augeatur: aut decremẽtũ patiatur: aut alteretur: cõtingit quodammodo: moueri simplr aũt moueri nõ dicimº. Qđ quidẽ igitur semp motus erat & in oĩ tpe erit. Et qđ est principiũ ꝓpetui motus. Adhuc aũt qs motus primus: & quẽ motũ perpetuũ cõtingit solũ esse: & primũ mouẽs qđ immobile sit: dictũ est. Quoniã aũt motus localis sit primus motuũ testãtur oẽs qui aliquid dixerũt de motu in libro. Attribuunt enim principia eius his qui hoc motu mouentur. Separare aũt & cõgregare sunt motus locales. sic aũt opinati sunt amicitiã & litẽ mouere. hæc em̃ separat: illa vero cõgregat. Anaxag. aũt dicit de intellectu qui est primus motor ipsum separare & discernere. Sicr aũt se habẽt: & qui nõ cõcedũt aliqđ agẽs hmõi: sed dicũt oĩa moueri ꝓ vacuũ. Illi aũt dicũt naturã moueri localiter. Motus enim ꝓptervacuũ est motus localis. Impossibile est enim ꝙ aliquis aliorũ motuũ sit in primo: sed in his quæ generaliter fiunt a primo. Dicũt em̃ augmentũ & alterationẽ fieri in cõgregatis, & separatis corporibus indiuisibilibº. Et simiiter qui dicũt generationem & corruptionem fieri ex spissitudine & raritate. Hoc enim ordinãt in cõgregatiõe & separatione. Et similiter alĩ ponẽtes animam causam esse motus. Dicũt enim illud qđ mouet seipsum esse principium motuũ. Animalia autẽ & quicquid habet animam mouet seipsum localiter. Aliter si dixerit aliquid moueri hic primo apprehendet animam ipsum scilicet moueri tantũ in loco. Quiescẽs aũt ab hoc motu & si cõtinue augetur: aut diminuitur: aut alteratur dicetur moueri sic: simpliciter autem non dicetur moueri. Dictum est quoniam motus simpliciter fuit & erit toto tempore. Et principium motus æterni quid sit. Et motus æternus qualis sit motus qui solum potest esse æternus quid sit: & quod primus motor sit immobilis.

77 Cum declarauit quod motus circularis est prior recto: & iam prius probauerat motum primum esse motum localem. similiter vult hic notificare motum localem priorem esse cæteris motibus: inducens testimonium super hoc quod omnes dicentes motum generari secundum varietatem eorum: omnes coegit natura dicere motum localem priorem esse cæteris motibus. Et hoc est quod.d. quoniam autem motus &c, idest quoniam omnes dicentes fieri motum ponunt motum localem

vel Mundum.

priorẽ esse cæteris motibus ipsum enim esse coegit eos ad hoc.

Deinde dedit causam & dixit. attribuunt enim &c. id est. dicunt eã principia omnium motuum moueri motu localr: aut dicunt principia omnium motuum moueri hoc motu primo. Qui enim dicunt principia agentia. dicunt primam motionem horum principiorum esse localem. Qui autem dicunt omnia ex se moueri scilicet naturãlia: dicũt ipsa primo hoc motu moueri. Et cum dixit ꝙ omnes dicentes mundum generari dicũt motũ localem priorẽ esse: incepit dicere opinionẽ. Empedoclis. Emp. dicens. separatio enim & congregatio &c. id est, Empedocles enim posuit motum localem priorem cæteris motibus eo ꝙ separatio quam dixit feciise litem: & congregatio quam dixit feciise amicitiam in generatione mundi & eius corruptione sunt: scilicet motus locales. Similiter Anaxa. dixit motum localem priorem esse omnibus motibus. Dixit enim intellectum incepisse discernere partes consimiles: quæ sunt iuxta suam opinionem elementa: & extrahere illa a mixto: discretio autem est separatio: separatio autem motus localis. Deinde dixit: & sicr se habent qui & non concedunt &c. i. & sicr se habent negãtes causam agentem incipientem generare mũdum: & innuit. Democritũ & alios. Democritus enim opinabatur elementa quæ dicebat corpora atoma esse infinita per se moueri per vacuum in quo sunt: quibus inuolutis generabatur ens: sic ergo dicitur motum localem priorem esse aliis. Deinde. d. illi enim dicunt naturam moueri localiter, id est, & si isti nõ dicunt causam agentem quæ aliquando incepit mouere elementa mundi: aut partes eius ad generationem. ponunt tamen has partes prius moueri: eo quod sunt in vacuo. Quod autem mouetur eo quod est in vacuo mouetur localiter. Deinde dicit. impossibile enim est quod aliquis aliorum motuũ sit in primo. id est, hoc autem dicunt eo quod nullus motus præter localem potest numerari in motibº primis: sed in his quæ a primis generantur. Deinde notificauit quomõ isti. s. secta Democriti reducũt oẽs motus ad localẽ qui est primus. & dixit. augmentum enim &c. i. dicũt aũt augmentum & diminutionẽ & alterationẽ accidere rebº ex cõpositione atomorũ quæ sit ꝙ cõgregationẽ & separationẽ. i. vt mihi videt ꝙ illi opinant hoc fieri sequẽtes amplitudinẽ foraminum & strictura. Amplitudo autem & strictura est separatio & congregatio.

Deinde. d. sicr dicẽtes gnationẽ & corruptionẽ fieri ex spissitudine & raritate, id est, & similiter qui dicunt elementũ esse vnũ aliqđ corporũ simpliciũ: aut aliquod medium inter illa: & faciũt hoc & ex hoc oĩa alia gnari secũdũ spissitudinẽ & raritatẽ. Dicunt etiam motũ localem priorẽ esse cæteris motibus. Densari em̃ & rarificari sunt motº locales: & hoc est quod voluit dicẽs: hæc em̃ ordinãt in cõgregatione & separatione: collocãt em̃ densitatẽ & raritatẽ in gne cõgregatiõis: & segregatiõis: & separationis. Deinde dixit: & similiter alĩ factẽtes animã &c. id est, & sicr qui dicunt principium motum esse animã: & opinati sunt animam seipsam mouere: dicunt primum motuum esse localem: & innuit vt videtur Platonem, id est, qui opinabatur principiũ motuum esse animã & ipsam seipsam mouere. & ideo dixit: animalia aũt. & quicquid habet animã mouet se motu locali. Et cũ dixit ꝙ oẽs antiqui

Empe.

Oꝑ. Aua.

Separatio. nẽ mot? localis. Oꝑ. Demo.

Densari & rarificari sunt motus locales.

Z oꝑ. 7. ph. 15 Oꝑ. Platonis.

conue

conueniunt in hoc quod motus localis est primus motuum: & si differunt in modo: deinde innuit rationem dialecticam quæ innat in hoc q̃ ipse est primus motuum. s. quod motus localis est notior omnibus motibus: & dixit. amplius si dixero aliquid moueri &c. i. amplius ex hoc nomine simpliciter motus non intelligitur nisi motus localis: cum hoc nomen motus dicatur de motu locali: & de alijs secũdum prius & posterius: & simpliciter secundum determinationem. Horum autem de quibus nomen dicitur secundum prius & posterius, & simpliciter: & secũdum determinationem: illud de quo dicitur prius est causa eius de quo dicitur posterius. Ideo dixit quiescens autem ab hoc motu &c. i. & nomen motus ab eo quod localiter mouetur dicitur simpliciter, si autem fuerit quiescens in loco quãuis augeatur & diminuatur & alteretur: aut moueatur alijs pluribus motibus: non dicimus ipsum simpliciter moueri: sed cum determinatione: vt si dicatur ipsum moueri secũdum alterationem: aut augmentationem: sicut hoc nomen ens quod dicitur de substantia: & de alijs prædicamentis cum determinatione: vnde substantia prior est omnibus prædicamentis. Et cum compleuit totum hunc sermonem: induxit summatim a omnia quæ præcesserunt quod habetur in sermonibus demonstratiuis: sicut conclusio in orationibus. Et dixit. dictum est quod motus &c. id est, motus continuus quem probauimus esse: & principium motus æterni quid sit. s. quoniam non corrumpitur. & motus æternus quis motus sit. s. motus circulariter: & motus qui solus potest esse æternus. id est, & declarauimus cum hoc quod mot? circularis est æternus sic quod ipse solus potest esse æternus. Sunt enim duæ quæstiones: aut vult quoniam cum sit declaratum motum esse: & hoc necesse est: & sit declaratum quod aliquis motuum sensibilium potest esse æternus solus: declarabitur quod hic motus sensibilis sit æternus: scilicet motus corporalis cælestis inter omnes alios motus: & quod motor primus est immobilis neq; per se neque per accidens.

Horũ de q̃bus dicitur nom? secundũ prius & posteri? & simpl?r & secũdũ determinatiõẽ illã de quo dicit̃ prius est causa ei? de q̃ dr̃ posterius.

Substantia prior est oĩbus p̃dicamentis.

Idē. 7. met. t. c. 4.

a Summa' in demõstratiuis est sicut conclusio in orationibus.


Primum mouens impers esse nullamq; prorsus habere magnitudinem. CAP. I.

QVod autem necesse est impartibile esse nec habere magnitudinem. dicemus primum de prioribus ipso determinantes. Horum autem vnũ quidem. Quod impossibile est vllum finitum mouere secũdum infinitum tempus. Tria em̃ sunt. Quod mouetur. Mouens. Et tertium in quo fit motus: scilicet tempus. Hæc aũt aut sunt infinita omnia: aut omnia finita sunt: aut quædam: aut duo: aut vnum. Sit igitur. a. mouens. Quod autem mouetur. b. Tempus infinitum in quo est. c. Ipsum. d. igitur pars ipsius. a. moueat aliquam partem ipsius. b. quæ est in quo est. e. secundum aliquam partẽ ipsius. c. quæ est in quo est. z. Non ergo in æquali: ipsi. c. In pluri enim maiur.

maiur. Quare non infinitum tẽpus quod est ipsius. z. Sic ita q; ipsi d. apponens auferam ipsum. a. Et ipsi. e. ipsum. b. Tempus autem non auferam semper, remouens æquale. Infinitum em̃ est tempus. Quare omnis. a. totam. b. mouebit infinito tempore ipsius c. Non ergo possibile est. a. finito moueri aliquid secũdum infinitum motum. Quod quidem igitur non contingit finitum in infinito moueri tempore manifestum est.

Nunc autem volumus hoc probare hunc motorem imparibilem esse non habentem magnitudinem. Determinantes prius quædam quæ præcedunt hanc propositionem: Quorũ vnum est motorem finitum tempore infinito moueri impossibile esse. Sunt enim tria Motor scilicet & quod mouetur. Et in quo sit motus scilicet tempus. Hæc autem tria: aut omnia infinita: aut omnia finita: aut quædam sic: quædam sic: vt si dicas duo: aut vnum. Sit ergo. a. quod mouet. & b. quod mouetur: & tempus infinitum. c. & moueat. d. pars eius partem eius quæ est. e. Non ergo mouebit illud in tempore æquali. c. cum maius debet moueri & longiori tempore. Non erit ergo tunc tempus infinitum. Sit ergo tempus in quo. d. mouet. e. temp? z. Si ergo addiderimus. a, consumemus. a. Et si addiderimus b. & consumabimus. b. C. tempus autẽ si diminuerimus semper æqualiter non consumabitur. Est enim infinitum. Necesse est ergo quod totum. a. moueat totum. b. in tempore finito. c. Ergo infinitum erit. Impossibile est ergo aliquod finitum moueri motu infinito. Vnde manifestum est finitum moueri alicquid tempore infinito impossibile esse.

Demonstratio qua probatur quod finitum mouens non potest mouere aliquid in tempore infinito.



78 B In hoc capitulo vult declarare quod hic motor primꝰ nō est in materia: sed subsistens p se: & hoc si añ declaratū sit: hic ꝓprius declarabit.

Dixit ergo: nūc añ volumꝰ declarare hūc motorē cē immobilē: neq; p se: neq; p accīs: neq; est potētia in corpe: qđ intēdit probare. Impdicta ēm ꝓbatiꝰ est ipm esse nō corpus: neq; mobile p accīs: sed hæc ꝓbatio est magis ꝓpria: in qua ꝓbaf ipm esse extra materiā. D. inducit ea quæ se hūt sicut ꝓpōnes ad habēdā cer titudinē de hac qstione.

Et

Et dixit: determinātes prius &c. hoc añ dicit eo qđ declaratum est corpus infinitum esse impossibile esse. Sed iam declaratū est motorē infinitū esse: & tempus infinitū esse. vult ergo probare cuiusmodi esse est esse huius motoris. Et dixit: sit igitur. a. motor & q̄ mouetur. b. &c. i. dico ergo q̄ impossibile est motorem finitū mouere tpe infinito. V.g. sit. a. qđ mouet. &. b. quod mouetur. &. c. tēpus infinitū: & accipiamus partē motoris qui est. a. & illa pars sit. d. & moueat partem eius q̄ mouetur scilicet. b. & illa pars sit. e. & hæc diuisio est possibilis. eo qđ motor qui est potētia in corpore potest diuidi. D. d. nō ergo mouebit illud &c. i. d. ergo nō mouebit. e. in tēpore æquali tpi. c. infinito: in quo a. mouet. b. Cū. d. sit pars. a. Potētia añ partis minor est potētia totius: & maius totū est: & quod maius est mouet tēpore longiori. Hæc enim propositio verificata est in pluribus locis: vt in fine septimi. D. d. nō ergo erit tempus infinitum. d. nō ergo. d. mouebit. e. tempore infinito: in quo positū fuerat qđ. a. qđ est totū mouens mouebit. b. qđ est totū mobile. D. d. si igitur tempus in quo. d. mouet. e. tēpus. z. &c. i. & cū ꝓportio tpis. z. ad tēpus. c. sit cōposita ex proportione. d. ad. a. & ex proportione. e. ad. b. quia tps vnius q̄ motus sequitur proportionē motoris ad mobile qđ in eo mouetur: proportio añ. d. ad. a. est finita: quia. d. multiplicatū cōsumit. a. & proportio. e. ad. b. est finita: quia. e. etiā cōsumit. b. Et ois proportio cōposita ex duabus proportionib⁹ finitis est finita necessario. Proportio ergo tēporis. z. ad tēpus. c. est finita. z. igit cōsummabit. c. C. añ est infinitū vt positū est primo: q̄ est incōueniēs. Tempus ergo. c. necessario est finitū. D. d. impossibile est ergo aliqđ finitū &c. i. posito ergo qđ motor finitus nō potest mouere aliquod in finito tinec aliquod finitū tpe infinito: manifestū est finitū nō posse mouere tēpore infinito. Dicit autem hoc eo quod si finitum moueret magnitudinem infinitam: moueret in tempore infinito. Sed quod corpus finitum mouet corpus infinitum per seipsum patet esse impossibile. Potētia enim motoris necesse est superare potentiā mobilis in quo est.

T. c. 37.

C Ois ꝓportio composita ex duabus proportionibus finitis est finita necessario.

Sed notādum est quod propositiones cōditionales quas posuit Aristo. hic sunt propositiones verę de corpore cęlesti: cōposuit q̄ potentię motiuę eius sunt formę in materia: qua propter actus eius nō perficietur nisi in finitis partibus illius materię: secūm propinquitatē terminatam. Hoc añ quod est huiusmodi potētia totius est maior potentia partis: & est diuisibilis per diuisionē partis materię. Si ergo partes materię fuerint finitę: & potentia erit finita. si vero potētia sit infinita: partes sunt infinitę. Omne añ corpus est finitarum partiū: actio. n. ipsius est finita: hæc omnia sequūtur necessario ex hac positione. s. qđ mouens corpus cęleste est forma in materia: differt añ nihil siue antecedēs in eis posuerit verum aut falsum: omnis enim positio quæ exigit destructionē huius cōsequētię: est falsa: sicut ois positio q̄ exigit destructionē huius consequentię si lapis volat habet alās: est positio falsa: & si impossibile sit lapidē volare. Similiter: qui ponit in cęlo aliquā positionē ex qua sequit destructio huiꝰ cōsequētię. s. q̄ si cęlū habeat partes necesse est q̄ potētia partis differat a potētia totiꝰ: & si sit impossē ipm habere partes: nedum si posuerit habere partes in actu: & quāto magis est ponere ipm esse impossē secūm q̄ possibilis est forma existēs in materia. Amplius

Digressio. Aliter quātitatem. Vide consimile. 4. ph. 93. &. 7. physi. cō. 2. Rō prima. Commen. Finitas est ex parte materię: oppositum. 1. ph. c. 60.

Secunda.

Omnt formæ existēti materia ac

B

cidit diuisibilitas vide causam pri. c. de substā tia orbis. Idē cō. ſt.

a Quod est simplex caret potētia

F

& econtra.

b Potētia est causa cō positiōis alicui⁹ ex duabus substantijs.

c Corpora cælestia sūt materie simplices. & formæ eorū

G

sunt formæ nō in materijs.

d Inuehit cōtra contradicentes Aristo.

e Contra dimittentes tex. Ari. & in sequētes expositores

H

Vide consimile. 2. de ala. c. 30.

f In duo-

Dplius cū omne cōpositū ex materia & forma inuenimus ipsum habere actū finitū: diximus finitatē actionis, puenire: aut ex parte formæ aut ex parte materiæ. Sed forma nō potest dici finita. Restat igitur qđ finitas est ex finitate materiæ. Et si sit actio aliqua infinita necesse est ipsam esse aut in materia infinita: aut formæ nō existētis in materia: qua posita sequuntur incōuenientia quæ Aristo. intulit. Item omni formæ existēti in materia cōtingit diuisibilitas vel possibilitas scilicet potētia diuidēdi ex parte materiæ. ſ. ineſt potētia diuisibilitatis. Posita ergo aliqua forma cui nō accidit diuisibilitas hæc, procul dubio nō erit in materia: q̄ em̄ denudatū est a cōpone & factū esse: est substātia vna simplex sicut simplex hmōi. Hæc em̄, ppō est cōuertibilis. ſ. Quod a est simplex caret potentia: & qđ caret potētia est simplex potētia b em̄ est causa compositionis alicuius ex duabus substantijs si illa vel aliqua substātia est vna in actu: & potētia illa erit simplex: huiusmodi aūt sunt corpora cælestia. Simplex aūt vt declaratum est: nō mouetur ex se nisi qđ mouet esset primū qđ mouetur: corpora c ergo cælestia sunt materie simplices: & formæ eorum sunt formæ nō in materijs. d Habito ergo hoc patet eorū error qui obiciunt Aristo. q̄ in corporibus cælestibus impossibilis est diuisibilitas quā Aristo. posuit in sua demōstratione: & est possibilis in eis: inquātum posita sunt ipsa esse formas in materijs. Impossibilis vero inquantum sunt simplicia: & formæ eorum non sunt in materijs. Isti ergo sic se habent sicuti cum syllogismo ducente ad inconueniens obiciunt illationem: aut quod sequitur ex illatione esse verū: & dicūt syllogismū peccare quod pluribus accidit modernis philosophantibus: e qui solis libris. Aui. contenti sunt in sua philosophia: & maxime quæ vir ille transtulit ab Aristo. in lib. suis huiusmodi videntur esse demōstrationes Aristo. in prima facie. nō sunt autem in veritate: vnde libri huius viri potius faciunt a sapientia recedere quam ipsam largiantur: & vniuersaliter dico hoc nō solū Auic. ppriū esse: sed & ol qui visus est loqui de hmōi nō obseruās viā Arist. opinādo in eis quæ intelligitur in primo aspectu ipsa esse demonstrationes Aristo. sicut septus cōtingit Galeno: & mox incipit cōtradicere ei nesciens ipsum in veritate cōtradicere. Et sicut accidit Alpharabio f in hoc qđ opinatus est qđ illa via quā ipse Arist. intēdit ad æternitatē motus: est illa quā imposuit libro suo de entibus trāsmutabilib⁹. Nec̄ solū in hoc accidit huic viro hoc cū Arist. sed in arte demonstratiua in qua ipse incedit alia via quā Aristo. opinās illam esse verā: aut errans in scītia Aristo. & nos iam declarauimus hoc in commēto nostro super posteriorib⁹: & diximus quædā de huiusmodi in nostris quæstionibus.

Quod autem in finita omnino magnitudine non cōtingat infinitam esse potentiam: ex his manifestum est. Sit enim plus potentia semper æquale in minori faciens tempore: vt calefaciens: aut dulce inferens: aut proſciens: & omnino mouēs. Necesse est ergo & a finito quidem infinitam habenti potentiam pati aliquid patiens: & plus quā ab alio. Plus enim est infinita potentia. At vero contingit tempus non esse vllum quo potentia

tia illa moueret. Sit enim in quo est. a. tempus in quo finita vis calefacit: aut depellit. In quo autem quæ est. a. b. finita quędam. Ad hāc maiorem semper accipiens finitē: veniā aliqn̄ ad id qđ in. a. tempore motū erit. Ad finitū enim semp addēs excellam omne finitū: & auferēs deficiā similiter. In æquali ergo tēpore mouebit infinita ipsi finitæ. Hoc autem est impossibile. Nullū ita q̄ finitum contingit infinitam habere potentiam.

Quoniā aūt impossibile ē omnino in magnitudine finita esse potentiam infinitam ex ijsdem manifestū est sic: quia maior potentia agit æqualiter in tempore minori. V. g. calefacit aut sanat & vniuersaliter mouet. Necesse est ergo infinitum cū potentia eius sit infinitas agere in passibile maiorem passionē: quā quod finitam. Infinitū enim maius est. Nō autē huiusmodi potest esse tempus. Si enim. a. sit tempus in quo potentia infinita calefacit: aut eleuat. Et in tempore. a. agit illā eandē actionē in potentia finita. Accipientes enim semper potentiam maiorem ac finitam: necesse est aliquādo peruenire ad quod moueat in tempore. a. Augentes enim semper finitū superat omne terminatū. Et diminuentes semper diminuitur similiter. Mouet ergo finitū in tēpore: in quo infinitum mouet: quod est impossibile. Non ergo finiti est potentia infinita.

bus alpharabius ab Aristo. deuiauit.

Cum declarauit impossibile esse q̄ motor finitus moueat aliquod finitum tempore infinito: & hoc quod dicimus motor finitus intelligimus motorem finitum potentia & magnitudine: sed hoc quidē qđ motor cū fuerit corpus sit finitæ magnitudinis. iam probatum est in tertio: qđ autem finitæ potentiæ cum sit corpus finitum hoc nondum manifestū est, vult illud hic probare. Cū enim habuit qđ ois corporis potētia est finita: & adiunxit huic propositionē quā prius probauit. ſ. q̄ habēs potentiā finitam nō potest mouere corpus finitū tempore infinito: habebit qđ hic motus cuius tempus vt demōstratum est infinitū: nō potest fieri a corpore neq̄ potentia in corpore existēte. Et dixit: quoniam aūt impossibile est omnino &c. i. quoniam autem impossibile est in corpore compositō ex materia & forma: q̄ forma eius agat actiōe infinita ex his patebit. Potentia enim hęc dicta intelligenda est potentia actiua: potentia enim dupliciter dicitur: actiua scilicet & passiua. D. incæpit inducere propositiones quibus conatus est hoc probare & dixit sic q̄ maior potentia &c. si ergo nobis primum tanq̄ notum per se quod maior potentia agit actionē æqualem actioni minoris potentiæ in tempore minori tempore in quo agit minor illam actionem. Deinde. d. necesse est finitum &c. i. cum igitur maior potentia agit actionem æqualem actioni potentiæ minoris in minori tempore: necesse ē in æquali tempore ipsam agere actionem maiorem quam minor. Vnde necesse est qđ corpus cuius potentia est infinita cum egerit in id quod natum

79

Ex hoc patet qđ potētiam infinitā passiua ē in magnitudine. & hoc est verū ga materia prima.

est suscipere actionē eius: vt cū infrigidauerit: aut calefecerit: agat in aliquo tēpore actionē multo maiorē actione corporis finiti in idē passibile in illo tēpore. D. d. nō aūt huiusmodi pōt esse tēpus. i. corpus aūt cuius potētia est infinita: non agere pōt actionē æqualē corporis finitæ potētiæ in tpe omnino: sed in instāti: quod est impossibile. Omnis enī trāsmutatio: vt demonstratū est: est in tēpore. D. incepit hoc declarare & dixit: si enī. a. fuerit tempus &c. i. si cū posuerimus aliquod tēpus vt. a. in quo potētia infinita agit actionē finitā vt calefacere: aut elevare: aut vniuersaliter movere: & posuerimus qđ in hoc eodem tpe. f. a. agit potentia finita illam eandē actionē hoc enim possibile est: cōtinget qđ finitū & infinitū agāt eandē actionē in eodē tēpore qđ est impossibile. Si enī maius in minori tēpore facit actionē minorē: quāto magis agit in minori tēpore actionē illud qđ est infinitæ potētiæ. Deinde narrauit quomodo pōt inueniri potētia finita agēs in illo tpe posito in quo agit potētia infinita actionē æqualē illi actioni & dixit: accipiētes enī semp &c. i. & hoc possibile est. f. & si posuerimus potentiā infinitā q̄ agit in tpe aliquo actionē finitā: & inuentamus potentiā finitā quę in illo eodē tēpore agat illā eandē actionē. f. æqualē illi: eo qđ si posuerimus potentiā finitā quæ agit in illo tpe actionē minorē illa, quā in eo agit infinita: poterim⁹ augere potētiā finitā cōtinue: & sic augmētabitur actio ei⁹ in illo tēpore. hic ergo cōtinue facientes pueniem⁹ ad hoc qđ agat actionē æqualē illi actioni in illo tpe. V. g. sit. b. potētia infinita. &. c. actio ei⁹: & a. sit tpe huius actionis: & sit. d. potētia finita q̄ agit in illo tpe partē. c. vt quartā aut quintā partē: multiplicātes ergo. d. ita qđ proportio totius magnitudinis ad. d. sit sicut proportio partis. b. ad. c. manifestum est necesse esse: quā illa magnitudo agat. c. in tpe. a. in quo. b. qđ est potētia infinita agit. in eodē ergo tpe agit potētia finita & infinita. Nec pōt aliqs dicere nunqđ poterit addēdo in magnitudine finita ad magnitudinē finitam agentē in illo tpe actionē quā agit magnitudo infinita: possum⁹ enī semper addere sup magnitudinē quamcūq actio ei⁹ actionē superet quācūq determinatā posuerimus. Posito ergo qđ actio terminata est infinitæ in tpe terminato poterim⁹ augere illā magnitudinē terminatā quæ deficit in illo tpe actionē agere illā intantū qđ agat illā in illo eodē tpe. Et hoc est qđ dicit: necesse est aliqs puenire &c. i. addētes enī cōtinue super finitā augmētabit actio ei⁹: ita qđ superabit quācūq actionē terminatā posuerim⁹: sicut si cōtinue diminuentes illud deficiet actio eius a quācūq actione terminata quā posuerimus. Et incēdit per hoc dicere: quod illud quod sequitur addendo cōtinue: est simile ei qđ sequit diminuēdo. nō aūt voluit poke esse magnitudinē crescere in infinitū: sicut est pokeipsam diminui in infinitū. Dictū est enī in tertio huius libri qđ aliter se habet in hoc additio & diminutio. Participant aūt in hoc qđ hic incēdit scilicet quod si aliqua magnitudo ponat terminata cuius actio est terminata & alia magnitudo illa cuius actio est minor poterimus augere minorē intantū quod adequabit maiori in actiōe: aut superabit illā: & sic pōterim⁹ inetā diminuere maiorē qđ aget actionē æqualem minoris & minorē: & hoc. f. in eodē tpe. Et ipse distulit illationē huius demōstrationis ad finē huius lib. Hæc aūt demōstratio multipliciter pōt fieri & formari. Potest enim sic. Hic motor habet actionem

L 3. phy. t. cō. 68. &. 66.

Primus modus formandi rationem Aristo.

tem infinitam. Omne autē corpus aut potētia in corpore nō habet infinitam actionē. Hic ergo motor nō est corpus. Aliter aūt formalisic. Si actio hęc quę est infinita est corporis aut potētiæ corporeę. Et actio hæc non est nisi potentiæ infinitæ talis. Et omne corpus est finitū. Necesse est corporis finiti esse potentiam infinitam. Deinde destruetur cōsequens sic. Non autem corporis finiti est potentia infinita: & sequitur oppositum antecedentis scilicet quod actio hæc non est corporis nec̄ potentiæ corporeæ. Aristo. autem perfecit hāc demonstrationem in fine huius libri.

Demonstratio quod nulla magnitudo, finita habet potentiam infinitam.



In propositiōe autem assumpta hic qua dicitur quod omnis corporis est potentia finita: dubitari potest vtrum contineat corpus cæleste: aut non. Si enim continet corpus cæleste, tunc corporis cælestis erit potentia finita: cuius autem est potentia finita est corruptibile. Similiter dubitatur de propositione qua vtitur in declaratione huius: quod omnis corporis est potentia finita quæ scilicet dicitur quod si esset potentia infinita contingeret quod motus esset in instanti. Dicit enim aliquis: vt quid, Arist. dicit consequens esse si potentia corporea habet actionem infinitam: ipsam agere non in tempore, & non est sequens si actio infinita sit potentiæ nō corporeæ: qđ agat non in tempore. Prima quidem quæstio valde difficilis est & multum scrupulosa. Et Alex. in quibusdam suis tractatibus respondens. d. corpus cæleste adeptum fuisse æternitatem a suo motore qui non est in materia secundum hoc ergo erit aliquid quod potest corrumpi, & tamē nūq̄ corrūpetur & hæc Platonis est opinio scilicet aliquid æternū esse qđ potest corrumpi

Digressio. Dubiū primum. Dubium. 2. Solutio primi Alexander. Primo cę. text. cō. 124. Ioan. grammaticus de quo etiam vide. 12. me ta. c. 42.

Secũdo cẽ li.tex.com. 71.

Auicenna vide c.12.4. primi de cẽ lo.

Auerroys. Idẽ.3.ce.de substãtijs orbis.

a Corpus cæleste cãret materia. Idẽ primo phy.163. & 8.met.t.cõ. 4.&.12.&& 12.met.t. c. 10.&.4.cæ. com.20. & 92. & pri. cẽ.3.ca. de M substãtia orbis.

Obiectio. Vide tertiũ ca. de substãtia orbis

b Pro hac materia vide.39.2. de cæl.&.63. eiusdem ac. 71. Et.41. 12.me.&.3. ca. de substãtia orbis

a Solo secũde quæstionis, melioremi nde solutionem quere in.3. ca. de substãtia orbis.

N

rũpi. Arist.aũt in fine primi lib.de cæ.& mundo⁹ pbauit impossibile esse eternũ cui insit potẽtia ad corruptionẽ. Ioãnes aũt, grãmaticus hãc sibi retinuit quæstionẽ cõtra peripateticos in eo qđ opinatur qđ mũdus sit corruptibilis,& generabilis. Et hęc dubitatio est fortior omniũ⁹ dubitatiõibus quæ possunt accidere hic. Maxime cũ Arist. expresse dicit in secũdo de cælo & mũdo: qđ cæli est potentia finita: vbi reddit causam quare nõ insunt cælo stellæ maiores his quæ sunt illi: si ẽm dicit hoc etiã fatigaretur. Audiẽs aũt Auicẽ. verba hæc Aristi. qui tã audierat verba Alex. opinatus est duplex esse necessariũ: necessariũ scilicet ex altero cõtingens possibile ex seipso, & necessariũ ex secundo necessariũ quidẽ ex alio vt cælũ: necessariũ vero ex se vt motores cęli. Nos aũt dicimus qđ ex vi verborũ Arist. in hac demõstratione apparet qđ potẽtia eius passiua scilicet susceptiua motionis est finita: sicut ẽm actio infinita nõ est formæ in corpore: sic passio infinita nõ est formæ in corpore scilicet cõposito ex materia & forma. Omnis ẽm forma est potẽtia finita siue sit actiua siue passiua, cũ sit diuisibilis per diuisibilitatẽ corporis, & omne corpus sit finitũ. Et si poniẽ esse qđ potẽtia in corpore cõposito ex materia & forma susciperet motionem in infinitũ: tũc infinitũ esset maius infinito: idẽ ẽm corpus sensibile quãto maius fuerit tãto tẽpus in quo suscipit motionem a suo motore erit maius. Si ergo aliqđ corpus posuerimus huiusmodi scilicet qđ susciperet motionẽ infinitã: tũc qđ maius est debet suscipere motionẽ longiori tẽpore, & sic in infinitũ superabit infinitũ: quod est impossibile.

Ex hoc ergo patet corpus a cęleste nõ cõponi ex materia & forma & ipsum esse simplex, & qđ forma ipsius nõ habet subsistere per ipsum, & qđ ipsa est quæ mouet ipsum, & qđ in ipso nõ est forma materialis oĩno. Dubitabit aliquis ex hoc qđ dictũ est in libro de cælo & mũdo ipsum scilicet esse mecũ graue necq; leue & ipsum habere naturam quæ est huiusmodi: qđ nos illic declarabimus. Et similiter declarabimus illic verbũ Arist. quo dixit cælũ habere potẽtiã finitã. Duplici ter ẽm potẽtiæ motiuæ possunt dici infinitæ: aut quia actio earũ nũquã cessat: aut quia motio earũ est tãtæ velocitatis qđ nõ inuenitur magis scilicet qđ illud quod ab his mouetur velocius moueatur omni modi. Quod aũt aliqua potentia sit infinitæ motionis secũdũ hũc modũ impossibile est nisi motus posset fieri in instãti scilicet qđ aliqua potẽtia sit quæ infinitã facit velocitatẽ in ipsum qđ mouet, quãto ẽm maior fuerit motor: tanto motio eius erit velocior. b Motores igitur siue materiales fuerint siue nõ materiales secũdũ hũc modũ cõuenit in hoc qđ motio eorũ sit finita: vnde corpora cælestia excedũt se inuicẽ in velocitate: cuius motores eorũ sint nõ in materia. Ergo secũdũ hũc modũ dixit cæli potẽtiã esse finitã, & qđ si ineſſent ipsi stellæ plures: aut maiores: aut destrueretur mot⁹ ei⁹: aut tardaret: sed hoc diligẽtiꝰ manifestabit̃ in suo loco. Et hæc dubitatio est maxima dubitationũ quæ accidũt in hac sciẽtia, & nõ mihi determinata nisi cum grãdi labore, & in tẽpore vitæ meæ nõ modico. Ad secũdã autem quæstionẽ a qua quæritꝰ vt qđ si posuerim⁹ actionẽ infinitã in corpore: sequit qđ mot⁹ sit nõ in tẽpore, & nõ sequit si posuerimus actio nẽ infinitã esse potẽtiæ nõ in corpore. Sic respõdebit̃ dicim⁹: qđ si posueri

posuerimus actionẽ propriã esse corporis: sequitur qđ insit ei, potẽtia infinita: si aũt posuerimus alicuius nõ corporis: tũc potẽtia illius nõ potest dici finita. Finitũ ẽm & infinitũ b solũ de corporibus dici possunt, & sic sola actio illius dicetur infinita. Si autẽ potẽtiã infinitã posuerimus in corpore: sequitur qđ motio eius sit nõ in corpore: qđ est impossibile. Si vero illã posueris nõ in corpore: tũc nõ dicetur finitũ aut infinitũ: eo qđ nõ est in corpore. Nõ ergo sequit qđ sit motus nõ in tẽpore: cũ in his nõ possit intelligi vna potẽtia maior alia: eo qđ non sunt corporeæ potẽtiæ. Maius ẽm & minus solius est quãtitatis. Vnde si diximus potẽtias esse in corporibus: tũc actio earũ erit proportionalis scilicet qđ proportio potẽtiæ motiuæ ad potẽtiã motiuam est sicut ꝓportio velocitatis motus ad velocitatẽ. Existẽtibus autẽ non in corpore nõ est proportio: cũ proportio c solius est magnitudinis ad magnitudinẽ vel eorũ quæ insunt magnitudini: eo qđ insunt ei, & hæc manifesta sunt per se. Reuertamur ergo ad verba Arist.

b Finitũ & infinitũ solum de corporib⁹ dici possunt. Idẽ primo phy.t.c.15. &.5.ph.35. &.36.

In potẽtijs incorporeis nõ põt intelligi qđ vna sit maior altera. nã maius & min⁹ sunt solius quãtitatis. vide ꝓ hoc 35.7.phyſi.

c Proportio est solũ⁹ magnitudinis ad magnitudinem vel eorũ q̃ insunt ei. Omis potẽtiæ finitæ finitũ est tempus.

Nec infinitũ finitã, sed tamẽ cõtingit in minori magnitudine plurimã potentiã esse: sed adhuc magis in maiori plurima. Si igitur in quo est a.b. infinitũ. Sed b.c. habeat potentiam aliquã: quæ in aliquo tẽpore mouet ipsum. d videlicet. in tẽpore in quo est. c.z. Si autẽ iã ipsius b.c. duplã accipio in medio mouebit tẽpore ipsius. c.z. Sit ẽm hæc ꝓportio. Quare in. z.t. mouebit. Ergo sic accipiẽs semper. a.b. quidẽ nequaq̃ trãsito. Tẽpore autẽ dato semper minorẽ accipiã. Infinita ergo potentia erit. Omnẽ enim finitã excellit potẽtiã. Omnis autẽ finitæ potentiæ necesse est finitũ esse & tẽpus. Si enim in quodã tanta. Maior in minori quidẽ: determinato autẽ mouebit tempore secundũ cõuersionẽ proportionis. Infinita autẽ omnis potẽtia sicut multitudo. Et magnitudo est excellens omne finitum.

Nec̃ infinitũ habere virtutẽ finitã est possibile licet in minori magnitudine potest inesse maior potẽtia. Tamen cũ hoc fuerit digni⁹ erit cꝫ in maiori sit maior. Sit ergo. a.b. finitũ. b.c. igitur est potẽtia quæ mouet. d. in aliquo tẽpore, sit ergo illud tẽpus. h.z. b.c. ergo duplicatũ mouet in medietate tẽporis h.z. Procedamus sic igitur, & sit illud tempus. z t. Cũ ergo sic processerimus semper: nũquã peruenietmus ad cõsummationẽ. a.b. De tẽpore vero posito semper accipiemus minus. Sic igitur erit virtus infinita. Necesse est enim cuiuslibet potẽtiæ finitæ tempus etiã esse finitũ. Nam si hæc potẽtia mouet in hoc tempore: quæ maior est illa mouet in tẽpore minori illo. Sed tamen illud tẽpus est determinatũ cuius processus est eonuerso. Virtus autẽ est infinita eo modo quo numerus. Magnitudo vero quæ excedit omne determinatum.

Demonstratio quod nulla magnitudo vel quãtũ infinitũ habet potentiam finitam.


Tempus in quo quantum infinitum potentiæ finitæ mouet.d.



A.B. quãtum infinitum habens potentiã finitã.c



B Tempus. z



B.C. quãtum infinitum pars ipsius.a.b.



Tempus. z.



Dupla magnitudo ad.b.c.



Cum declarauit quod in magnitudine finita impossibile est esse potentiã infinitã: vult hic econuerso dicere. f. quoniã in magnitudine infinita nõ potest esse potẽtia finita. Dicẽdo: neq; infinitã habere &c. id est & sicut in magnitudine finita nõ potest esse potentia infinita: ita etiã econuerso in magnitudine infinita nõ potest esse potentia finita: sed finitum finito: & infinitũ infinito: sed quia in hoc ducit ambiguitatem hoc quod in corpore maiori inuenitur potẽtia minor: & in minori maior.

80

Dixit: licet in minori &c. hoc eñ facit dubitare aliquẽ cũ posset dicere cũ maiori corpore inuenimus minorẽ potentiã. Quid igit̃ prohibet in infinito eo quod est maius minorẽ inesse potentiã ea quæ inest finito eo corpore cũ sit minus: sed hoc nõ potest stare: quia cũ cõtinue duplicauerimus maius corpus cuius potẽtia est minor: perueniemus ad corpus cui⁹ virtus est maior minoris corporis. Et quia infinitũ semp põt duplicari: ideo potẽtia eius debet esse maior cuiuslibet corporis: immo non est aliqua cõparatio inter illas & potẽtias infinitorum corporum. vnde dixit. q. soluens: tamen cum hoc fuerit &c. D. Literis exemplificat: posito quod corpus infinitum habet potentiam finitam. Similiter minori corpori inesse maiorẽ potentiam: eiusdẽ videlicet speciei: & dixit: sit ergo. a.b. infinitũ &c. i. sit ergo magnitudo infinita. a.b. & de infinito. a.b. sumemus aliquã partem vt. b.c. ponẽdo quod in hac parte est potentia quæ mouet illud mobile: quod mouet infinitum corpus in ali quo tempore: & illud mobile: quod scilicet moueatur ab infinito corpore & idem a parte illius sit. d. Deinde dixit: sit ergo illud tẽpus. h.z. & vniuersaliter quidẽ dicere: quia manifestum est quod. b.c. quod est pars. a.b. mouet in minori parte temporis eo in quo totũ. a.b. mouet. d. cũ potentia. a.b. sit maior potentia. b.c. Posita dixit. b.c. ergo duplicatum &c. quia tam probatum est quod maior motor idem mouet mobile in minori tempore: & quod tẽporis ad tempus proportio est sicut motoris ad mobile. Post hoc dixit: procedam⁹ sic: ergo &c. id est & cum hoc modo processerimus in duplicatione illius partis: scilicet qđ duplum duplicetur: & hoc duplum sic duplicetur: cõstat quod necesse est peruentre ad magnitudinẽ aliquã quæ moueat. d. in tempore minori eo in quo mouetur. a. magnitudine illa infinita: cuius potentia est finita. Ponitur igitur nos peruenire ad illam magnitudinem: cum finita magnitudo non consumatur per suas duplicandas partes. Tempus vero diminuitur semper parte duplicata: & illud tempus sit. h. z. Et hoc voluit dicere his verbis: cum ergo sic processerimus &c. id est duplicatio quidem per. b.c. debet esse aliqua pars. a.b. quia nunquã per duplicationem partis. a.b. peruenimus ad. a.b. consumẽdum cum sit infinitum. Deinde dixit: de tempore vero posito &c. id est & cũ talis duplicatio semper sit possibilis: & impossibile est ad tempus peruenire minus illo posito in quo. a.b. mouet. d. per aliquod spacium, scilicet magnitudo infinita: cuius virtus est finita. Post dixit: sic igit erit virtus infinita &c. id est ex quo sequit quod in infinito corpore sit potẽtia infinita: quod est cõtra positũ. Deinde dixit. necesse est eñ &c. id est hæc q̃dẽ virtus est infinita: quia tẽpus in quo mouet semp minoratur in infinitum. Tempus vero potentiæ finitæ est finitum: cum moueat tempore in quo minor non potest mouere. Et hoc intẽdebat cũ dixit:

P Proportio tẽporis ad tps est sicut proportio motoris ad mobile. Idẽ 7. phy. 33. &. 36.

dixit: nam si hæc potentia &c. id est & hoc necesse est: nam si aliqua potentia mouet aliquid in aliquo tempore: potentia quæ est maior illa mouebit in minori tempore illud idem. Sed quia excessus est determinatus: necesse est peruenire ad tempus determinatum in paruitate, id est quod in minori illo aliquid non potest mouere. Et intendit per hoc quod dixit: e conuerso: quod si maior magnitudo fuerit dupla minoris erit tempus motionis illius huius medietas: cum communicant quidem reuersim: sed est econuerso. Post dixit: virtus autem est infinita eo modo quo numerus, id est potentia autem quę est in hoc corpore infinito: posito scilicet quod est infinitum erit infinita: quia crescit per crementum corporis. Cum autem crementum corporis est infinitū: constat qđ & virtus etiam in infinitū est quare virtus est infinita. Deinde dixit magnitudo vero &c. nec vero magnitudo est infinita cum habeat infiniti diffinitionem: est enim maior omni magnitudine terminata.

Est autem & hoc demonstrate sic. Accipiemus enim quandam potentiam eandem genere ei quæ est in infinita magnitudine infinita magnitudine existente: quæ mensurabit quæ est in infinito finitam potentiam. Quod quidem igitur nō cōtingit infinitam esse potentiam infinita magnitudine. Nec finitam in infinita: ex his ostensum est. Hoc quidem aliter potest declarari sic. Ponendo quod aliqua potentia eiusdem generis illius potentiæ quæ est magnitudine infinita sit in potentia finita. Sic ergo erit potentia in quātitate potentiæ finitæ in infinito. Quoniam autem impossibile est potentiam infinitam in finita esse magnitudine: aut potentiam finitam esse in infinita magnitudine: manifestum est.

81 Dicit: & hoc idē possumus ostendere alia via: cū enī posuerimus infinitū corpus in quo sit virtus infinita: possibile erit ponere virtutē eiusdem generis cum illa prima virtute: & ei æqualem in magnitudine finita: & sic potentia quæ est in corpore finito erit æqualis potētie quæ est in corpore infinito quod est impossibile. virtus enim eiusdem generis quæ corpori inest maiori: maior existit quanto magis quæ est in infinito corpore erit maior illa quæ est infinito. Et cum ostendit hæc duo fecit de eis mentionem & dixit: quoniam autem impossibile est &c. & hæc conuersio non facit ad propositum declarandum: sed tamen ostendit illud vt ex eo acquiratur: quontam est causa propinqua.

De his autem quæ feruntur bene se habet dubitare quandā dubitationem primum. Si enim quod mouetur omne mouetur ab aliquo. Quæcunque non ipsa seipsa mouent quomodo mouentur aliqua continue non contingente mouente: vt proiecta. Si autem simul mouet & aliud aliquid mouens vt aerem qui motus mouet. Similiter impossibile est primo non contingente nec mouente moueri. Sed simul oīa moueri: & quiescere cum primum mouens quiescet. Et si facit sicut lapis: vt mouere

uere quod ferrum mouet. Necesse hoc quidē dicere quod primum mouens facit possibile mouere: aut actē huiusmodi: aut aquam: aut aliud aliquod tale: quod aptū natū est mouere: & moueri. Sed non simul pausat mouens & quod mouetur. Sed quod mouetur quidem simul cum mouens quiescat: mouens autem adhuc est: vnde mouetur cū alio habitū: & in hoc eadē ratio est. Pausat enim cum minor potentia in mouēte sit habito. Penitus autem quiescit: cum non faciat primum mouens: sed quod mouetur solū. Hæc aūt necesse est simul pausare. mouens quidem autem: & quod mouetur & totum motum. Hic Q quidē igitur in contingentibus: aliquando quidem moueri: aliquando autē quiescere fit motus: & non cōtinuus: sed videtur. Aut em cōse: quāter est eorum quæ sunt: aut tangentium est. Nō enim vnū est mouens: sed habita adinuicē sunt. Vnde & in aere & in aqua huiusmodi modus: quē dicīt quidā antiparistasim. Impossibile autem aliter est opposita soluere nisi dicto modo. Antiparistasis autē simul omnia moueri: facit & mouere quare & quiescunt. Nunc autem vnum aliquod quod mouet continue a quolibet: non enim ab eodem. De his autem quæ localiter mouentur. Bonum est prius inducere quandam dubitationem. Nam si omne quod mouetur ab aliquo mouetur scilicet dum illud a se non mouetur. Quomodo quædam cōtinue mouentur sine eo quod cōtingāt motorem. Verbi gratia: quod prōcitur aut quod sagittatur: & si motor moueat cū hoc etiā aliud: vt aerem: & cum mouetur hoc mouet. Tamen impossibile est ipsum moueri nisi primum tāgat aut moueat. Immo necesse est simul oīa moueri: & simul quiescere: cū primus motor quieuerit. Similiter est & si etiā facit sicut facit lapis scilicet magnetes. Verbi gratia: quoniam illud quod mouet lapis quod est ferrum mouet, id est attrahit ferrū a quo mouetur: & sic mouet. Hoc aūt debet cōcedi de necessitate scilicet quod primus motor est qui hoc facit. Verbi gratia: qui mouet aerem cū fuerit huiusmodi: aut aquā: aut aliud quod tātum est mouere: & moueri: sed nō debet simul quiescere ab hoc quod mouet & mouetur. Immo cessat ab hoc moueri quod mouetur: cessante eius motore a mouere: & post remanet mouēdo. Vnde vnum mouet aliud sibi succedēs & procedit istud aliud etiam hoc eodem processu. Motus autem illius quiescit cum virtus mouendi diminuitur in successiōe paulatim. Et vltimo cessat

quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando motor penultimus peruenerit ad hoc quod nihil agat: sed solummodo mouetur. Hoc autem necessario fuit simul scilicet motorem quiescere a mouere: & motum a moueri: & ipse motus omnino. Hic quidem motus est motus qui fit in eis quæ possunt aliquando moueri: aliquando quiescere: & non est continuus: sed videtur. Motor enim non est vnus. sed sunt quæ succedunt sibi inuicē. Vnde talis motus non fit nisi in aere: aut in aqua. Qui a quibusdam attribuitur & sac cessioni: & ab ea denominator. Sed prædictæ questiones aliter quā narrauimus nō possunt solui. Successio facit ofa ea mouere & moueri. Vnde oportet cp quiescant. Sed nos videmus vnū idem continue moueri: quare necesse est ipsum moueri ab alio quo. Mouetur enim ab vno eodem.

Motus pie ctorū nō est cōtinu? sed videtur.

82 Hæc quæstio vt dixit auctor est. Si omne qđ mouetur: mouetur ab aliquo motore: quare quædam mobilia mouent cū motor illorū sit in quiete: ex hoc enim sequitur alterū trium: aut qđ aliquid moueatur sine motore. Aut qđ motor cū sit corpus mouet aliquid absq eo cp mouetur: & sine eo cp tāgat illud qđ mouet. Aut dicat cp primus motor potest mouere nō cōtinue. Quæ aūt inducēde hāc quæstionē sunt illa quæ proficiunt aut sagittantur. Videmus enim lapidē protectū moueri cū manus qui mouerit iam quieuerit: similiter de sagitta & chorda.

Hāc quidem quæstionē opponet illis propositionibus quibus vsus est in prædicta declaratione. l. oē motū habere motorē: & ipsum nō mouere nisi cū moueat cū sit corp? & sup hoc fundauit pri? hoc cp voluit declarare scilicet cp iste motor nō est corp? & qa etiā cōtradixit huic cp ostēsum est: qm primus motor cōtinue mouet. & ideo dixit quomodo quædam continue moueantur &c. Post dixit: & si motor mouet etiā cū hoc aliud vt aerē: & cū hoc moueat mouet. i. & si aliquis dixerit cp hui? cā est cp motor in hmōi mouet cū illo cp mouet ad illo aliud qđ mouet illud motū qm primus motor cessat. V. g. qm manus mouet lapidē: mouet cū illo aerē: quare accidit qđ cū manus etiā nō mouet lapidē: statim succedit ei aer in mouēdo lapidē. mouet etiā eodē motu aliū aerē cū lapide: vnde accidit qđ secūdus aer mouet lapidem primo quiescente: motus ergo lapidis videt quasi cōtinuus cū fiat successiue a pluribus: successio quidē nō cessat quousq motus cesset. Post hoc dixit: tamē impossē est ipm moueri: nisi primū tāgat aut moueat: immo necesse est &c. i. sed hmōi solutio nihil aliud est qm mutare quæstionē de lapide ad aerē aut aquā: & vniuersaliter ad illud quod cū primo moto movetur a primo motore. Quærendū est enim etiā de aere: quare posi quietem manus remanet aerem mouere lapidē: cū nō moueat lapidē nisi mouatur nec moueatur nisi manus moueat. Oportet igitur ofa simo quiescere: quādo primus motor quieuerit & moueri cum ipse moueat. Et hoc voluit cum dixit. immo necesse est simul omnia moueri & simul quiescere cum primus motor quieuerit deest aer aut chorda: aut his similia. Post dixit: similiter est: & si etiam facit sicut facit lapis, scilicet

f. magnetes &c. i. similiter remanet quæstio: manus enim non mouet illud proiectum: nisi mouendo prius aerem: vt dicamus cp lapis magnetis attrahet ferrum quod ponitur vltra primum ferrum mediante attractione eius ad primum ferrum. Deinde dicit: hoc autem debet concedi de necessitate. s. cp primus motor est qui hoc facit. i. sed oportet nos cōcedere de huiusmodi mobilibus primum motorem esse causam motus eorum omnium de primo ad vltimum. Quod autem considerandū est quomodo sit causa eorum motus: hoc quidem vt dixit auctor concedendum est cum huius mobilium motus sequatur in velocitate & tarditate potentiam primi motoris & eius debilitatem: ex quo possimus scire primum motorem esse causam huius motus de initio ad finē.

Deinde innuit modum quo huiusmodi motus potest fieri exemplificando & dixit. Verbi gratia, qui mouet aerem cum fuerit huiusmodi aut aquam aut aliud &c. i. Verbi gratia. cp primus motor vt dicas manus mouet aerem aut aquam: & vniuersaliter medium quod innatū est mouere & moueri. post dicit: cum fuerit huiusmodi. i. cū fuerit eo modo quo est mollis. i. quia exigitur ad hoc cp simplicia corpora moueantur in sito: ostensum est eis quā nisi medium esset nunquam lapis neque aliquod simplicium corporum moueretur: necp naturaliter: necp secundum violentiam: hoc autem perfecte declarabitur in tertio de cælo & mundo. D. d. sed non debet simul quiescere ab hoc cp mouet & moueatur. i. sed de motu horum simplicium partium econuerso est ei qđ est de rebus mobilibus terminabilib? figuram habentibus in partibus id est. simplicium corporum passibilium non oportet. vt simul cesset idem a mouere & a moueri: sicut accidit hic in partibus corporū terminabilium figuram habentium: & in corporibus cōtractis quæ sibi adherent inuicē. i. habentib? figurā. Post dixit: immo cessat ab hoc qđ moueat cessante eius motore a mouere: & ad hæc remanet mouendo. i. sine eo cp moueatur. Et hoc quod auctor dicit manifeste videtur sensu in motu aquæ & lapide protecto in illam. Videmus enim partem quæ sequitur lapidem moueri vndicp, deinde transferitur motus ab illa parte ad partem consequentē: deinde de illa ad aliam quousq cesset. Partes vero aquæ non simul mouentur sicut simul mouentur partes figurati corporis: & hoc patet in circulis qui in aqua fiunt quando lapides cadunt in ea. Stigitur huius mot? esset sistis motui in reb? mobilibus terminabilibus oporteret ofas partes aeris & aquæ simul moueri de primo vsp ad vltimū: & expelli in olbus partib? mūdi: intātū cp in totū fieret mundatio: aut corpus intraret corpus: qđ est impossē. Sed hic corpora ab extrinsecis recipiūt densitatem & raritatem: & recipiēdo densitatem quasi recipiūt aliquam penetrationem in suis partibus.

Nam si non reciperent penetrationem aliquam oporteret etiam qđ motus eorū omnino simul esset: ita cp vltimus terminus mūdi expelleretur etiā. Et si iste partes perfecte penetrarēt seinuicē tūc nō moueretur de aqua nisi quantum possidet corpus quod cecidit in illa. Est igitur quasi medium inter esse spirituale & corporale: secūdū ergo naturā spūs accidit in partib? aliqua penetratio: vñ vidimus diuersos motus nō impediri a seinuicē in aqua: secūdū vero corporeitatē expellūt seinuicē. Ita cp ex eis duob? existimat cp aer mot? in eis est q transferē per se:

R

Sine medio impossē est aliquod simplex corp? moueri naturaliter vel violenter. Idē. 4. phy. 71. &. 3. ce. 28. &. 4. ce li. 22.

S

Digressio. De motu pie ctorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per se: & lapis proiectus de necessitate transferẽ per translationẽ illius partis quæ defert motũ: & cessat illa cessante. Illa quidã pars non est eadẽ: nec ille motus etiã sit simul in plurib⁹ partib⁹: sed sit quasi succes siue: & secundũ translationẽ de vna parte in aliã: vel accidit eis in quibus calor transferẽ de vna parte in aliã. Et vlr motus sagittæ in aerem fit is est multũ motui nauis in vnda quæ portat eam: qui existimaẽ esse vnus cũ sit mot⁹ successiuus per vndationẽ quæ fit in aqua: & talis vndatio fit in aere. Manifestũ est ergo ꝙ causa hui⁹ ꝙ illæ partes non oẽs simul mouenẽ est penetratio quæ accidit eis inuicẽ: secũdũ eñ hũc modũ assimilat̃ei qui mouet ab initio spaciꝰ vsq; ad finem quod mouetur p se. Aqua eñ & aer talẽ habẽt naturã ꝙ cũ accipiũt principiũ mouẽdi ab alio, mouenẽ per se secũdum vero ꝙ illa penetratio nõ est vera cũ sit illic expulsatio accidit ꝙ mot⁹ expellẽtis & expulsi sunt simul. Causa aũt huius oĩno est quia hæc corpora carẽt figura & termino & multũ vicinanẽ in natura naturæ materiei. Sic igif debet intelligi mot⁹ horũ simpliciũ humidorũ: & qñ differũt in hoc a siccis & habentibus terminũ & figuram. Post. d. vnde mouet aliud sibi succedẽs &c. i. & quia motus partiũ horũ corporũ nõ fiũt simul qñ mouẽt etiã seinuicẽ: accidit ꝙ motus in eis sit tali mõ ꝙ succedãt sibijnuicem et sequantur seinuicẽ: & non mouentur simul. Deinde d. motus aũt quiescit cum virtus mouendi diminuitur &c. i. motus autem istarum partium ideo quiescit: quia virtus motiua non cessat diminui & deprimi in illis partibus quæ mouent seinuicem successiue: adeo ꝙ in vltima parte nõ remanet mouere: sed solũmõ moueri: secũdũ eñ ꝙ intrat aliud nõ habet nisi virtutẽ qua moueat eñ. secũdũ vero ꝙ intrat mouet: quare non sequitur ꝙ mouere & moueri incipiat simul: nec etiã ꝙ oñe qd̃ mouet ex eis moueat: nã si hoc esset oĩno tot⁹ mũdus expelleret. Et ideo dixit: & in vltimo cessat qñ motor penultim⁹ peruenerit ad hoc ꝙ nihil agat. i. & ille partes cessant a motu: qñ illud qd̃ mouet qd̃ sequit pars ꝓcẽs nõ põt mouere: neq; agere: sed solũmodo moueri. Hæc eñ vtrũ nõ cessat diminui in partib⁹ quæ mouenẽ adeo ꝙ cesset. Et tu debes scire qm̃ expositio nostra nõ intelligit ex expositiõe Themistij in hoc loco vñ vr nobis ꝙ ẽt nos intelleximus ꝓcẽte hũc locũ nisi apud laborẽ nostrũ circa expositionẽ hui⁹ libri. Et cũ narrauit modũ secũdũ qd̃ mouẽt seinuicẽ hmõi mobilia q̃ nõ actu sunt distincta: nec sunt partes rei terminatæ & figuratæ: incepit etiã narrare qualr̃ sit de mobili b⁹ q̃ figurã habẽt & terminũ. Et dixit. hic aũt necessario sunt sit. s. motorẽ ꝓcedere a movere & rẽ motã a moueri: & ipse mot⁹ oĩno. i. qd̃ nõ accidit in corporib⁹ humidis carentib⁹ figuris. hui⁹ aũt causam iã ꝑdiximus. Post hoc dixit: hic qdẽ mot⁹ est talis mot⁹ q̃ fit in eis quę possunt aliqñ moueri aliqñ ꝓcedere. i. talis motus nũqñ põt fieri in corpore celesti: hoc eñ corp⁹ semꝑ moueri ianuã est. hic vero aliqñ mouenẽ: aliqñ ꝓcedũt. Post hoc dixit: & nõ est cõtinuus sed vr̃. i. & iste mot⁹. s. lapidis in aere siue aqua nõ est vere continuus: cum tamen sensui videatur continuus. D. dedit causam quare caret cõtinuatione: dixit. motor enim non est vnus: sed sunt aliqua quæ succedunt sibijnuicem. i. huius aũt causa est: qm̃ motus continuus non põt esse nisi vnius motoris & vnius moti. In his aũt motor non est vnus: sed plura quæ succedũt

T Aer et aqua talẽ hñt naturã ꝙ cum acciptiũt principiũ mouẽdi ab alio mouenẽ per se. Conſule infra. c. 85. Et. 4. ce. c. 39.

succedant sibijnuicem. id est, hujus autem causa est, qm̃ motus continuus non potest esse nisi vnius motoris & vnius moti. In his autem motor non est vnus. sed plura quæ succedunt sibijnuicem tali modo quod vnus mouet post alium successiue vnam rem motam. Et quia talis successio est propria eis quæ mouentur in corporibus humidis simplicibus dixit. vnde talis motus non fit nisi in aere aut in aqua. Deinde dicit, & a quibusdam attribuitur successioni, & ab ea denominatur, id est, & iste motus est qui a quibusdam hominibus attribuitur successioni, id est, dicunt successionem esse causam illius, scilicet successionem partiũ aeris expulsi in loco, cum prima pars aeris quæ expellitur a proiciente, expellat partem aeris successiue, & succedit ei in illo loco, & sic secunda tertiã, & tertia quartã, & vnaquæq; cedit præcedenti, & propter hoc appellant huiusmodi motum successiuum, opinantes successionẽ esse causam motus illius quod proiicitur in aere, aut in aqua. Et post hoc dixit, sed prædictæ quæstiones aliter quam prænarrauimus nõ possunt solui. i. sed illa quæstio quã prędiximus de motu non soluitur dicẽdo successionem esse causam huiusmodi mot⁹ & vniuersaliter nec alio modo quam prædiximus. Post dedit causam quare non potest solui per successionem & dixit, successio autem facit ea omnia mouere & moueri, vnde oportet ꝙ quiescant, id est, successiua enim videntur mouere seinuicem & moueri insimul, quapropter dicitur insimul quiescere, quod non accidit in partibus aeris successiuis. D. d. sed nos videmus vnum idem continue moueri, quare necesse est ipsum moueri ab aliquo, id est, sed iam probatum est aliquid esse quod continue mouetur, quare oportet ꝙ moueatur ab vno motore. Ex prędictis enim patet qm̃ eius ꝙ a pluribus mouetur motus non est continuus. Et ex hoc declaratur omnino ꝙ stellarum motus non est in medio, nam si esset, nõ esset continuus. Post dixit, mouetur enim ab vno eodem, id est, nõ enim mouetur nisi ab vno eodem, scilicet cuius motus est cotinuus.

V Motus eius quod a pluribꝰ mouet nõ est cõtinuus. Idẽ supra. 8. com. 49.

Quoniam autem in his quæ sunt, necesse est semper motũ esse continuum. Hic autem vnus est. Necesse autem vnum esse alicuius magnitudinis. Non enim mouetur impartibile, & vnius & ab vno. Non eñ erit continuus, sed habitus alter alteri & diuisus. Mouens igitur si vnum est, aut cum mouetur mouet, aut immobile est. Siquidem mouetur, consequi oportebit & mutari ipsum, simul autem moueri ab alio. Quare stabit & veniet in ipsum moueri ab immobili. Hoc aũt non necesse est cõmutari, sed semꝑ poterit mouere. Infatigabile eñ est hoc mouere. Et regularis hic motꝰ est, aut solus aut maxime. Non eñ habet mutationẽ neq; vnã mouẽs. Oportet aũt neq; quod mouet iuxta illud habere mutationẽ, quatenꝰ similis sit motꝰ.

Et quia necesse est vt semꝑ in eis quæ sunt, sit motꝰ cõtinuꝰ. Cõtinua aũt sunt vnita. Et oportet etiã ꝙ sit alicuius magnitudinis. Quod enim non habet magnitudinem non mouetur. Et quod sit vnius & in vno. Nã si esset alter non esset cõtinuus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed successiuus & diuisibilis. Motor autem cū sit vnus aut mouet & mouetur, aut non mouetur. Et siquidem mouetur sequitur ipsum transmutari propter ipsum transmutari ab aliquo. Necesse est ꝙ hoc cessat & peruenit ad aliquid quod moueat absq; eo ꝙ moueatur. Quod enim est tale non transmutatur cum eo quod transmutat, sed potest semper mouere, cum in tali modo mouēdi non sit fatigatio. Et talis motus solus est equalis, & est dignior in hoc cæteris motibus. Motor enim nullum habet modum trāsmutationis. Et oportet ꝙ neq; quod mouet prope hoc ab hoc habeat transmutationē vt motus sit consimilis.

85 Quod non est corpꝰ nō mouetur.

Dicit, & sicut patet in motu continuatio, quoniam debet esse vnius motoris, sic patet de illo, quoniā debet esse vnius mot, &. q.d. & quia manifestum est motum esse continuum, motus autem nō est continuus nisi corporis, quoniam quod non est corpus non mouetur vt in sexto declaratū est & huius corporis si est motus continuus necesse est ipsum esse vnum, sicut oportuit hoc in motore ex quo sequitur ꝙ motus continuus sit vnius moti, & vnius motoris nam si hoc non esset non esset cōtinuus, sed successiuus & multus, & hoc voluit intelligi per hoc nomen diuisibilis. Deinde dicit, motor autem cum sit vnus &c. id est, et cum sit manifestum quoniam motus continuus debet esse vnius moti & vnius motoris, motor autem cum sit vnus necesse est ꝙ sit primus, & cum sit primus impossibile est ipsum moueri, neq; per se, neq; per accidens, & patet quoniam motus qui fit a motore talis est continuus, & motus qui inest rei motę est vere cōtinuus. Post dixit, quod enim est tale nō transmutatur cum eo quod transmutat, id est, & huiusmodi motor, scilicet in quo non est transmutatio aliqua non transmutatur per accidens ex illo quod ab ipso transmutatur, vt accidit primo motori in animalibus. Iste enim transmutatur per transmutationem subiectū in loco, scilicet anima animalis a quæ mouet ipsum, & etiam mutat se ab eo quod mouet illam secundū finem. Deinde dicit, sed potest semper mouere &c. id est, quia iste motor nō mouetur cum mouet, ideo nō accidit ei fatigatio in sua motione, quod non accidit motoribus qui cum mouent mouentur causa enim fatigationis nihil aliud est quā hoc ꝙ motor mouetur quando mouet, hoc quidem prouenit quia est in materia. Post dixit, & talis motus solus est equalis scilicet dignior cæteris motibus &c. id est, & iste motus est dignior aliis motibus æqualitate hac, videlicet ratione, quia inæqualitas non accidit nisi propter hoc quia motori accidit quidam modus transmutationis, quare alī quando vigoratur aliquando debilitatur, Sed iste motus omnino caret transmutatione, ergo motus eius est æqualis simpliciter. Post dixit, & oportet ꝙ neq; quod mouetur prope hoc ab hoc habeat transmutationem vt motus sit consimilis, id est, & quia iste motus est continuus equalis, oportet ꝙ illud quod mouetur hoc motu nullo modo transmutetur vt motus eius sit æqualis & consimilis, cum enim illud quod mouetur transmutetur aliquo modo transmutationis ab illo a quo mouetur, accidit ei etiam inæqualitas motus. Vnde videmus Arist. opinari quod

X Idē. 6. phy. 32. a Aīa alis mouet loca liter ad motum alis.

b Causa fatigationis in motoribus q mouentur

Y qñ mouent est quia sunt in materia. Vide idē. 8. phy. t. c. 78. &. 79. &. 2. cx. 3. &. 71. & in. 2. ca. de substantia orbis.

Corpus cæleste secūdū Aristo. non pōt ex se se-

Z cundū suam naturā recipere transmutationē. Idē primo

quod corpus celeste non potest ex se secūdum suam transmutationē, & quod causa eius est, quia non componitur ex materia & forma, & quod est necessarium ex se non ex alio, vt Auicē. dixit, verūtamen necessitas est in ipso modo recipiendi, in motore vero modo agendi.

Necesse est autem, aut in medio, aut in circulo esse. Hæc cñ principia sunt, sed citius mouentur proxima mouenti. Huiusmodi autem est totius motus. Ibi ergo est mouens.

Igitur necesse est, aut ꝙ sit in medio, aut in circunferentia. Hæc enim sunt duo principia, sed illud quod magis appropinquatur motori est velocius in motu. Et sic est de motu totius. Motor ergo est illic.

Quia iste motor de quo iam declartum est ipsum esse non est in materia, non restat dicere nisi ipsum esse in illis locis in quibus effectus eius apparet, & maxime in loco in quo motio eius æqualiter patitur per omnes partes illius quod mouetur ab illo. Et quia non est hic nisi mediū aut circunferentia, actio autem eius magis apparet in circunferentia. & etiam motio eius magis apparet in circunferentia. & etiam motio eius magis est illic æqualis quam motio eius in alio circulo, ideo atribuitur illi loco. Vnde omnes leges conueniunt in hoc qñ deꝰ habitat in cælo.

Post dixit, hæc enim duo sunt principia, id est, totius secundū ꝙ totū est sphericū. Mediū quidē est principiū secundū quod super ipsum est motus. Circūferētia vero quia ex illa est initiū motus. Et declaratū est in libro de motibus animalis secundum locum: quoniā omne quod mouetur habet corpus quiescens circa quod voluntur, & quod virtus quiescentis debet esse firmior virtute illius quod mouetur: & si aliter esset totū expelleretur. Existētia ergo mūdi his duab⁹ virtutib⁹ perficitur sci licet virtute quietis, & virtute mouendi: quæ est cōtraria illi videtur igitur hoc intellectiue per duo principia. Deinde dicit, sed illud qđ magis appropinquat motori est velocius, id est, & quia necesse est qđ partes rei motæ quæ magis sunt veloces sint ille quæ magis appropinquantur motori: partes autem velocissimæ cæterarum quæ sunt in sphera totius sunt maximi circuli qui sunt in ea. Necesse est quod iste locus sphæræ sit propinquior cæteris motoribus. Partium autem propinquarum proportio ad illum dignior est proportione aliarum ad illum, & cum sit ita constat quod sit illic, id est, & sic est de motu totius: scilicet quod quātomagis appropinquatur motori tāto erit velocius, motor igitur est in partibus velocioribus totius scilicet in circulo maximo orbis maximi qui facit diurnum motum. Hanc autem appropinquationem debemus intelligere secūdū esse, nō secūdū locū: qđ' cñ est nō in corpore, nō est in loco, & quasi innuit per hoc qñ principiū mouēdi est ex nobiliori scilicet ex medio sphęræ quæ est maximus circulus, & hoc manifestū est sensui: qñ motor corpori spherici a suo medio est melior & nobilior.

Habet aūt dubitationē si cōtingit aliquod ꝙ mouetur movere continuē sed nō sicut impellēs iterum & iterum, & in cōsequēti est cōtinue. Aut cñ ipsum oportet semp impellere: aut trahere: aut vtrūq; aut alterum aliquod aliud cōtingēs ab alio

cap. &. 2. ac. 3. de subst̄a, tia orbis. & 1. c. 20. 84.

Oēs leges conueniunt I hoc quod A deꝰ habitat in cælo. idē primo cæli. t. c. 22. & 96. &. 100. 84 &. 2. cæ. t. c. 2. &. cō. 74

Existentia mūdi huius his duabus virtutibus perficitur. s. virtute quietis & virtute mouendi. Idē pri. cæ. c. 97. &. 2. c. 102.

Documēti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſicut olim dictū eſt in his quæ proiciuntur. Si autem diuiſibile eſt aer aut aqua mouet, ſed ſicut ſemper motus. Vtrobiq; autem non poſsibile eſt vnum eſſe ſed habitum. Solus itaq; continuus eſt quem mouet immobile. Semper enim ſimiliter ſe habēs, & ad id quod mouetur ſimiliter ſe habebit, & cōtinue.

Sed eſt hic quæſtio difficilis, motor quidem poteſt mouere cōtinue & nō ſecundū idē ſecūdū q̄ expellit vnū poſt aliud, & ſic continuatio eius eſt ſucceſsio. Ad quod eſt dicendū quoniam neceſſe eſt, aut q̄ ſemper expellat, aut attrahat, aut agat vtrūq;, aut agat aliud cui ſuccedit vnum poſt aliud, vt diximꝰ ſuperius in re proiecta. Aer enim quia eſt aptus vt diuidatur, ſimiliter aqua mouet per ſuum motum ſemper modis diuerſis. Sed impoſsibile eſt ſecundum vtrūq; modum q̄ motus ſit vnus, ſed ſucceſsiuus. Continuus igitur eſt ſolus qui mouetur a moto non. Quoniam cum ſemper ſit eodem modo. Et ideo etiā apud illud quod ab illo mouetur eſt eodē modo cōtinue.

85 Vult declarare in hoc capitulo qm̄ ex ipſa continuatione motus ſequitur q̄ iſte motor non ſit corpus, ſicut oportet etiā q̄ ſit vnus, & q̄ illud quod mouetur ab illo ſit motū vnū. Motor enim corporeus quia nō mouet niſi expellēdo, aut attrahendo, aut vtrumq; agendo. attrahēs autem & expellens non eodē modo ſe habent circa illud quod mouet in initio expulſionis aut attrāctionis, & in fine. ſ. in propinquitate & remotione. Motor ergo qui eſt corpus non eſt conſimilium diſpoſitionū apud illud quod mouetur. motus ergo ab illo non eſt continuus. Et dixit, ſed eſt hic quæſtio difficilis, motor quidem poteſt mouere continue. ſ. motor qui nō eſt corpꝰ pōt mouere cōtinue, id eſt, motū cōtinuo vero, & hoc non ſic procedit in ſtatu mouendi, ſicut procedit corpus quod mouet aliquid expellendo vnum poſt aliud, id eſt, expulſiōe poſt aliā, quod enim innatū eſt ſic mouere nō mouet cōtinue in rei veritate, ſed ſecundū ſenſum, verūtamen ſucceſsiue mouet. Et hoc intendebat cū dixit, & ſic continuatio eius eſt ſucceſsio, id eſt, & continuatio eius quæ videtur ſenſu eſt ſucceſsio vera. Deinde incepit ſoluere hāc quæſtionem, ſcilicet quoniam impoſsibile eſt aliquem motorem qui mouet continue mouere, & dixit ad quod eſt dicendum, quoniam neceſſe eſt, aut q̄ ſemper expellat, aut attrahat, aut agat vtrūq;, id eſt, quoniam neceſſe eſt poſito q̄ motor ſit corpus, & q̄ mouet motu continuo, q̄ ſemper expellat vnum poſt aliud, aut q̄ ſemper attrahat. aut q̄ aliquando expellat, aliquādo attrahat. & hoc etiam ſemper. Poſt dixit, aut agat aliud cui ſuccedit &c. id eſt, aut q̄ motor cuius motus exiſtimatur eſſe continuus ſit pluſquam vnum qui mouebit rem motam ſucceſsiue, vt diximus de motu lapidis, B expellentis enim modi iſti ſunt, ſcilicet aut quod ſeparetur ab expulſo, & remaneat expulſum in motu, aut q̄ non ſeparetur ab illo. Poſt dixit, aer enim quia eſt aptus vt diuidatur &c. id eſt, & motꝰ qui fit per expulſionē in qua expulſum nō ſeparat ab expellēte nō eſt cōtinuus, ſit eiū aut in aere aut in aqua, ſed q̄ aer & aqua multum

B Expellentis iſti ſunt modi

multum ſunt apti ad diuiſionem & paſsionem: ideo mouent per ſuum motū illud quod in eis mouetur motu inæquali: ſed diuerſimode. Aptitudo enim in eis ad diuiſionem & paſsionem non eſt eodem modo in omnibus ſuis partibus. Et videtur quod iſte ſermo communis eſt omnibus qui in medio mouentur: ſiue expellens ſeparetur ab expulſo ſiue non. Et cum dixit cauſam qua motus expulſi non eſt æqualis dixit: ſed impoſsibile eſt ſecundum vtrumq; modum &c. id eſt, & corpus mouere corpus motu æquali veritate impoſsibile eſt: ſiue motor ſit vnus ex initio motus vſq; ad finē ſiue plures: vt accidit in motu lapidis. Nam cum poſuerimus virtutem motoris intranſmutabilem, ſimiliter virtutē illius quod mouetur. Impoſsibile eſt hoc poni in illo medio quo fit in motus propter diuerſitatem partium in actione. Quare neceſſe eſt quod ſtatus motoris apud illud quod mouetur diuerſificetur in motu. Poſt induxit concluſionem quam intendit. Deinde inducet cauſam qua motus illius quod mouet & non mouetur ſit æqualis, & eſt contraria illi & dixit: continuus igitur ſolus eſt qui mouetur a non moto. Deinde dedit cauſam in hoc & dixit: quoniā cum ſemper ſit eodem modo &c. id eſt, motus autem qui ſit a motore qui non mouetur: eſt continuus & vnus: quia motor eodem modo ſe habet ad rem motam: cum ſit immobilis, & intranſmutabilis motor vero qui mouetur: non eodem modo ſe habet: quia mouetur, & ideo non æquali motu mouet.

quod ſeparetur abexpulſo & expulſum remaneat in motu: aut quod nō ſeparetur ab illo. Idē 7. phy. tex. com. 10.

Determinatis autem his manifeſtū eſt quod impoſsibile eſt primū mouens & immobile habere aliquā magnitudinem. Si enim magnitudinem habet: neceſſe eſt aut finitā ipſam eſſe: aut infinitam. Infinitā autē quod non contingit magnitudinē eſſe oſtenſum eſt prius in phyſicis. Quod autem finitam, impoſsibile eſt infinitam habere potentiam, & quod impoſsibile eſt a finito moueri aliquid ſecundum infinitum tempus demonſtratum eſt nunc. Primum autem mouens perpetuum habet motum, & in infinito tempore. Manifeſtum itaq; eſt quoniā indiuiſibile & impartibile eſt: nullā habens magnitudinē.

His ergo diſtinctis manifeſtum eſt quod primus motor qui nūquā mouetur nō poteſt habere magnitudinē omnino. Quoniā ſi haberet: neceſſe eſſet vt eſſet finita aut infinita. Et iā declarauimus in ſermōe noſtro naturali: quoniā impoſsibile eſt magnitudinē eſſe infinitā. Et nunc declarauimus quoniā finitū nō poteſt habere virtutem infinitā. Et quod finitū non poteſt mouere tempore infinito. Sed primus motor mouet motu æterno tempore infinito. Ergo manifeſtum eſt ipſum eſſe indiuiſibilem, & impartibilem, & nullam habere magnitudinem.

In hoc capitulo induxit concluſionem quam a primo intendit. Quoniam cum induxit propoſitiones quæ neceſſarie ſunt ad hoc, & ſoluit quæſtiones quæ accidunt illis propoſitionibus: quibus vſus eſt: concludit: quoniam primus motor de quo declaratum eſt ipſum nō moueri nō 86

habet corpus, id est, non habet formam in materia. Et dixit manifestū est quoniā primus motor qui nunquā mouet nō potest habere magnitudinē, id est. & cū iam ostendimus quod omnis corporis finiti actio est finita, & similiter omnis virtus in corpore, & quod primi motoris actio est infinita: manifestū est quod primus motor non habet magnitudinem omnino. Post dixit: nā si haberet magnitudinē &c. id est, nā si hoc nō est verū: contradictorium eius erit verum scilicet quod habet magnitudinem & posuit hoc quasi antecedens & dicit, & si habet magnitudinem necesse est quod sit finita aut infinita. Deinde destruxit vtrāq; partem consequentis: vt sequente destructo destruat antecedens & dixit: iam declarauimus in sermone &c. id est, in tertio tractatu huius libri: illic enim declarauit quoniā omne corpus est finitum. Deinde dicit, & nūc declarauimus &c. id est, & si est corpus finitum cōstat quod virtus eius est finita: in corpore enim finito non potest esse virtus infinita. Post dixit: sed primus motor mouet motu æterno tempore infinito. id est, ergo virtus eius est infinita, & cum sit manifestum quoniam omnis corporis virtus est finita & quod primi motoris virtus est infinita concluditur in secunda figura primum motorem non esse corpus nec virtus in corpore.

8. phy. te. c. 40. & infra.

Physicorum Aristotelis Philosophorum principis: cum Auerroi Cordubensis commentarijs FINIS.

Suscipe Lector candide hoc in paruo Enchiridiolo Textus Aristote. Stagyri. peripatheticorum principis de Physico auditu cum Auer. eius fidelissimi interpretis expositione: nuperrime ab omni macula ac errore defecatos purgatosq; necnon optimis annotationibus Marci Antonij Zimarę illustratos, Lugduniq; per solertem virum Theobaldum Paganum excussos, Anno christianæ salutis. M.D.XLII.

Regestum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z & ꝯ ꝛ aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ſſ tt vv xx yy zz && ꝯꝯ ꝛꝛ. Omnes sunt quaterni, præter ꝛꝛ qui est duernus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca